D. HIERONYMI ALTAMIRANI IN TIT. 48. C. DE FILIIS OFFICIAL. MILITAR. QUI IN BELL. MOR...

Gerónimo Altamirano, Juan : de Noort





Altamiran. Super Codice



D. HIERONYMVS
ALTAMIRANVS
IN
TITVLVM
CODICIS
DE FILIIS OFFICIALIVM.






QVARTVM AFFVLGEO SIDVS
RELATA DVPLEX
D. HIERONYMI
ALTAMIRANI
In Tit. XLVIII. C. de
Filijs Official. militar. qui
in bell. mor. Lib. XII.
COMMENTARIVS
Seu
De muneribus conti-
nuandis in filios
recordatione
parentum
TRACTATVS.
SAPOR ORIGINIS
VITIATVS
Iuan de Noort

D. HIERONYMI ALTAMIRANI

IN TIT. XLVIII. C. DE FILIIS OFFICIAL. MILITAR. QVI IN BELL. MOR. LIB. XII.

COMMENTARIVS

SEV

DE MVNERIBVS CONTINVANDIS IN FILIOS RECORDATIONE PARENTVM

TRACTATVS

IN DVAS PARTES DISTINCTVS,

PRIOR

IMMERITOS FILIOS A MVNERIBVS AVERTIT, MERITVROS INSTRVIT,

POSTERIOR

INSTRVCTOS REMVNERATVR, NON INDIGNOS ANTE ALIOS DIGNIORES MVNERIBVS ADMOVET



TECNOLOGIA

QVIDQVID AD GRATIAM PROPTER MAIORES CONSEQVENDAM PERTINET



COMPLEXA



MATRITI

Ex Typographia Didaci Diaz de la Carrera,
Anno M. DC. XLVIII.

OPTIMORVM REGI ; REGVM OPTIMO

PHILIPPO

HVNC DE REGALI MVNIFICENTIA TRACTATVM

MVNIFICO

DE PATRIA BENEFICIIS COLENDA MEMORIA

PATRI PATRIAE

DE GENERE OPTIME MERITORVM REMVNERANDO

OPTIME DE HVMANO GENERE MERITO

SIC ETIAM COLI NON DEDIGNANTI

VIX AVDACIA PAGINÆ VNIVS ADEVNDO

DIGNIORIBVS ALIAS PRAECONIIS FVSIVS DECANTATO

FVSIVS DECANTANDO

VECTIGAL HVMILE , INGENS DEBITVM

SOLVIT

TENVEM VICTIMAM AVITA RELIGIONE

IMMOLAT

EXILE VOTVM MEDIIS ARIS

APPENDIT

O. D. S. C.

D. Hieronymus Altamiranus.

Excellentissimo Principi

D. D. LVDOVICO MENDEZ HARO Sotomayor & Guzman, Duci Comiti Olivarensi, Duci de San-Lucar, Heliciensi Marchioni, Moretensi Comiti, Iacobao Equiti, Regij Cubilis Aulico Purpurato, Maximo Indiarum Cancellario, Arragonum ærario, Hispalensi Arci, & Navalibus perpetuo Præfecto, &c.



NON Te adversùs invidos imploro; contemptum vereor livore minor. Tu libello tuēdo maior, ille tanti Principis indigus, & indignus. Næ qui a Te hoc exigat, inurbanus. Adspirent Mecœnatem, sed Marones. Tutelari iubare cupiat clarere libellus? Imò prodi caveat. Profiteretur alius deferre primæ nobilitatis gētilitijs Aris ingenij flores; ego merentes cōsecrari fructus dicerem. Nec ambit rudis pictura sui cōscia locari altè ab oculis fugitiva; poterat tutior esse domi. Quid iam? Operis scriptor, materiesque Tui sunt. Fuit Tuus, id est addictissimus parens meus; succedā illi. Nonne id maximè suadet liber? Fiat iā sibi exemplum, mei clientela patrem cō-

ſervantis indiciũ; pedibus, quos petit, non capiti vndè fluxit leve munuſculum; vix in lucem auſum. Quidni? Haud natum aquilæ proles. Inſupèr de remuneratione ſcribo. Tua hæc, Tua o munificentiſsime Principum, o Principis Munificentia! Inſcio Iovi rapuere alij fulmen ſibi ſæviturl, copiam nondùm Amaltheæ datam alij: Tu inverſæ cornucopiæ vmbone ſolo manum ſatias. Tu ad Solis vultum accedens Prometheu vitales abindè radios, non incendia mundo ſubducis. Tu Alcides Atlantis vices promeritus, nudũ Tibi Orbis onus, alijs amicos ſideris adſpectus lucraris. Tu media mundo Zona intimè Titani ſubiecta, temperiem aliorsùm diſpenſatura fervores publicos, operoſos æſtus exhauris. Tu Regiæ liberalitatis canalis, nedũ concha. Fœcunda nubes ſcandis æthera, vt Phœbo proxima in beneficos imbres ſolvaris: fœcunda cordiũ, quæ per Te eò ſubeunt, vndè virtus benigna deſcenderat. Tam ſuavi ſcala, & comitatu ad Regium aſcendit culmen, ſibi ſaltē

ideò

ideò placens concors opusculum. Num auctorem, aut scripta Tibi eripienda dixerim? Quin omninò debita. Doleo. Vtinam liberè felix extitissem: sic de beata in eligendo patronum prudentia gloriarer. Malùm! Mihi non licet esse infortunato. Quod licet, quod lubet, quod valeo, hoc vnum tantùm vt valeas, o dulce rerũ columen, vota concipio.

Excellentissime Princeps

Post Excellentissimæ manûs osculum

Addictissimus & obsequentissimus

D. HIERONYMVS ALTAMIRANVS.

PROBATIO.

EX facultate mihi à D.D. Alfonso Vallesteros, Ecclesiæ Toletanæ Canonico, & in hâc Curiâ Vicario, concessâ; legi librum, cui titulus: *De muneribus cõtinuandis in filios recordatione parentum, &c.* à præclaro D. Hieronymo Altamirano cõscriptum: & in eô nihil, vel bonis moribus, vel sacrosanctis canonibus adversum inveni; quinimo inter paternæ memoriæ cultum multa, quæ pietatem legentium animis instillẽt. Egregium sanè opus est, & dignum, quod philosophiæ, & Iuris nostri amantes, & queis meliore luto finxit præcordia Titan, noctes, diesque manibus non deponant: Nam in eô, præter suavitatem, & concinnitatem sermonis, reperient solidam Iurisprudentiam, omni eruditione veteri, novâ, sacrâ, profanâ conditam; Videbũt ab alijs præocupata, nova castigatione, vel illustrata, vel emẽdata, certè non eadem; Invenient plura, quæ omniũ retrò scriptorum oculos effugerũt, quæ noster, magno literarũ adiumento, in lucem sistit; plura quæ etsi ab alijs non intacta, adeo involuta, implexa, & erroribus plena nobis reliquerunt, vt opus fuerit hôc Hercule, qui hæc monstra abegerit, & hoc Augiæ stabulum repurgarit; fugitivamque veritatem, quasi postliminio retraxerit. Nam, miũ dictu, nullus hucusquè Interpretum, qui titulum de filijs Officialium, vel levitèr attigit, vel totis viribus aggressus est, illum absque lapsu, & relapsu percurrit. Sed benè est, quòd discussis iã his nebulis, puram genuinæ sententiæ lucem haurimus; absque hôc sole foret, vt æternùm caligaremus. Verũ etsi hæc magna sunt, non minora sperabamus ab eô, qui in Themidis sacrario enutritus, veram non fucatã philosophiam institutione paternâ imbibit, optimo Parente D.D. Didaco Altamirano, præceptore vsus, & mo

rum

rum Doctore eximio. Nam quis vnquàm candidam illius doctrinam, & pectus illud omnibus pietatis, prudētiæ, & scientiæ ornamentis clarum, non suspexit, aut meritis laudibus fraudavit. Qui honores adeptus, specimen quod privatus promiserat, personam publicam indutus, præclariùs dedit; brevi morâ ad amplissimam dignitatem evectus, & si minus intempestiva mors obstitisset, tanti gubernatoris industriæ fructum in dies maiorem decerperemus. Sed quod invidit mors largitèr compensavit, hóc familiæ, & doctrinæ suæ fulcro superstite: in quô germine virtus paterna refloret, & quasi rediviva cernitur. Nec tantùm spes affert, sed eas, etsi amplissimas vberiore fructu antevertit, & iam non tam Maiorum, & Progenitoris meritis, quam proprio Marte, vt publicæ curæ admoveatur expostulat, quod faustum felixque futurum spero, & in hôc voto desino: Non enim modestia illius me in laudes maiores excurrere patitur, & nec, aut huius temporis, aut ieiunæ eloquentiæ meæ opus est eas intra brevem verborum gyrum coarctare. Censeo igitur è re literariâ fore, si scriptum publicam lucem videat. Madriti 11. die Iunij anno 1647.

L. D. Petrus
Velascus.

Licencia del Ordinario.

NOs el Licenciado Don Alonso de Morales Vallesteros, Canonigo Dotoral de la Santa Iglesia de Toledo, Vicario General de la Villa de Madrid, y su Partido, hemos hecho ver, y examinar este libro, y no ay en èl cosa contra nuestra Santa Fè Catolica, y buenas costumbres, y por lo que a Nos toca se puede imprimir. Dada en Madrid a 14. de Iunio de 1647. años.

Licenciado Don Alonso de
Morales Vallesteros.

Por su mandado
Andres Ruiz de la Torre, Notario.

D.

D. IOANNIS VALDESII.

CENSIO.



EX præſcripto Regij Caſtellæ Senatûs quãtà potui animi contentione perlêgi Tractatum, *De Muneribus continuandis in Filios recordatione parentum*, cuius eſt Auctor D. Hieronymus Altamiranus, Iuvenis clariſsimus, ſi modò iuvenis indigitandus eſt, qui vetuſtioris, ac penè iam deliteſcentis ævi monimenta ſenili maturitate devolvens, ſuam, & avitam vidit ætatẽ: idque digniori encomio amplificare, atque exaugere licet: nam cùm in omni vitâ fluctus ſint, & adſtrepentes adfectuum æſtus morum candorem plerumquè vexent; potiſsimùm in iuventute, quæ otio, vitijſque demerſa ne pararas quidem artes avet cognoſcere. Etenim operis ſtylus cultus eſt, velut exercitatione multâ, decentèr incedens, ſparſus denique fruge bonâ veterum lectionum. Sed quamquàm Scriptor floridam, fuſamque eloquentiæ vim complectitur; nihilominùs aptis, virilibuſque ſententijs exurgens, ſermonem ipſum acri ſenſu ſuperat, & ſenectutis canos divino quodam nexu iuvenili vigori componens, nihil de ætate trahere videtur præter vividum mentis florem. Prudentum reſponſa, quorum interpretationis fugitivâ quædam memoria eſt, conatur ex oblivionis latebris eruere, & tot ſæculorum ſocordiam caſtigare. Conſtitutiones Auguſtorum, quæ dilabente iam Imperio promulgatæ ſunt, atque hucuſquè in tenebris ſepultæ, vel librorum inopiâ, aut ſenio temporis, ſeu ſcribentium oſcitantiâ fermè perierant; ab interitu vendicat, priſco nitori reſtituit, & redivivas meliori luce redonat. Seligit è forenſi ſtre-

pitu quidquid, aut acutè consultum, aut gravitèr decisum est: vndè Academicorum subtilitates, & argutias, praxeos severitati attemperans, mirificam deducit confectionem. Adtexit deindè perennem laciniã, tùm ex Philosophorum placitis, vel observationibus Politicorum petitam; cùm ex amoenioris literaturæ delicijs depromptam: Commonstrat ergò Musas humaniores Iurisprudentiæ austeritati non officere, quin potiùs hôc scripto palàm erit, politam eruditionem, etiam Accursianorum Scholâ renitente, Legum sensibus indissolubili vinculo ancillari: siquidem severioris doctrinæ apices inter vernantes leniorum disciplinarum flosculos tantò distinctionis decóre lucent, vt nec prudentiæ aspersa comitas displiceat, aut gravitas suavissimis commixta studijs horrida sit. Consonat Orthodoxæ Fidei, nullo morum detrimento, sed magno rei literariæ commodô. Quamobrèm librum typis deberi iudico. Madridij IV. Kalendas Iulias V. Anni Salutaris M.DC.XLVII.

Lic. D. Ioannes de Valdes.



SV-

SVMA DE PRIVILEGIO.



IENE Licencia, y Privilegio del Rey nuestro Señor D. Geronimo Altamirano, para poder imprimir este su libro in Tit. XLVIII. C. de Filijs Official. militar. qui in bell. moriunt. Commentarius, seu de Muneribus continuandis in filios recordatione parentum Tractatus, *con prohibicion de que ninguna persona lo pueda imprimir sin su licencia por tiempo de diez años, so las penas en el dicho Privilegio contenidas, despachado ante el Secretario Juan de Otalora Guevara, en Madrid a diez de Setiembre de* 1647.



SVMA DE LA TASA.



OS Señores del Consejo tasaron este libro a cinco maravedis el pliego, segun consta por testimonio de Francisco Vela de Arrieta Escrivano de Camara. Su fecha en veinte y dos de Enero de mil y seiscientos y quarenta y ocho. Tiene ciento y veinte y tres pliegos sin Principios, ni Tablas.

PRÆ-

PRAELI ERRORES.

PAg.51.*lin*.32. *iusta, lege* tuta. 62. 16. *postomodùm*, postmodùm.62.*tres primas literas dele*.83. 5. *miliâ*, militia.90.27.*miliam*,militiam.96.29.*Æscopica*,Æsopica.139.5.*praparadiata*,præradiatæ.143.2.*Ilas*, Ilias. 177.19.*Nabona*,Narbona.178.3.*insisten*. insistentes. 181.4.*ductas*,ducta.237.18.*discrimini*,discrimine.290. 24.*segenius*,segniùs.342.13.*Baldaxaris*,Baldaxar.362. 24.*observantivâ identur*, observantiâ videtur. 414. 26. *signiter*,segniter.425.19.*ventia*,venti.475. 22. *patria*, paria.490.31.*efficia*,efficacia.32.*efficacacia*,efficaciæ.


Quibus mendis demptis liber suo exemplari fideliter respõdet. Dat. Madrid. 12. Ianuar. Ann. 1648.

L.D. Carolus Murcia
de la Llana.



D. PETRVS A SYLVA MENDOZA MARCHIO DE LA VEGA DE LA SAGRA, MAIORIS CONCHENSIS COLLEGII TOGATVS.

SIC *AVCTORI SCRIPTVM COMMENDABAT.*



ONESTISSIMVM esse Maiorum, vestigia sequi, si modò recto itinere præcesserint, sapientioribus visum est. Domestica in hoc studium, Iurisconsultisime Hieronyme, te impellebant exempla. Pater equidem religiosissimè Ius dedit, nobilissimè scripsit: Atavi ex Altamiranorum familiâ, quâ vterque patet Orbis, vetustâ claritudine amplissimâ, scriptionis materiem præbuere; dum milites simulàc duces, haud intercisâ serie virtutem fulcientes, & genus, tuam Iuris sciẽtiam armis gloriosiùs decorarunt: vt armorum, literarum Deam posis meritò gentilem Pallada nũcupasse, vetusque inter Ius, & Militiam de præstantiâ disidium, novô, elegantiorique inventô composuisse. Arma hìc suis præmijs exornantur, quæ à legibus extorquent, æqualem tibi honorem impertiri enixis strenuè pro bellantium splendore dimicanti. Quorum si vitam, famam, posterosque meliùs servasti, meritò ad militiæ decus Cæsarum rescripta evexere Iurisprudentiam. Inter sidera conspicuam Orphei lyram antiqui finxere vates, & à singulis Musis, quarum laudes eximiè cecinerat, clariori stellâ præsignitam. Nobiliori ergo protectionis confise munimine, literatissi-

mam laudem militiæ adfectam honore labori egregio vindicasse contendis. Nonne Salmanticenses primævæ illæ studiorum velitationes, plausibus veluti militaribus editæ tantum opus præferebant? Conijciebantur tunc in tua adversaria, quasique stipabantur electissimæ Iuris notitiæ, ex quibus hæ tabulæ iustæ, & æternæ fierent. Nec lilium enituit, quousquè flos non dissimilis, nullo tamen odore, nec intus crocis, candorem tantùm referens effloruisset; quasi naturæ rudimentum lilia tùm facere condiscentis. Ab illis primordijs, hæc incrementa; quæ asperrima studij contentione opplevisse, inter nugas, delicíasque Curiæ, vbì literatorum industriæ intensa socordia, implexam laudibus defert admirationem. Ex tædio laborum languore quodam obductum ingenium, levioribus notitiarum condimentis ab inscitiâ, velùt â morte, defenditur: nihil tamen potest ad robustam scientiæ promoveri sanitatem. Difficilis sanè scribendi provincia, difficilior longè, si improbissimum lacerandi Auctores, & scripta morem incurses. Quod olìm ijs, qui gesta in historias transcriberent accidisset, queis recentibus odijs graves offensæ, leves gratiæ redderentur, id cuivis librorum parenti infeliciùs contingit. Incurrunt statìm exanclati labores in barbaros supercilio non ferendo circunlatores, factiosos linguâ, inertes operâ, vel ineruditissimos antiquitatis fures, vel verborum tantùm pensatores, qui tum levitèr, tum insolentèr omnia professi de se ipsis iactitant:

Plin. Li. 25. C. 5.

Symmach. Lib. 5. Ep. 8.

Altius hìc nihil est, hæc sunt confinia mundi.

Manil. 1. Astr.

Quorum opera in lucem prodeunt politicis dũtaxàt notis expolita. Invertere decuisset Princi-

pes Imperiorum ordinem, ne deliriis illis deciderétur, vt scitissimè de his, qui sidera vestigassent inquiebat Theodoricus: *Astra suos fortasse meatus deflecterent, ne tali ludibrio subiacerent*. Excipio Iuris publici professores de arcanis Rerump. nobiliori munere differentes. Dedignari tantùm lubet importunos crisis Dictatores. Impium facinus, vbì vrbanitas laudis gratitudinis comitate debuisset excipere studiosorum labores, incivili ritu, & laude, & honore prohibere. Severiùs animadvertitur in monetæ adulteratores, vbì metalla sūt; maius flagitium revincitur contemptu, iniuriaque legum, vbi publica, privata iura humanitatis, & sapientiæ præscripta. Infelix indolis symbolum alienæ gloriæ detrahere, fortunam, honoresque occludere ambitione maligniùs imperandi. Somniāti sidera cœlo defecisse, crines à vertice avulsos præsagiebat Artemidorus. Disertè invidiæ somnium proprio dedecore explicitum. Cassiod. 1. Var. Ep. 45. De Stell.

Ad Scriptoris nomen, & laudem, à quô operi præcipuus honos, & cui opus, scripti virtus viget, & exultat. Crescit hìc cum aptitudine rerum vis ingenij: nec quisquam claram, & illustrem orationem facere potest, nisi qui causam parem invénit. Iurisprudentia criticis, practicis, academicis intertexta notitijs, subtili, & exquisitâ cōcinnitate ordinis commendatur.

Nec quicquam in tantâ magis est mirabile mole,
Quàm ratio, & certis quòd legibus omnia parent:
Nusquàm turba nocet, nihil his in partibus errat. Manil. vbi supr.

Sermo ijs pertractandis puriori elegantiâ decentèr venustus tibi subservit pulcritudinis decor,

non

non remedij; medicaminisque ad instar quæsiti, turpitudinem, vti alijs, comit. Humanioribus literis instruitur, quæ Iurisperitiam excoluere Homeri, Platonis, Tullij, Maronis non immemorem. Quis indignetur violari Iuris scientiam fuco (vt aiunt) addito bonarum artium? Felicius violatur:


Virgil. Æn. 12. *Indum sanguineo veluti violaverit ostro*
Siquis ebur——

Sed ea digerie coalescit purissima eruditio ex auctorum præssura, vt non in memoriam abeat, sed in ingenium. Alienaque iam tua sunt: Nostra, inquis, facimus cum Legumlatoribus, quibus auctoritatem nostram impertimur. Ne sit iniurium inter coævos Iuris Scriptores, ex eruditissimo labore palmam præripere, repræsentata, præ alijs hoc in opere studij, ingenij, iudicij existimatione. Nec alia Veneris in Dearum certamine, victrix occasio fuit (vt Libanius aiebat) nisi quod corollam ex recenter quæsitis, intextisque floribus extruxisset, quæ præ pulcritudine, præ novitate, præ artificio Pallados veterem galeam, Iunonis ambitiosum diadema facilè superasset.

Florea tantum tibi serta gentilis ornatus stemmatum decus exercuisse dedignanti, in alienum munimen fructifera nitent. Achil. 1. Nõne Statiana Thetis filio precata favorem, venusta, validissima oratione meruisset, parentis respectum supervacasse, vt à Neptuno gratiam obtinuisset? Laudatissimi parentis D. D. Didaci Altamirani in supremo Hispaniæ Senatu decentissimi pretium otiatur. Fata seriora ætheriam prope metam fastigiatum brevius eriperent. Avus inclitus D. Antonius Torres Altamiranus tot, adorea tanta gubernacula Perubicæ

pla-

plagæ celebri memoriæ confixit. Reliqua conscripserint historiæ; modò libem diei assecla ab inferiori tropico retrò subeuntis augeri, triumphalem Proavum Didacum Gundisalvium Altamiranum, Australem Architalassum, seu totius Americæ navalem Imperatorem. Vrbis Regiæ Consiliarius, Criminalis Curiæ Conditor, Charcensium Gubernator, Maximus Iustitiæ Vindex (*Iusticia Mayor* appellant) Tribunalium, Indicumque Toparchiarum Quæsitor, regijs fulgor, fulmen tyrannis, seditionum feraci sæculo mederi natus, bis sena Principum capita vno ictu imperij putarat. Extra laborem duodecimum gestis vtriusque militiæ Iolaüs simul, & herus aurium, manuumque catenis Lernæum monstrum oppressit tyrannidem, servavit Remp. A generis lævâ alienam insuisse maternam originem natura venerabunda negavit, sub vnâ eclipticâ lineâ iubar mutuatum, sid ele honorâ Phœbê Soli maritante; proculque hìnc extrema draconis. Generosum ô igitur ingenij portentum! Alienis nobilis, dum proprijs insistis (quod alij degenerando) dignus emergis obscurasse Maiores. Vale, &c.





IN FRATREM

IOCABATVR.

D. IOSEPHVS ALTAMIRANVS.

Laudabunt alij fraternam carmine pompaM,
Non ego, ne probris absque triumphus eat.
Hinc nec Iuridicus, nec Rhetor habeberis: illuD
Vultus, & hoc operis corda profunda negant.
Nuper inops rerum fit dives filius: istuC
Scriptoris pura est munus obisse manu?
Compseris Astræam, pulcri ostentaminis auspeX,
Vt placeat virgo relligiosa viris.
Virgo quidem: noli natos imponere codeX:
Quid geniti hic semper fervere turba frequens?
Tu Iuris secreta, fori, moderaminis indeX
Vulgas, & calles munera culta togæ?
Dicis inurbanè: quidquid sandum, illico vorteX
Vlla alios ultra iungere verba vetas.
Dumque tuo quæris dispergi præmia ductV,
Hosce tuere magis, qui meruere minus,
Quidquid & arcam vernabant undique librI
Defloras, omnes perdidit iste tuus.
Consultos (pudeat) pervertis amœne, nitentI
Flore coronatos luxuriare senes:
Sed magis accuso, patris velut acta dedistI
Natis, non fratris gesta dedisse mibi.




VLASIGVNDVS ÇVIDELVS
IN AVCTORIS NOMINE
IPSVM INVENIT
ANAGRAMMA.

Dominus Dominus Hieronimus de Altamirano
Honos morum, mens Iuri dona mî vni Dis delata.

EPIGRAMMA COMMENTARIVM.

Dedecorant mores cui mens arcana reclusit,
Ingenio torpet qui pietate viget.
Me gremio fovit nascentem pracoqua virtus
Excoluit mentem docta Minerva piam
Sors ea demisit, Deus vni munera fudit
Pectoreque gemino vix potuere capi.



ANO-


ANONYMI

TETRADISTICHON

Cuius extremi sive Hexameter, sive Pentameter, anagrammatismo ludunt nomen hoc

DOMINVS HIERONIMVS ALTAMIRANO I.V.C.

Fortior est medio cum Titan fervet in axe
Pulcrior est primo mane rubente dies
Formosas civile faces Ius usque carebat,
Ecphrasta luces exposuere graves
Dum tua mens oritur, simul aurum pulcra coruscat,
Et matutinas Altamirane rosas.
HIS O MICA, IVRI MENS ORTV LVMINA DONA;
DONA HIS IVRI ORTV LVMINA, MENS O MICA.



LEGENTI.

ON præloquor, loquetur ipse liber: non legenti, nec si legeret, callituro, infrunito, crisis libidine maligno, & Apelleas tabulas à crepidâ dedignanti plura obloquerer, si minus institissent his alij prologistæ, qui dormientes non rarò crabrones nauseâ excitant, vel indè maximè omnibus Archilochi vespis pũgi dignissimi. Primò congressu in vrbanitatem peccarẽ sermocinator prolixus. Ego mihi scripsi, paucis amicis in lucem dedi. Si fortè in quotidiano, & priùs ieiunò lẽmate ampliator extiti non inutilis, si rem incorruptè, sedulò inquisivi, licèt extra iuris nostri oleas ab alienæ scientiæ profundô verum esset eruendum, si affabiles Iureconsultos exhibeo, si iuvenili stylo senex incedit sensus, si methodo non defuit concinnitas, nec iudicio dominium, gratulabuntur amici laborem: sin minùs, laboro nihil, satìs vsq; laboravi. Quisquis opus carpis agè, irascere illi, de meo fatigatore pœnas sume. Obscurùm incusas? Vide an tenebræ tuæ sint? Et lætor amussè; non medullam, sed librùm, id est corticem tantùm mordebis. Multò naso rides? En alicuius voluptatis auctor tibi fio. Scio quanta sit; & lector fui, & ero. Detrahe oppiparè, nisi infra scribendi gloriam repas, & audaciam, in me aliquandò delectaturus incides. Vale sis.

INDEX CAPITVM.


AD RVBRICAM.

PRIMÆ LEGIS EPIGRAPHE

PARS PRIMA.

CAP.

PARS SECVNDA.



AD RVBRICAM.

CAP. I.

Fit consona Rubrica contextui, indidemque desumitur operis introductio.

SVMMARIVM.

1. *Ab expositione Rubricæ auspicandum.*
2. *Legum intellectus ex Rubricâ.*
3. *Quatenùs ea perfecta sit?*
4. *Nostram strictiorẽ contextu culpans Valascus reijcitur, Num. 9.*
5. *Non sempèr titulis respondent Leges.*
6. *Rubricæ, licèt integrò sensu, nulla legalis vis.*
7. *Eâ latiore, contextus aliquid intercidisse suspicandum.*
8. *Quædam in iure generales subsequentium aliquot claudunt argumenta.*
10. *Nostram vti legat Cuiacius, viventes cum extinctis Militares Officiales amplexuram?*
11. *Quì vulgata stare possit?*
12. *Argumentum ex legũ viciniâ non insolens. Quãdò desumendum?*
13. *Ex collatione duorum instrumentorum fit executio.*
14. *Duobus consanguinitatem, totque coitum attestantibus, probatur incestus.*
15. *Obscurius ex antecedentibus, sequentibusque clarescit.*
16. *Lex anterior, & posterior ad se mutuò trahuntur.*
17. *Cur sic titulus de* Proxeneticis *inscribatur?*
18. *Alitèr pro Veteranis complectendis legitur rubrum. Et sub vulgatâ cadere ostendũtur ex N. 21.*

19. *Militares qui?*
20. *Consulares qui?*
22. *Plura in Veteranos Cõstantini privilegia.*
23. *Sapè Veteranorum filijs bellum imperatum.*
24. *Cur à Constantino citentur ad militiam parentum?*
25. *Veterani quandò militantium privilegijs gaudeant?*
26. *Verba impropriè accipi sapè fit ex subiectâ materiâ.*
27. *Dictio* Statim *qualitèr intelligenda?*



INVS hæc initia dulcescent; adeò vt videamur in primò vagitu Lectorem ablactare. Sed & *consultus* salebrosiora statìm exhibui, vt quicquid insuave est paulatìm decrescente, pronior sit prosecutio, nec scandere habeas vlteriora, sed labi: & *coactus* methodo ipsâ, ni fallor, poscente.

1 A tituli enim expositione * exordium tractatûs ducendum esse tradunt Paulus de Castro *in L.* 1. *Num.* 2. *ff. Si cert. pet.* & Thomas Trivisanus *Lib.* 2. *Decis.* 56. *Num.*
2 8. Eâ de causâ, * quòd subiecta capita indè plerunquè lucem mutuentur. Osualdus ad Donel. *Lib.* 26. *Comm. Cap.* 2. *Lit. A.* Federicus Scotus *Lib.* 5. *Resp.* 30. *Num.* 7. Camillus Borrellus *de Reg. Cathol. Praest. Cap.* 64. *Num.* 32. Hieronymus Marilian. *Decis.* 78. *Num.* 7. Matthias Berlichius *Part.* 3. *Conclus. Pract.* 5. *Num.* 25. D. Ioannes Baptista Valenzuela *Cons.* 35. *Num.* 49. & *Cons.* 121. *Num.* 62. *cum seqq.*

3 Ac proindè inter rubricæ * perfectiones Doctores vniversìm *in D. L.* 1. *ff. Si cert. petat.* connumerant, summam æqualitatem ad contextum, ita vt neque in eô quicquã desideretur, quod ipsa promiserit fidelis, neque fusior ille sit, quàm vt ab eâ posit comprehendi.

4 Sic Alvarus Valascus * *Consult.* 129. *Num.* 13. rubrũ nostrum accusat contractionis, quoniam ad totum textum

tũ non extendatur, nam filios officialium in bellô tantùm decedentiũ cõmemorat, textus verò patris obitũ non requirit, vt in eius officium filius vocetur.

5 Est tamen * hæc rubricarum strictio in Iure frequēs *vt ff. Solut. Matrim.* sub quâ præscribente, dũtaxàt agi de dote restituendâ soluto matrimonio, collocata tamen est *L. Si constante* 24. vbi agitur de recuperandâ dote matrimonio existente. In rubricâ *de Proxeneticis*, de ijs solùm inscribitur, sed de Proxenetis etiã differitur, & alibì sæpiùs.

E conversò quoquè accidit, vt rubrũ ipso tractatu generalius sit, *vt C. de Capit. civ. censib. exim.* cives indiscretè cuiusceũque vrbis, textus verò plebem solùm vrbanam immunem capitatione reddit, *& C. de Primicerio, & Secũdicerio*, de Secũdicerio, nec verbũ quidẽ. Plura Nicolaus Everardus *in Locis, & Arg. Legal. Locò À Rubro, Num.* 11. Videas cũ, qui munerũ, & iudicij maiestatem venustissimo genio, Astrææ maritavit Apollinem, id est, Lauri Ramis Pratum amœnissimum D. D. Laurentium Ramirez de Prado in Supremo Castellæ Senatu Consiliariũ *in Tesser. Leg. ad Text. in L. Certa forma 4. C. de Iure Fisci, Pag.* 44.

6 Hæc interpretibus ansam præbent differendi: * An rubricæ aliquid disponant, vel probẽt? Menochius (cui lubens subscribo) *Lib. 6. Præsumpt.* 1. affatìm re vtrinq; discussâ, concludit: nũquàm, se ipsis solùm, quantunvìs plenâ oratione constent, & perfecto sensu, plus titulos Iuris disponere, quàm in textu habeatur, â quô declarationem petunt, & restrictionem; vtpotè quorũ natura, & institutum sit textum merè proponere. *L. Asse toto* 77. *ff. de Hæred. inst. cum vulgatis.* Quòd si subiectarum legum series rubricæ nõ cohæreat, aut aliquà exorbitet, tũc conijciendum ait, * id quod abest, vtì ab

7 ipsâ rubricâ propositum, temporum iniuriâ disparuisse, ex Alciato *in L.* 1. *Si cert. pet. Num.* 7

Facilè sperari poterat ex huius tituli formâ, scilicet: *de filijs Officialium, qui in bellô moriuntur*, sub eô quicquam sancitum de filijs Officialium in bellô defunctorũ, & eõijci deesse constitutum, quod Latio donatum Cuiacius adnexuit in fine. Pariter in alijs, si latiores sint, credendum porrò est, contextum deintegra tum esse, potiùs quàm aliquid seiũctìm ordinare. Sicque fit locus axiomati: Nulla fides adhibetur referẽti, cùm de relatô non constat. *Auth. Si quis in aliquô, C. de Edendo.*

8 Sũnt verò nõnulli * generales in Iure tituli, qui velut in alienum fundum subrepentes, subsequentium aliquot argumenta complectuntur, *vt ff. de Reb. cred. & si cert. petat. C. de Reb. credit. & Iureiur. & inst. de Oblig. quæ ex delict. nascunt. cum similibus.*

Palàm ex decursis fiet, quòd rubrũ à nigrô discolor quandoquè dissentiat, cùm modò arctius sit, modò difusius. At re hinc, & indè pensatâ, graviùs peccare cõcisum nimìs titulum, quàm latiorem agnoscit Bologninus *in Rep. ff. Si cert. pet. ad Rubr. Nu.* 1.

Id tamen vitij * minimè à nostrâ rubricâ contrahi,
9 adversùs Valascum suprà citatum, audactèr affirmo: eius nanque ratio minùs verô nititur primę constitutionis intellectu. Dissonat, inquit, à rubricâ cõtextus, quia hic non exigit paternũ obitum, vt filius præmij nomine ad munus veniat, quod parens gesserat. Labitur proculdubiò. Nam minimè statuit Constantinus, superstitis patris filiũ ipsius officiô remunerandũ, sed intendit vt natus paterna castra sequatur, eamque militiam militet, sub quà parens meret, aut meruit stipẽdia. Hæc omninò est mens Imperatoria, dum filios Officialium militarium vocat in *militiam parentum*. Sensus hic literæ, & verba sensui appositissima, vt infrà latè *ad L.* 1. *ex Cap.* 1. contra quotquot cum Valasco cõsentiunt.

At

At inquies,esto,neutiquàm vocèt Constantinus ad
patria munia superstitum officialium liberos;non in-
ficiandum tamen est Legislatorem de Officialibus in
humanis agentibus sermonem habere ; cùm tamen
inscriptio ; seu titulus de ijs solùm agendum polli-
10 ceatur; qui fato concessere. Quod * Cuiacium coë-
git , vt alitèr legeret rubricam , ac vulgò legi solet,
nempè non: *De Filijs Officialium Militarium*, sed con-
iunctione interpositâ: *De Filijs Officialium, & Mi-
litarium, qui in bellò moriuntur* : vt tam defuncto-
rum ; quàm superstitum officialium nati continerèn-
tur.

Verùm licèt ex præfatâ Cuiacij lectione difficultas
prorsùs evaneat, * mihi tamen ea sententia sedit, vul-
11 gatam quoque retineri posse,si fine Cæsarum ob ocu-
los proposito, series legum, vt ad eundem scopum or-
dinata, capiatur.

Animus nanquè Imperatorum est filios eorum largè remunerari, qui ob patriæ incolumitatem, generosâ obstinatione ; bellica omnia discrimina ; & ærumnas,mortemque ipsam devorarunt ; cum autem congruentissima videretur præmiandi ratio defunctorum officia propagare in sobolē relictā ; ideò lege tertiâ id ipsum præstatur.Sed quia nec decuit , nec oportuit eis,qui necdùm à limine Martem salutarant,belli clavum committere , nec rudes gladio manus occupare belligerô sceptro ; ideò priori lege eos imbui vult militaribus disciplinis,quas paterna castra sequēdo , comparent,patriam peritiam consuetudine imbibant, vt tandem ad Achillis conspectum , e Neoptolemis effecti Pyrrhi , post diem parentibus supremum, ad eorum munia dignè subeunda,maturescant, iam in adverso agmine operaturi,quæ in patrijs castris didicere. Quarè iudico priorem legem sequentibus præludiū facere.

Nec eiusmodi argumentum ★ ex legum ductum
12 viciniâ imbelle, ineptum, aut infrequens est apud Iuris cultores. Quod vsurpaverunt Accursius *in L. 2. ff. de Verbor. Obligat. & in L. de Pupillo 5. §. Sextus Pedius, ff. de Nov. Oper. Nunciat. & in L. Non videtur 22. ff. De Acquirend. Possession.* Cuiacius *in L. Legis Aquiliæ 54. ff. Ad L. Aquil. sub Libr. 36. Quæstion. Papin.* Maynerius *in L. In totum 76. Num. 5. ff. De Regul. Iur.* Id sanè si expediat, cur ineundum non sit? vt notat Ioannes de Immola *in L. 2. Num. 1. ff. de Verbor. Obligat.* Ad verum nempe, conditorisque voluntatem eruendam rectè insinuat iuris ingeniosus honos, cultum politicæ artis decus, D. Ioannes Suarius de Mendoza, in ornatissimis *Comm. ad L. Aquil. Libr. 1. Cap. 5. Sect. 4. Num. 40.* Idem testatur Antonius Bardus *de Tempore vtili, Cap. 16. Num. 12.* ex Baldo *in L. Gallus 29. §. Ille casus, Num. 2. ff. De Liber. & Postum.* vbi robustum ait esse argumentum ex duplicis Legis combinatione, indè non pauca deducens cum Ioanne de de Immola, vt *in Capit. Auditis 15. Vers. Quo circà,*
13 *Num. 4.* adnotat ex duobus ★ instrumentis inter se collatis fieri executionem. Idem Baldus *in L. Final. Num. 1. per illum Text. C. De Fals. Caus. adiect. legat.* Exornat Iason *in D. §. Ille casus, Num. 2. & 10.* Everardus *Loco à Coniunction. duar. Leg.* Alvarez de Velasco *in Axiom. Liter. A. Num. 352.* Hinc quatuor ★ contestantibus, binis consanguinitatem, &
14 binis coitum, incestum convinci docet Gilhausen *in Arbor. iud. crim. Cap. 6. Par. 1. §. 36. Num. 2. & 3.* Facit Textus *in L. Legatorum 33. §. Qui plures, ff. De Legat. 2.* vbi coniunctis codicillorum, & testamenti tabulis, testatoris sententia perspicitur. Sed & Cicero ait, 2. *de Invent. Quà in sententiâ fuerit scriptor, ex cæteris eius scriptis sumi oportebit.* Federicus Scotus *Libr. 1. Respōs. 9. Num. 7. Tom. 1.* Iacobus Simancas *de Pri-*

mo-

mogen. Hispan. Lib. 2. Cap. 12. Illudque ad rem no-
15 strам, * quòd pro verbis nonnullis interpretandis,
anteriora cum sequentibus comparantur, quò per
apertiora, difficilia deobscurentur, Arg. *L. Qui filiabus*
17. & *L. Si servus* 50. *ff. De Legat.* 1. Bartolus *in L. Et*
ideò 15. *Num.* 27. *ff. de V. O.* Surdus *Cons.* 317. *Num.* 88
Mãtica *de Cõiect. vlt. vol. Lib.* 3. *Tit.* 9. *N.* 3. Valenzuela
16 *Cõs.* 62. *Nu.* 42. Nec novũ est quòd priores leges ad po-
steriores trahantur, & e conversò, *L. Non est novum* 26.
L. Ideò. L. Et posteriores 28. *ff. De Legib.* Plinius *Libr.* 2.
Epistol. 19. Donellus *Lib.* 9. *Comm. Capit.* 14. Aerodius
Rer. Iudicat. Lib. 10. *Tit.* 13. *Cap.* 8. Diodorus Tuldenus
de Iurisprud. Extemp. Lib. 1. *Cap.* 30. Georgius Schom-
bornerus *Polit. Lib.* 3. *Cap.* 8. Valenzuela *Cons.* 141. *N.*
5. D. D. Ioannes Solorzanus Pereira, pulcrarum artium
apud Hispanos vindex, graviorum literarum columen,
ingens nostratibus gloria, ingens exteris invidia, qui
effecit ne quorum arma viceramus, eorum eruditione
vinceremur: in suâ Indiarum Gubernatione differtissi-
mâ, *Lib.* 2. *Cap.* 19. *Num.* 30.

Prætendunt itaque nostri tituli statuta, ob parentum gesta dignam filijs rependere gratiam: vnum id negotium agitur in præsentiâ. Ex priori lege iam elucescit, quo pactò, filium idoneum præmio reddi exoptet: tertia verò iam militaritèr educatum, & institutum officiò parentis de mortui remuneratur. Quarè etiam, rogabis, de filio ad munus excolendo, ne rubrica quidem mentionem fecerit? Respondeo, nec ægrè. Satis superque petitur aptitudo, dum officium insinuatur: neque enim summa legum providentia, temerè imperti-retur belli moderamen, nec præsumendum est illud indiscriminatìm absque vllo delectu despõderi; quin otij posset in rubricâ incusari aptitudinis postulatio, dũ officia cõferẽda prænũciat. Ad hunc modũ aliud agẽs Bẽvenutus Straccha *de Proxenet.* 1. *Part. Num.* 25. dubi-

17 tat ★ cur in Pandectarum libris, tantùm habeat rubrica *de Proxeneticis?* Et reſpōſum adhibet, ſufficere de his rubricam, vt de Proxeneris agendum clareret; cū alterū in alterius ducat notitiam, & non niſi ſupra illud; vel explicitum, vel pro in dubiò præteritum cadat.

Supereſt vltimus ob ex, verba illà *Qui in bello moriū tur*. Hæc difficilè videntur amicanda, cum illis primæ ſanctionis: *Sive iam dimiſsi ſunt*. Ecce enim liberos vocat Conſtantinus in parentum militiam, ſive hi adhùc ſacramento ligentur, ſive exauctorati ſint; at rubrica eorum tantùm meminit, qui vixerunt. Vndè forsàn ★
18 vtroſque comprehenſura, tum milites qui in armis dùrant, tùm eos qui rude donati ſunt, legitur etiàm: *De filijs officialium militarium, & militum*, vt eſt apud Garciam Toletanum, eò ſenſu, quò Trebellius de Victorino Tyranno dixit de mediò ſublatum: *Quòd matrimonijs militum, & militariū corrumpēdis operam daret*. Sūt etenim ★
19 militares (quod ibidèm explicat Salmaſius) qui militià
20 defuncti ſunt: vt ★ Conſulares, qui Conſulatu, *L. 1. & 2. C. de Cōſulib. Lib. 12. L. fin. C. Vbi Senat. vel Clariſ.* Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib. 1. Cap. 13. in fin.* Pro militibus quoque militares ſumūtur apud Vopiſcū *in Tacito: Deindè in vrnam militares iuſsit nomē ſuum mittere, vt aliquis eum ſorte ductus acciperet.* Et Ammianum *Lib. 21. Nihil circà adminiſtrationum augmenta præter pauca novari perpeſſus, nunquàm erigens cornua militarium*: vt populares pro populò apud Vlpianum *in L. 1. §. Quies quoquè, de Offic. Præfect. Vrb. Debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem*: Et Capitolinum *in Marco Antonino: Multa millia, & popularium, & militum interemerat.*

Dū autē nihil àddere mihi propoſui, novà dubitandi cauſa negotiū obnubilat: nā ſi iādiù parēs Marti vale dicto, paci vivit, & otio; quopactò mortē morietur armatā? Nec abſente patre filius habet, eius ſequi militiā

cu-

cuius bellicos mores, & instituta nequit edoceri remotus, quâ ratione ductum dicebamus Constantinum in paternam eum militiam avocasse. Præterquam quòd si parēs iam officiū militare deposuit, quid est quod filius in eius adhùc calentem locum non subintret?

21 Facilè cūcta hæc enodabuntur, * si superior de veteranis titulus in medium vocetur, & cū nostro, vtriusq; licijs colligatis, vt nostra tulerit dexteritas, continuetur.

22 Incumbit avidè Cōstantinus privilegijs * augēdis, honoribus, & cōmodis veteranorū; quìs valdè devinctus erat, nec cōtētus (quæ nō levis est in maiestate demissio, nec in privatô gloria) se obligatū fateri, *Tit. proximo; de Veter.* obseruāte etiā Cotæreo *de Iur. & Privil. Milit. Lib. 1. Cap.* 24. ibì prætereà indulxit eis immunitatē onerū, & munerū vbivìs civilium, operum publicorum, collationū, & vectigalium, vt nec vltrò volētibus permitteretur, nec arma sumere cogerētur inviti, nec incōgruis pulsarentur iniurijs. Taceo alia innumera indulta, quibus vbilibèt, quàm latè patet iuris facultas cōdecorantur. Quæ accuratè coacervavère Georgius Acacius Enēkelius *Lib. Vn. de Privil. Veter.* Petr. Gregorius *Lib.* 19. *Syntagm. Cap.* 16. *Num.* 4. Fulvius Cōstantius *ad hunc Tit. Num.* 13. D. Francisc. de Amaya *ad Tit. C. de His qui spont. publ. mun. sube. Libr.* 10. *ex Num.* 3. Solorzanus *in Tract. de Iurib. mun. honorar. Num.* 247.

Nunc honores ad filios produci Cōstantinus amat, ip
23 sosque in militiam scribi iubet. Super quò & aliud * edictum ab eodem promulgatum, extat *in L. Iam dudum* 4. *C. Theod. de Filijs Militar.* quod respicit; & refertur ad antiquius rescriptum ad Severum de filijs veteranorum, vt ad militiam cogerentur; cuius meminit Severus Sulpitius *in Vitâ Beati Martini, Cap.* 1. vt Baronius refert *Tom.* 4. *Ann. Christi* 351. *Num.* 19. Quæ sanctio per alios Imperatores crebrò repetita conspicitur, *in ci-*

tatô Titul. de Filijs Milit. Quos & Constantius, & Constās si spontaneo impedimento fierent ad militiam inhabiles, ad Decurionum munera præstanda compellunt *in L. Iterata* 35. *C. Theod. de Decurion. Iteratâ Lege Sancimus., vt veteranorum filij si post sedecim annos militiæ munus subire non possint, vel armis gestandis habiles non existant, curijs mancipentur.* Vt & Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius *in L. Omnes omninò* 89. *C. Theod. eod. Veteranorum filios armis impares, seque otio, vel debilitate membrorum, vel mentis torpore donantes vindicet curiarū necessitas.* Probus etiam edixit referente Vopisco: *Vt veteranorum filij ab anno octavo decimo, mares dūtaxàt, ad militiam mitterentur.*

Verùm enim in præsenti Constantinus (vt novi nō nihil commentemur) non modò veteranorum filios in miliam vocat, sed insupèr in militiam paternam, nempe illò vbì parens æra meruerat, iam quidem exercitio solutus, quasi tamen nondùm cingulum deposuerit. Sed * quorsùm id? Quæ causa? Quæ vtilitas? Hanc suspi-
24 cor. Quià nec tum parens totus ab exercitu abest; distat corpore, sed non famâ. Expatiatur per sæcula plura strenui bellatoris celebritas, nec durabit in castris eisdem eô recèns profectô? Permanebit sanè, quin tum permanere incipiet viri memoria. Durabit adhùc gestorum odor circunfusus, vndè natus hostilem prædam venetur. Durabunt solo impressa vestigia, queis insistat. In vallô, statione, tentorijs inveniet signa paternæ virtutis, digito commilitonum indicata. Non solùm militantium voces, sed ipsi, queis vtetur, bellici apparatus, cum mutô clamore, admonebunt quotidiè; ne â patre degeneres. Ideò igitur ad Imperatore ibì collocatur, vt viridis adhùc patrij nominis æmulatione inflammetur, indeque ad eius facinora, postremò ad eius munus efferatur.

Nec

Nec mirum quòd in lege primâ cũ militante confe-ratur veteranus: nam textus (vt voce vtar aptâ, nostrâ, quamvis nimìs nõ Latinâ) privilegiare filios procurat, & aliundè privilegia eis, qui armis vacãt impertita, ve teranis etiam beneficio sunt. *L. Sed & milites 8. ff. de Excus. Tut. L. Nullus 3. C. de Veteran.* Alfonsus Villadiego *ad L. Gothor. L. 1. Tit. 2. Lib. 9. Num. 7.* Matthæus Pati nius *in Tract. de Iudic. & Privil. Milit. Num. 27. qui extat inter Pragmaticas Scipionis Roviti.* Regens Hector Ca
25 pycius Latro *Consultat. 36. Num. 4. Lib. 1.* Quocircà * præclaram statuit distinctionem Petrus Belluga *in Specul. Princip. Rubr. 20. à Num. 17.* Multum enim interesse, ait inter indulta, quæ armorum vsum, expeditionem, & periculum respiciunt, & ea, quæ in prærogativam militaris dignitatis conceduntur, illa solùm militantium sunt, puta quæ ad testamenta pertinẽt. *L. Ne quidam 17. C. de Testam. Milit.* ast hæc, eorum etiã qui olìm bellaverant, quale illud, ne cõveniãtur vltra quã præstare posśint. *L. Miles 6. ff. de Re Iudicat. & similia.*


Sic igitur in lege primâ veteranus pro militante habetur, quousquè filius par evadat officio paterno; quod nec, quanvis interim differatur, ei vlla incõgrua retardatio suboritur. Quid si obstet nostra Lex tertia, quæ nullâ interiectâ morâ, *statim* ac pater defecerit, filium eius gradui substituit? Quod in filijs eorum, qui honestè fuerant dimisśi, paritèr observari oportebat, cùm genitores (vt dicebamus) privilegijs concesśis in ornamentum militaris dignitatis fungantur. Ast non
26 obstiterit dicta Lex. Id vtique ex rei, * & personæ qualitate, ex subiectâque materiâ, temperie prudenti, sempèr modificandum est. *L. Ex Militari 11.* vbì Baldus *ff. de Testament. Milit.* cum alijs adductis per Hippolytum Marsilijs *Singul. 510.* Magerus *de Adv. Arm. Cap. 12. Num. 97.* Pichardus *Disput. de Mora, Num. 127.* Gonzalez *in Regul. 8. Cancell. Glos. 4. Num. 185.* Va-

lenzuela *Conſ.* 129. *Num.* 106. *&* *Conſ.* 133. *Num.* 50. Extorquentur enim à proprio ſignificatò ſæpè verba, vt ſubiectæ deſerviant materiæ; vtì tradunt Menochius *Lib.* 4. *Præſumpt.* 139. *Num.* 12. Riminaldus Senior *Conſ.* 116. *Num.* 26. *Lib.* 1. & plures relati à Valenzuela *Conſ.* 14. *Num.* 38. *&* *Conſ.* 87. *Num.* 23. Hìnc
27 particulam * *Statìm* longa intervalla recipere comperies. Vnius anni *in Cap. Puella* 20. *Quæſt.* 2. & viginti annorum *in L.* 1. *&* *ibì Gloſ.* §. *Fin. Verbo Statìm, ff. de Iur. Fiſc.* Tiraquellus *in L. Si vnquã, Verb. Revertatur, à Numer.* 116. *C. de Revoc. Donat.* Aſcanius Clemens *de Pat. Poteſt. Cap.* 4. *Numer.* 41. Bermondus Choveronus *ad Tit. de Public. Concub. in Concor. Verb. Statìm.* Gratianus *Diſcept.* 41. *Num.* 12. Rodericus de Acunha *in Capit. Si quis* 50. *Diſt.* Alphonſus Carranza *de Partu, Cap.* 4. *Sect.* 3. *Num.* 148.

Hactenùs de lemmate textui coniugando. Sed cur, inquis, tuté nobis, & tibimet, nauſeam feciſti ſciens, & libens, inſipidis hiſce prolegomenis, & invenuſtà materie operis proſcenium condidiſti? Dicã. Primùm methodi precibus exoratus. Deìn ob inventi neſcio quid, & artis, quod exordiendo tractatui arriſit: ex ipsâ nempe inſcriptione, operis noſtri capita præcipua eruere protuberãtia. Quod exibui, ni fallor, velut aliud agẽs, & quaſi ex inſtituto vulgaria tantùm in eiuſmodi antéloquijs requiſita diſquirerem. Nam ideò rubrica (licèt tantùm eorum qui obiere natos exprimat, & contextus eorũ etiã, qui inter vivos ſunt, ſed non inter bellatores) textu nõ exceditur; quia cũ officiũ latẽtèr ſpõdet, eodem pactô aptitudinẽ petit, quę nimirùm militiam tractando, in quã vocatur, acquiritur. Viden? vt meritũ, officiumq; paternũ donandum ex ipsâ tituli ſcriptione pullulent? Hi ergo duo noſtri penſi cardines, rubricâ in ipsâ volvũtur. Filiũ enim, & dignum, & præmiandum, parentis intuitu, totus noſter ſudor erit. Inni-

nitemur equidem legibus primæ, & tertiæ, vti nostræ machinæ polis, sed primùm his in ipsâ inscriptione sua polaria sidera ostendimus, quæ quidem licèt non apertis radijs, ingeniosâ tamen ni fallor luce, cunctis dicendis affulgent. Frondescit adolescitque penes vtramque legem nostra tractatio, sed in ipsâ rubricâ gemmascere fit, idque rationibus eisdem, queis alius fortè solùm eã commendasset, & à nævis obiectis protexisset.

Ecce iã quàm planè ad operis nostri Scopũ hìnc aditus aperiatur. Forsàn, & inversâ paginâ intrò festinas admitti: Sed sistẽdũ est ipso in limine. Iuvat enim ante instituti nostri plenam indaginẽ, eundo redivivâ disquisitione, tractatûs littora legere. Commodùm iusta promissorum executio sequetur hâc præeunte face, vndè non modò rubrum, verùm textûs etiam nigrum illustratum, dilucidius apparebit, confido: pluribus interìm explanatis, quæ indigna silentio, adultam posteà tractationis methodum deordinarent. Hæc ergo ædificio, quod molimur, atria sunto. Invenies hìc, vt in atrijs assolet, vndè domûs internæ capias notitiam; si nuntia placeant, perge, pulsa; sin minùs, ostium tibi patet ad viam redituro; abi, donèc te revocem.



CAP. II.

Quosnã Officiales rubrica designet? ad illud *Officialium Militum.*

SVMMARIVM.

1. *Officium generale nomen.*
2. *Qui sub Officialibus hìc Apparitores intellexerint?*
3. *Quid* Apparere *significet?*
4. *Apparitores ab* apparendo.
5. *Diversorum erant*

Officiorum.
6. *Qui nam in eorum numero?*
7. *Nominati Ministeria.*
8. *Apparitio.*
9. *Executores.*
10. *Missi.*
11. *Officia.*
12. *Officiales.*
13. *Vndè Officiales nuncupati?*
14. *Militarium signati appellatione.*
15. *Officialis nomẽ ad Magistratus pertingit.*
16. *Indefinita æquipollet universali. Quandò secùs?*
17. *Dictio* Quicumque *universalis.*
18. *Generalia generalitèr capienda.*
19. *Quid Ducenarij, Cẽtenarij, Biarchi in Magistratuum Officijs?*
20. *Primipilarius non ex Apparitoribus.*
21. *Cur quandoquè inter eos?*
22. *Primipilus legionis.*
23 *Primipilus in C. Iustin. & Theod.*
24. *Ecquis Ducenarius in legione?*
25. *Centenarius?*
26. *Biarchus?*
27. *Militare testamentum eorum, qui militiam deserunt, successoribus acceptis, nõ tenet intra missionis annum.*
28. *Subsistere valet, licèt non ex verbis, ex sententiâ constitutionum.*
29 *Verba per sentẽtiã in Iure diffundi.*
30. *Apparitores non militabant.*
31. *Sola matricula milites non facit.*
32. *Pro eâ stat præsumptio Iuris.*
33. *Apparitores militare testamentum non condebant.*
34. *Illis indultum castrense peculium, & Num.* 60.
35. *Eos sustulit Severus.*
36. *Pollionis locus emendatus.*
37. *Exponitur Vlpianus.*
38. *Quid Statores?*
39. *Stratores qui, & vndè dicti?*
40. *Quid Strata?*
41. *Militare testamentum cunctis in hostico*

de

deprehensis permissum.
42. Apparitores Clarissimorum Magistratuum.
43. Conditionales censebãtur.
44. Tabularij servi conditionales unde?
45. Tertullianus expensus.
46. Homines conditionis qui?
47. Apparitores Adscriptitijs similes.
48. Adscriptitij servis affines.
49. Sic Metallarij, Murileguli.
50. Ad Apparituram cogebantur Conditionaliũ liberi.
51. Oportet necessitatem sonat.
52. Quinam Originarij Coloni?
53. Legionarij milites.
54. Levis armaturæ pedites inter Legionarios, haud numerati.
55. Explanatur Modestinus.
56. Auxilia non annumerat a legionibus.
57. Legionarij filius in acie absumpti munia subibat.
58. Apparitores Illustriũ Magistratuum.
59. Militibus adnumerati.
61. Cingulum militare gestabant.
62. Cingulum militum insigne.
63. Militare testamentũ non condebant.
64. Quinam illi essent?
65. Princeps quis?
66. Numerarij.
67. Commentarienses.
68. Primiscrinij.
69. Scriniarij.
70. Exceptores.
71. Apparitores ex equestris militiæ gradibus mutuati nomina.
72. Equestres in militiâ gradus.
73. Iis singula officia, seu schola constabant.
74. Nominibus equestris militiæ fungebantur solùm primos gradus adepti.
75. Ei Ordinarij dictitati.
76. Et speculatores.
77. Hisce titulis plures interdùm decorati.

IAM rubrum subit verbatim digerendum, & in tituli mētem eius Officiales seligēdi: Quosnam potissimùm sub vocis latitudine contentos, hic suam agere personam, cōgruentius videatur. Et quidèm in re tenebrosiori, & Scriptoribus ferè intemeratâ, quicquid erogaverint notitiæ, vt cum avaris agitur, gratātes rapiemus; ex tremulis eis doctrinæ radiolis, sublustrique sensu, quod magis e veritate fuerit, extorquētes. Vndè futurum spero, vt iura nostra in declarationē emergāt legitimam, & quotquot vsque dum recepere, syncerissimàm. Quousquè, noster nobis campus obtingat, in primâ parte, vbì nova viarum compendia rimantes, nostris auspicijs, ad aliam veritatis oràm appellamus.

De quibusnam potiùs Officialibus titulus hic sit accipiendus, meritò in litem trahi poterit, cùm nec insinuentur in contextu, & aliàs quivis ab officiò quod exercet, appelletur * Officialis, latissimumque
1 sit officij nomen, *L. 1. ff. de Iurisd. Omn. Iudic. L. Officiales* 4. & ibi Gloss. *C. de Episcop. & Cleric. L. Ne quis 6. C. de Dignitatib. Lib.* 12. munus omne rei gerendæ complectens, *L. Legatis 65. §. Si ex officio, ff. de Leg.* 3. *Clem. Ad nostrum* 2. *§.* 1. *de Censib.* Pancirolus *in Notit. Orient. Cap.* 42. Gama *Decis.* 358. Giurba *Cons.* 97. *Num.* 1. & 2. & *Cons.* 11. *Num.* 19. Riccius *Collect.* 2502. Horatius Montanus *de Regal. Offic. Num.* 5.

2 Cuiacio hìc * sub Officialibus Apparitorès significari placet; Quod ipsum testantur Baronius *ad Martyrolog. 27. Maij*, Pancirolus *in Notit. Orient. Cap.* 9. & 158. Marcellus Donatus *in Tacit. Lib. 16. Annal. Cap.* 12. Gutherius *de Offic. Dom. August. Lib. 2. Cap.* 10. Budæo Auctore *Apparere*, * Ministrare est famulari, inser-
3 vire. Indè Apparitores * dicti, vt docet servius *Libr.* 12. *Æn.* Virgilianum illud illustrans.

Sa-

———Sævique in limine Regis
Apparet———

Qui præibant, apparituram faciebant, Imperium Magistratus exequentes; *L. Apparitores 5. C. de Exactor. Tribut. Lib. 10. L. 1. C. De Sportul. L. Cum Clericis 25. §. Statuimus, C. De Episcop. & Cleric.* & alibi passim. Patet ex Livio *Lib. 3. &* 8. & frequentissimum est Ammiano Marcellino. VVolfangus Lazius *Libr. 2. Comm. Reip. Rom. Cap. 4.* Taubmanus ad illud Plauti *in Capteiv. Act. 2. Scen. 3.*

Efferat sine custode. At ego mox apparebo domi.

Vsurpat hoc Verbum Tertullianus *in Lib. De Spectac. Cap.* 17. illic: *Cùm Spiritui appareant aures, & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur.*

Eosque ad Officia * diversa pertinuisse, maximè
5 constat ex Codicis *Libr. 12. à Titul. 52. vsque ad 60.*
Videlicet Præfecti annonæ, Præfecti Vrbis, Præfe-
cti Prætorij, Proconsulis; Legati; & aliorum; in
6 quorum numero computantur * Scribæ, Interpre-
tes, Accensi, Lictores, Viatores, Summotores, de
quibus Alexander ab Alexandro *Dier. Gen. Cap.* 27.
& ad eum, Tiraquellus; Petrus Gregorius *Lib. 47. Syn-
tagmat. Cap. 40. 41. & 42.* Donatus *vbi suprà*; Ada-
mus Contzen *Lib. 7. Polit. Cap. 30.* Omnes tamen ap-
pellatione amplissimâ dicebantur Apparitores.

Ministeria * non nunquam indicti L. *Tutor 3. §. Sed
7 si non latitet. ff. de Suspect. Tut.* Aliquandò * *Apparitio* ve-
8 lut in L. *Fin. §. Fin. ff. de Eo quod met. caus. L. Si quis
in hoc genus 3 11 C. Theod. de Episc. & Cler. L. 1. C. de Loca.
prædior. civil. vel fiscal. Lib. 11.* vbi Odofredus rectè mo-
net ibi *Apparitionem* sumi pro Apparitoribus, nō pro Iu-
dice, vt Accursius, & Platea tradidere. Indè Tertullia-
nus L*ib. de Præscript. advers. hæret. Cap.* 42. dixit: *Appari-
tio devota* pro turbâ ministrorum, qui Episcopo Sacris

operanti, vel ad aliud quodvis intẽto, præstò esse solet, vt ibì adnotat Pamelius. Cicero tamẽ *Lib.* 13. *Epist. ad Thermũ* pro Apparitoris officiò *Apparitionem* accepit.
9 Interdũ * *Executores* vocati *L. omnibus* 3. *C. de Sport.* L. *Ait Prætor* 3. §. *Si executor, ff. de Neg. gest.* §. *Tripli Inst. de*
10 *Action.* Item * *Missi* quales in *Cap.* 1. *de Immun. Eccl.* Atque (vt alias omittam nomẽclaturas videndas apud Pãcirolum in *Notit. Orien. Cap.* 9. Pet. Gregorium *D. Lib.* 47. *Cap.* 40. Cassenæum *in Consuet. Burg. Tit. de Iustit. des Iustices,* §. 6. *Verb. Massarij & Serviẽtes Masiers, &*
11 *Sergeãs Num.* 1.) ijdem *Officia* nũcupantur, L. *Illicitas* 6. §. *Ne tenuis, ff. de Offic. Præsid. L. Si plus* 24. §. 1. *ff. de Evi ction. L.* 2. §. *Et hac, C. de Offic. Præf. Præt. Afric. L.* 1. *C. Ne fiscus rem quam vẽd. Et est Tit. C. de Divers. Offic. Lib.* 12. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib.* 2. *Cap.* 4. In quẽ sensum Tertullianus Advers. Valẽtin. *Cap.* 16. inquit: *Cùm officiò, atq; comitatũ coætaneorum Angelorũ.* Præte-
12 reà * *Officiales,* quemadmodùm *in* L. 1. L. *Si is cui legatũ* 5. §. *Missus, ff. Vt in possession. legat. L.* 2. *C. de Decurion. Cap. Nullus* 4. *Quæst.* 4. & aliàs vulgò. Tamque in Iure, quàm in alijs antiquioribus monumẽtis, pro Magistratuũ Officiò Apparitura, & pro Officialibus ipsi Apparitores desumũtur. Constat ex notitiâ Provinciarum, & notat Baronius *ad Martyrol.* 27. *Maij.* Apuleius 1. *Metam. Iam enim faxo scias, quemadmodùm sub meô magisterio mali debeãt coërceri: & profusâ in medium sportulâ, iubet Officialem suum insuper pisces ascẽdere.* Vbi Beroaldus & *in Lib.* 7. *ad illud: Fuit quidam multis officijs in aulâ Cæ-*
13 *saris clarus;* illud scribit * quòd veteres illi Prętores, quia cum officijs in Provincias mittebantur, officij nomen Provincijs indidere, vndè officialium etiam nomen in Apparitores dimanavit.

Quod ex adiũcto verbo *Militarium* ampliùs liquet; neque enim inscribitur: *De filijs Officialium militum,* sed
14 *militarium:* * quæ vox Apparitorum est, qui licèt militiâ

sc-

ſequerētur, minimè pugnabāt; vndè aptè ſignātur militarium nomine, ſic enim ſunt dicti, qui in bellô verſabātur, quin milites verè forēt, vel cum hoſte cōfligerēt, quales Scribæ, Actuarij, Numerarij; & reliqui apparitu ram agētes Magiſtratibus. Sic ad verba illa Pollionis in Victorin. Tyran. *Quod matrimonijs militum, & militariū corrumpendis operam daret* expoſuit Caſſaubonus illud *militarium* non de his qui militaverāt, ſed de ijs ad quos de prælio non pertinebat, cùm tamen in legionibus degerent, vt Apparitores.

His ita præiactis, quanvìs tantorum virùm propoſito iudicio noſtrum ſubmitti opus ſit; nihilominùs in non levi iurgio eſſe credo: anne dè Apparitoribus tātū *Officialis* dictio accipiatur in rubricā?

15 Et ſanè cur de ijs duntaxàt, dum eius vis * ad ipſos quoque Magiſtratus protenditur? L. *Fideiuſſor* 7. §. *Vlt. Qui ſatiſdar. cog.* Conſentiunt Seneca: *Sexageſimus* (inquit) *annus ab Officiò me dimittet.* Quem in hanc rem adducit Beroaldus *ad citatum Apuleij locum* Lib. 1. Cuiacius *Lib.4. Obſerv. Cap.22.* Alfarus *de Offic. Fiſcal. Gloſ.* 42. Significatûs enim generalitate Officia cum, & abſque iuriſdictione comprehendit. Ancharranus, Immola, & Barbatia *in Rubr. de Offic. & Poteſt. Iud. Deleg.* Gutherius *de Offic. Dom. Aug.* Lib.1. *Cap.*2. Non igitur reſtringenda, cùm loquatur indiſtinctè, L. *de Pretio* 8. *de*
16 *Publican: cum vulgatis*; & * indefinitè, vniverſali æquipollens *L. Si ita relictum* 43. *L. Si pluribus* 44. *ff. de Leg.* 2. Ni aliud æquitas *L. Si ſervitus* 23. *ff. de Servit. Vrban. prædior.* aut ratiò diverſā perſuaderet, vt *in L. Iulianus* 68. *iunctā L. Si cui lana* 70. *in Princ. & L. Quæſitum* 78. §. *Illud fortaſſè, ff. de Leg.* 3. provt obſervant Doctores *in D. L. Si pluribus.* Plura Pacianus *de Probat. Lib.2. Capit.*35, Horatius Montanus *Controv.* 80. *ſub Num.* 13. Beſoldus *in Diſcurſ. polit. de Ærar. public. Cap.* 5. *Quæſt.* 1. *Num.*4.

Vi-

Vrget vehementiùs,& dilucidiùs,protrahendam rubricam ad prognatos nõ minùs ignobiliũ, quàm sublimium officialium, vox illa *Quoruncũque* apposita *in* L.
17 1.& iterata *in L.* 3. cuius ★ virtus vniversalis est, nihil nõ comprehendens. Glossa *in* L. *Si necessarias* 8. §. *Si annua Verb. Eis verbis, ff. de Pignorat. action.* & significati adhùc amplioris, quàm dictio *omnis* Cicero 2. de Orator. *Omnia quæcunque in disceptationem hominum venire possunt, benè sunt oratori dicenda:* & Orat. contra Rullum de Leg. Agrar. *Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt revocanda.* Huius vocis potestas inter Iuris interpretes mira est, quam adglomeratis exemplis commendant, & exaggerant, Aimon *Consf.* 294. *Num.* 1. Bermõdus Choveronus *in Præfat. ad Tit. de Pub. Concub. in Concord. Verb. Quod quicunque.* Cavatius *in Oculo Reip. sive de Perf. Iud. Cap.* 6. *Num.* 57. Arisminus Tepatus, Barbosa, Cenedus, Amaya *in L. Curialibus* 66. *Num.* 39 *C. de Decur.* Valenzuela *Consf.* 5. *Num.* 61. D. Ioan. Baptista de Larrea *Allegat.* 86. *Num.* 30. Nisi igitur vocum statùtam, & inveteratam significationem invertamus,
18 ★ generalia generalitèr capienda sunt, L. *Regula* 9. §. *Vlt. ff. de Iur. & fact. ignor.* L. 1. §. *Cùm vrbem, ff. de Offic. Præf. Vrb.* Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 11. *N.* 448. Besoldus *Differt. Politicoiurid. de Maiest. in genere, Cap.* 7. *Num.* 3. D. Iosephus Vela *Iuris Contr. Differt.* 2. *Num.* 5. Valenzuela *Consf.* 21. *Num.* 43. *cum seqq.* ac proindè asseverandum officiales quoscunque nostrà rubricà contineri.

Quòd si hucusquè in genere dicta vrgẽt, vbì ad specialiora pervenitur, adaucta difficultas recrudescit. Etenim si de Apparitoribus hìc agi statuamus, id persuasi ex Lege tertià, quæ Ducenariũ exprimit, Centenarium
19 & Biarchum, nomina ★ graduũ promotionis in vnaquaque Scholà, & Cohortalibus Magistratuũm. Cuiacius *ad Tit. C. de Agent. in reb. Libr.* 12. Donatus *in Diluci-*

da-

dation. ad Lamprid. in Heliogabalo: Cernimus ex adversò in Leg. 2. agi de Primipilario, qui ★ Apparitor non erat, vt obseruat Pancirolus *in Notit. Orien. Cap.* 21. Ac proindè nec Notitia vtriusque Imperij, nec Iustinianus in Africæ officijs, seu Apparitoribus ordinandis, *L. 2. C. de Offic. Præf. Præt. Afric.* Primipilum vspiàm nominant. Apparitores ergo, & non Apparitores rubrica cōplectitur.

Si respondeas. Etsì re ipsâ Primipilarius Apparitor
21 non esset, attamen★inter Apparitores connumeratur, nam iussis Præsidum, seu Prætorum in perpetuùm addictus erat, *L. Quisquis* 27. *C. de Episc. & Cleric.* Supremaque in Præsidum Officio erat Primipili functio, quâ nōdùm expletâ Cohortales non dimittebantur, *L. Ordinariorum* 7. *C. de Cohortalib. Lib.* 12. eorumque filios, vt & Cohortalium paternam sequi conditionē oportebat, *L. 2. hòc nostro Tit.*

Insistam rogans: Cur in L. 2. Primipilarius nō erit ille, qui apud Romanos★legionis vnius gerebat Princi-
22 patum? Primus Cēturio dictus Livio *Lib. 7. Cap.* 41. quia Cēturionū omnium caput erat, & ductor, & quatuor in acie primâ centurias moderabatur? Vegetius *Lib. 2. Cap.* 8. Aquilæque præerat. Alexander ab Alexandro *Lib. 4. Genial. dier. Cap. 2.* Chrisostomus Soldus *super illud Sallustij in Bello Iugurt. Et Centurio Primipili tertia legionis, L. 10. Tit. 9. Part. 2.* Consule Aldum Manutium *de Quæsit. per epist. Lib.* 1. & Schegkium *in Notis ad Patercul. Lib. 2. Cap.* 78. Osualdum *ad Donell. Libr.* 15. *Comm. Cap. Vlt. Lit. C.*

Sed vlteriùs nō procedam; quia vt rectè Lipsius admonuit *Lib. 2. de Milit. Rom. Dial.* 8. nulla illius in iure mentio, ★ sed Primipilorum tantùm, queis munus
23 potiùs erat ministerio, quàm honori, quique pro victu bellantium curando destinabantur ad limites, *L. Primipilaribus* 6. *C. Theod. de Cohort. Princip. Corn. & Pri-*

mi-



mipil. & *in L.* 8. 10. & 16. *Eod. Titul. L.* 12. & 13. *C. Theod. de Diverʃ. Offic.* Paſtus Primipili, vt *in L. Solita* 3. vbi Cuiacius & *in L. Ordinariorum* 7. *C. de Cohortalib. Lib.* 12. Vtroſque immeritò confundunt noſtri Authores, Lælius Taurellus *in Opuſc. de Milit. ex caſu*, Cobarruvias *Lib.* 1. *Variar. Cap.* 16. Petrus Barboſa *in L.* 1. *Part.* 7. *ex Num.* 1. *ff. Solut. Matrimon.* Eſcobar *de Ratiocinijs Cap.* 39. *Num.* 9. Gaitus *de Credit. Cap.* 4. *Quæſit.* 11. *à Num.* 1898. Savarus *Comm. ad Sidon. Lib.* 6. *Capit.* 1. D. Laurentius Ramirez de Prado *in Teſſer. Leg. ad Text. Super creandis* 11. *C. de Iur. Fiſc. Pagin.* 22.

Sed non ſimilem effugio locum autumo futurum *in* L. 3. Nã & ſi Ducenaria, Centenaria, & Biarchia gradus Apparitorum fuerint, nomina tamen à militaribus muniјs deduxerunt originem, proprieque, & ſtrictè, non tranſlatitiè deſumptis, ſub Ducenario primus deſignatur Haſtatus,
24 ★ qui duabus Centurijs, hoc eſt militibus ducentis præficiebatur in acie ſecundâ, interprete Vegetio *Lib.* 2. *Cap.* 8. Pancirolus 2. *Variar. Cap.* 190. & 243. Beroaldus *ad Apuleij locum Lib.* 7. *de Aſin. Nam Procuratorem Cæſaris Ducenariâ perſunctum*, Marcellus Donatus *in Dilucid. ad Sueton. in Claudio Cap.* 24. Amaya *ad L.* 1. *C. de Exactor. Tribut.* Centenarius
25 ★ in militibus erat Centurio, nam qui antiquitùs Centuriones, ætate ſuâ Centenarios appellitari, refert Vegetius *D. Cap.* 8. & 13. Biarchus
26 ★ annonæ Præfectus, non abſimilis ei, qui decem militum contubernio præponebatur. Vegetius *vbi proximè*, Pancirolus *in Notit. Orient. Cap.* 63. Quamobrèm ſi prædicta nomina tantorum ſunt in acie munerum, cur de ipſis pronuntiata non cenſebuntur, ſed de Apparitoribus, queis non niſi per analogiam quandam competere cernimus?

Et quanvìs verba illa primæ Legis *Sive iam dimiſſi*

ſunt

sunt sensum constringere necessariò videantur ad Apparitores, in quos dimissio cadebat: neutiquàm enim altiores Officiales dimittebantur, sed successoribus acceptis à militiâ vacabant; *L. Quod constitutum* 21. *ff. De Testament. Milit.* ★ Vbi Centurionis, Tribuni, &
27 Ducis testamentum, iure militari conditum, intra annum post arma relicta, non subsistit, secùs ac cæterorum, qui dimitti solent; quoniam privilegij verba de dimissis, non de alijs meminere. *L. In fraudem* 15. §. *Fin. L. Si certarum* 17. §. *Fin. L. Testamenta* 26. *L. Eius militis* 34. §. 1. *L. Militis* 36. §. *Vltim. L. Quod dicitur* 38. *ff. De Testament. Milit. L. Si miles* 92. *ff. Ad L. Falcid.*
28 Quanvìs, inquam, hæc ita se habeant, ★ ex sententiâ tamen Constitutionum Principum, etiam ad Centuriones, & Tribunos attinere, Cuiacius demonstrat *in D. L. Quod constitutum sub Lib. 4. Quæst. Africani.* Quemadmodùm edictum de his qui notantur infamiâ, de dimissis loquens, ad eos etiam extenditur, qui successoribus donantur, *L. 2. De His qui not. infam. Dimissum* (inquit) *accipere debemus Tribunum, sive cohortis, sive legionis*, vbi Antonius Faber *in Rational.* Nec in Iure insolens, ★ vt per sententiam verba diffundantur; *L. 7. §.
29 Si quis id, de Iurisd. omn. iudic. Edicti quidem verba* (ait Vlpianus) *cessabunt; Pomponius autem ait sententiam edicti porrigendam esse ad hæc.* Et in L. 2. §. *Quid si* 29. *ff.* Ad Tertylian. *Quid si* (loquitur Vlpianus) *curatores non petijt? Verba rescripti deficiunt; sed dicendum est, siquidem impuberibus Curatores non petijt, eandem esse rationem.* Albericus Bolognetus *de Leg. Iur. & Æquit. Cap. 29. Num. 15.* Cur igitur nostræ legis verba excipienda sint strictiùs, non solutiùs?

Præsertim dum e rubricæ verbis potiùs esse videntur superiores, quàm inferiores Officiales: cùm ex hactenùs disputatis: Tum quia de Officialibus militibus sermo fit, vt & evincitur ex integrô contextu, &

ex

ex illà rubricæ lectione à Garcià Toletano allatà in *Lucern. De filijs Officialium militarium, seu militum*, quæ quidem nullatenus ad Apparitores militares spectare
30 potest, * vtpotè qui non militabant, licèt in album, seu matriculam cum militibus communem referrentur, *L. Seriniarios* 16. *C. de Testament. Milit.* Cùm * ea
31 sola, exercitio deficiente, militem non constituat. Cuiacius *ad Tit. ff. De Bon. posses. ex Testament. Milit.* Donellus *in D. L.* 16. *& ad eum* Osualdus *Libr. 6. Comm. Cap.* 28. *Lit. N.* Ozerus *in Rubr. Inst. de Milit. Testamen. Num.* 1. Tantispèr enim in dubio * ab illâ stat præsum-
32 ptio iuris, *L.* 1. *ff. de Alb. Scrib.* Faciunt Bartoli adnotata *in L. Titiæ textores* 36. *Num.* 2. *ff. de Leg.* 1. *& in L. Fin. Num.* 1. *&* 2. *C. de Reb. Credit.* Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 6. *Num.* 146. Atque adeò * militari iure te-
33 stamentum conficere Apparitoribus non dabatur, *D. L. Scriniarios* 16. Osualdus *vbi suprà.* Coteræus *de Iur. & Privil. Milit. Lib.* 2. *Cap.* 18.

Comprobatur ex *L. Vltim. C. de Castrens. pecul. Lib.* 12. quâ * illis habere indulgetur castrense peculium.
34 Quod si verè milites essent, frustra tracta fuisset in litigium habendi facultas, nec lege caveri opus fuisset. Eos * itaque sustulit Alexander Severus, ne non mili-
35 tantes, imbelles fuci, militum absumerent salaria. *Apparitores nullos esse passus est* (ita in eius vità Lampridius) *Tribunis, aut Ducibus, nisi milites anteire noluit.* Quem morem obsoletum Balista revocavit, vt Trebellius Pollio *in triginta Tyrannis* reliquit scriptum. *Est* (inquit) *& alia eius* (intellige Valeriani) *epistola in quà docet sibi præcepta gubernandæ Reipublicæ ab eodem data: gaudens quòd eius consiliò nullum Adscriptitium, id est vacantem haberet, & Tribunum nullum stipatorem.* * Quem locum meritò
36 eruditissimus castigat Lipsius *de Milit. Rom. Libr.* 5. *Dialog.* 8. & pro *Tribunum* scribit *Tribunus.* Ad Severi constitutum credere est respexisse Vlpianum * *in L.*
37

Ob-

Obſervare 4. ff. de Offic. Proconſ. Nemo (inquit) *Proconſulum Statores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum milites miniſterio in provincijs funguntur.* Nam Statores ★
38 Apparitores fuere; quos Budeus intelligit Magiſtratuū Nuncios: quasi dixerit Conſultus: Si quò Proconſuli exeundum ſit, nullis vtetur proprijs Apparitoribus, ſed ſolùm verè milites ei anteambulabunt. Sic Revardus *Lib. 1. Varior. Cap. 12.* Cuius ſententia, vt ait Henricus Salmuthius *in Not. ad Memorabil. Panciroli, Lib. 1. Tit. de Damnat. in Metall.* tum quoque erit integra ſi pro *Statoribus*, cum Cuiacio *Lib. 11. Obſervat. Cap. 1.* legatur *Stratoribus:* Nam & Stratores ★ dicebantur qui
39 caſtra præibant, vt accommodatiora loca ad exercitum traducendum ſternerēt. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib. 2. Cap. 14.* Idque ab *Stratà*, ★ quæ vt Procopius
40 Perſici belli libris, memoriæ prodidit; apud Romanos viam ſignificabat, vt ex eò affert Anaſtaſius Germonius *Pomerid. Seſs. 2.* Ab aliò Stratorum miniſterio, Vlpiano illuxit Ramirez de Prado *in Pentecontarch. Cap. 5.* Ex quibus omnibus concludendum venit, Apparitores, vtpotè non militantes, â rubricâ excludendos.

Ni ſatis fiat: Quòd ſicut Appariroribus, & Paganis
41 ★ in hoſtico, & impugnæ conflictu conſtitutis iura largiuntur, vt etsì milites non ſint, quia in eàdem aleâ cum militibus reperiuntur, citra vllam iuris ſolennitatem, poſtremum elogium conficiant, & in prælio decedentibus, teneat *L. Vlt. ff. de Re Milit. L. Vnica*, vbì Cuiacius *ff. de Bonor. poſſeſ. ex teſtam. milit. idem Cuiac. ad Tit. C. de Teſtam. Milit.* Maynardus *Lib. 5. Deciſ. Tholoſ. 17.* Ayala *de Iur. Bell. Lib. 3. Cap. 7. Num. 24.* Acacius *de Privileg. Milit. Lib. 1. Cap. 9. Num. 35.* Valenzuela *Conſ. 124. Num. 14.* non alitèr eis poſt obitum hoc privilegium erogatur, vt nulli alij quàm ipſorum liberi in eorundem officia recipiantur, quod ni fallor

innuere videntur illa Legis novissimæ verba: *Quocunque modò militans in bellò moriatur*. Verùm sempèr consistet, quoscunque Officiales nostram claudere rubricam.

Id quod rursùs (vt legitimum constitutionis sensum eviscèremus) probatur ex Panciroio, qui *in Notit. Orient. Cap.* 158. attestatur legem primam, & secundam de Apparitoribus *Clarissimorum* Magistratuum
42 sermonem habere, cuiusmodi erant * Apparitores Cõsularium, Correctorum, & Præsidum Provinciarum,
43 qui perennebant in ministerio, * conditionalesque censebantur, id est conditioni suæ addicti *L. Cum advocatio* 8. *L. Iubemus* 17. *C. de Advocat.* 1. *L.* 1. *&* 2. *C. Vbì quis de Curial. vel cohort. aliàve cond. conv.* ita vt semèl ingressos ab appariturà dissolvi fas non esset, nisi completò Primipilari munere, *L. Solita* 3. *L. Si Cohortalis* 12. *L. Fin. C. de Cohort. Lib.* 12. Amaya *in L. Pracepit*
44 3. *C. de Canon. Largit.* Hòc sensu Tabularij * Conditionales servi dicuntur *in L. Defensionis facultas* 7. *C. de Iur. Fisc. & in L. Scripturas* 11. *C. Qui potior:* Quia sic officio mancipati erant, vt per quinquennium ad aliud adspirare nequirent, *L.* 1. *C. de Tabular. Lib.* 10. Non verò quòd à servis instrumenta publica conscriberentur, quod perperàm censebat Pancirolus *in Thesaur. Var. lect. Lib.* 1. *Cap.* 26. Hìnc apèruit Amaya *in D. L.* 7. *C. de*
45 *Iur. Fisc.* illud Tertulliani * *de Idololatr. Cap.* 12. *Opera conditionalis eram*, ac si diceret. Ita operam meam locabam, vt inchoato sempèr operi adhærerem. Indidèm hominum conditionis * appellatio in vasallos emana-
46 vit, oneribus realibus, personalibusque obnoxios; quia servituris conditione obstricti sunt, & tributa capitis pendere, & servitia Regi præstare. Callistus Remirez *de Leg. Reg.* §. 27. *Num.* 5. Sesse *Decis.* 402. *Num.* 3. *Tom.* 4. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Libr.* 1. *Cap.* 23. *Numer.* 47.

Sic

Sic similitèr prædicti Apparitores conditionis servilis erant; qui Agricolis censitis, * seu Adscriptitijs cõ
47 parantur *in L. Probari* 3. *C. de Appar. Mag. Milit. Libr.* 12. Qui etsì liberi essent, *L. 2. C. In quib. cauʃ. Colon. Lib.* 11. Tamen quia ita addicti, & conditionati erant, vt ab agris discere nequaquàm possent, inter servos * cen-
48 sentur *in L. 2. L. Omnes* 6. *C. de Agricol.* L. *Vnic. C. de Colon. Thracenʃ. Lib.* 11. Marcus Mantua *Observat. Legal.* 53. *Lib.* 6. Maynerius *in L. In iure civili* 161. *Num.* 3. *ff. de Reg. Iur.* Remirez de *Leg. Reg.* §. 32. *Num.* 31. & §. 33. *Num.* 4. & §. 34. *Num.* 2. Latè Solorzanus *de In-*
49 *diar. Gubern. Lib.* 1. *Cap.* 3. *Num.* 20. Vt & * Metallarij, & Murileguli *in L. Fin. C. de Metallar. Libr.* 11. *totò Tit. C. de Murileg. Lib.* 11. quia illud servitium, vel ministerium hi quoquè impotes erant declinare. Pichardus *in Disputation. de Nobilit. communicat. inter vir. & vxor. Num.* 34. Amaya *Libr.* 1. *Observation. Capit.* 6. *Num.* 12. Solorzano *vbì suprà Capit.* 13. *ad Num.* 52.

50 Apparitorum conditionalium liberi * pari necessitate cohortales nascebantur, *L. Si Cohortalis* 12. *C. de Cohortalib. Libr.* 12. *L.* 1. ibì: *In paternam Militiam vocentur*, & *L.* 2. ibì: *Paternam sequi conditionem oportet*,
51 *hòc Nostr. Titul.* cuiusmodi verbum, * necessitatem præseferre, cuique notum, L. *Verbum oportere* 37. *de V. S. L. Cùm ampliùs* 84. §. 1. *de Regul. Iur.* Donellus *Lib.* 12. *Comm. Cap.* 1. & 2. *vbì* Osualdus *Lit. D.* Berlichius *Part.* 1. *Concluʃ. Practic.* 53. *de Iurament. Num.* 52. Quod Accursius insinuavit inquiens: *Filij non vocentur in aliam militiam.* Cuius verbis institere Rebuffus, & Lucas de Penna.

Hanc filiorum apparituram, *Originariam* haud incongruè dixeris, & eosdem *Originarios* exemplo
52 Originariorum Colonûm, * qui solò in ipsô, seu fundô, ex Adscriptitijs nati sunt, nomine quidem,

non verò conditione parentibus dissimiles, *L. 1. C. de Colon. Illiric.* Libr. 11. *L. Originarios* 11. *C. de Agricol. & Cens.* debentque illi glebæ adhærere, cui colendæ se genitores dicarant, L. *Cum satis* 23. §. *Cùm autem Anastasiana, C. de Agricol. & Cens.* Cælius Rhodiginus *Lection. Antiquar. Lib.* 4. *Cap.* 31. Petrus Gregorius *Lib.* 18. *Syntagmat. Capit.* 23. *Num.* 7. De hisce igitur Apparitoribus conditioni suæ devinctis probè satis priores Leges Pancirolus exposuit.

Tertiam verò de Legionarijs Militibus, quales
53 dicebantur, * quicunque in Legionum Milites, & sub Imperio legati erant. Neque enim quilibet miles legioni miscebatur, cùm velites, peditesque le-
54 vis armaturæ in Legionarijs * non censerentur. Cæsar *Libr. 6. de Bell. Civil. Nam ceciderunt* (ait) *ex levi armaturâ trecenti viginti quatuor, ex Legionarijs centum triginta octo.* Vndè capiendus venit Mode-
55 stinus * *in L. Sed & Milites* 8. §. *Veteranus, ff. De Excusat. Tutor.* sic habens: *Veteranus esse creditur, non solùm legionarius, sed & omnis, qui qualitercunquè mi-*
56 *litavit.* Auxilia * quoque à Legionibus seiuncta; vt ex Vlpiani responso perspicitur *in L.* 2. §. *Exercitum, ff. de His qui not. infamia. Nam exercitui praeesse dicimus eum, qui legionem, vel legiones cum suis auxilijs ab Imperatore commissas administrat.* Rosinus *Libr.* 10. *Antiquitat. Capit.* 4. Cotæreus *de Iur. & Privileg. Milit.* Libr. 1. *Capit.* 20. VVolfangus Lazius *Comm. Reipublic. Roman.* Libr. 4. *Capit.* 13. Salmasius *ad Vopiscum in Prob. Adnot. ad Pagin.* 239. *Versic.* 1. Donatus *in Dilucidation. ad Sueton. in Augusto, Cap.* 40. Beroaldus ad illud Apuleij *Libr. 9. Metam. Miles e legione factus nobis absens.* In his igitur Legionarijs militibus, iuxta Pancirolum Lex tertia versatur, de
57 eisdemque sanctum vult, * vt si quem hauserit in-

cle-

inclementia belli, filius superstes extemplò in locum eius sufficiatur, & easdem annonas accipiat, si pater vsq; ad Biarchi gradū duntaxàt progressus fuerit; quòd si ad altiorem pervenerit, veluti Ducenarij, aut Centenarij, natus fiat solummodò Biarchus.

Ex cuius verbis prætereà constat ipsam, non de simplice milite, sed de milite Officiali, sermonem instituere, quemadmodùm de Ducenario, Centenario, & annonæ Præfecto. Iam ergo si postrema Lex in hos collimat, vtì primæ in Apparitores, elicitur proculdubiò non solùm Præfectorum ministros, sed etiam præstantiores Officiales rubricæ nostræ sub esse.

Verùm licèt meus in Panciroli sensum maximè inclinet: nihilominùs tamen, ne tam variè, tantaque cum latitudine sumatur *Officialium* dictio, vt & Apparitores, & Officiales in legionibus stipendia facientes ambiat; libuit investigare, qualitèr aliâ interpretandi ratione postremæ Constitutionis verba considerari possent: Ita vt in corruptâ eorum sententiâ, titulus ad breviorem significati ambitum coërceretur: Quarè illa incessit mihi mens, vt credam de Apparitoribus quoque latam Legem Tertiam; de Apparitoribus, inquàm, militaribus *Illu-*
58 *strium, & Spectabilium* Magistratuum, * quales erant Magistrorum militum, Comitum, atque Ducum rei militaris. Non equidem pro veris militibus
59 habiti, * sed adiecti, adnumeratique militibus, *L. 1. & 2. C. De Apparit. Magistror. Militum, Libr.* 12.
60 Peculio * pollebant Castrensi *L. Ius Castrensis 6. C. De Castrens. Pecul. Milit. & Præfect. Libr.* 12. Cin-
61 gulumque * militare gestabant, *L. Eos qui in Officijs 5. C. de Apparit. Magist. Milit.* Cuiacius *in L. Numerarios 3. C. de Numerar. Actuar. & Chart. Libr.* 12.
62 Quod * notissimum militum insigne, *L. Filius Fa-*

milias, *ff. De Testament. Milit.* Petrus Gregorius *Libr. 19. Syntagmat. Capit. 3. Num.* 14. Latè Dempsterus *ad Rosin. Lib. 10. Antiq. in Princip.* Salmuthius *ad Memor. Pancirol. Titul. de Fibul. ad illud. Latini caligas vocant.* Lupanus *ad illud Taciti Libr. 11. Annal. Quia vallum non accinctus.* * Osualdus *ad Do-*
63 *nellum Libr. 6. Comm. Capit. 28. Liter. N.* Sed licèt his privilegijs prædicti Apparitores fruerentur, quòd maximè essent in Comitatu, & Officiò Ducum, & Magistratuum Militarium, ac proinde cogerentur exercitum sequi, militibusque adnumerarentur; tamen quia eis defuit ad militum veritatem, quòd verè in numeros militum relati stipendia mererent, & in expeditione occupati essent, vltimum elogium militari iure conficere non est datum, *L. Scriniarios 16. C. de Testament. Milit.* vbi Donellus, nisi in hostico deprehenderentur, vt prædiximus *Numer.* 41.

64 Ex his autem alij * præcipua munera obibant, vt Principes, Numerarij, Commentarienses, Primiscrinij, Scriniarij, Exceptores; alij simplices Apparitores, Anteambulones, scilicet, Magistratuum, seu supernumerarij, qui nullum adhùc gradum in Officiò fecerant, vtì ex Notitià Provinciarum constat.

65 *Princeps* dictus, * qui Officio vniverso præerat, cæteris Officialibus, quæ agenda essent, iniungens. Eò inconsultò nemo prorsùs in quodvis munus mittebatur, nulla mandabatur executio, *L. 1. C. De Princip. Agent. in Reb. Libr. 12. Ibidèm* Cuiacius, Pancirolus *in Notit. Orient. Cap. 10.* Godeschalcus, Steuvechius *ad Veget. Libr. 2. Rei Milit. Capit. 21.* Salmasius *in Capitolin. in Marc. Antonin. Pagin. 25. Vers. 45. & in Lamprid. in Alexand. Sever. Pagin. 124. Vers. 34. & in Pollion. in Gallien. Pa-*

gin.

gin. 182. *Num.* 32. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib.* 2. *Cap.* 10.

Numerarij, * seu Militares Scribæ exarabant
66 in pugillaribus, qui singulis diebus excubassent, nocte vigilias egissent, vel alia munera obijssent stipendiaque Militibus soluta; Pancirolus *in Notit. Orient. Capit.* 40. Dempsterus ad Rosinum *Libr.* 7. *Antiquitat. Romanar. Paralipomen. super Cap. Vltim.*

Commentariensis * carceribus fuit præpositus, *L.*
67 *Ad Commentariensem* 4. *C. de Custod. reor. L. Divus* 6. §. 1. *ff. de Bon. Damnat.* Pancirolus *in Notit. Orient. Capit.* 13. Adi Catellianum Cottam *Memorabil. Verb. Commentarienses*. Antonium Roscium, *Libr.* 3. *Memorab. Cap.* 13. *Num.* 24. & Marcellum Donatum *ad Tacit. Lib.* 4. *Hist. Cap.* 40.

Primiscrinius. * Is erat Commentariensis subad-
68 iuva. Pancirolus *vbi proximè Num.* 14.

69 *Scriniarij:* * Id est Libellenses, & Subscribendarij; vniversìmque Apparitores omnes Scriniarij nuncupantur *in L. Scriniarios* 16. *C. de Testament. Milit.*

70 *Exceptores*: * qui acta militum litigantium scribebant. Pancirolus *vbi suprà Cap.* 14. & 40.

Præmissis Apparitoribus, ex equestris militiæ gradibus * nomina commodabantur, quæ * Divus
71 Hieronymus *Epistol.* 61. *Ad Pammach.* ordine re-
72 censet: *Finge aliquem* (ait ille) *Tribunitiæ potestatis suo vitiò degradatum, per singula militiæ equestris Officia, ad Tyronis vocabulum devolutum. Nunquid ex Tribuno statim fit Tyro? Non: Sed antè Primicerius, deindè Senator, Ducenarius, Centenarius, Biarchus, Circitor, eques; deindè Tyro; & quanquàm Tribunus quondàm, miles gregarius sit; tamen ex Tribuno non Tyro, sed Primicerius factus est.* Per hæc etiam nomi-

na,

na, Ducum Apparitores designat Iustinianus *in L.* 2. §. *Et hac notitia, C. De Offic. Praefet. Prat. Afric.* qui Primicerium pro Principe, seu Officij capite, Numerarios pro Senatoribus, pro Commentariensi Ducenarium, pro Primiscrinijs Centenarios, pro Scriniarijs Biarchos (vt & *in L.* 3. *Nostri Titul.*) pro Exceptoribus verò Circitores posuit. Qui gradus, & aliorum Officiorum erant.
73 Generaliterque quodlibet* Magistratûs Officium, seu schola suum Primicerium, vti Decanum, Ducenarium, Centenarium, Biarchum, & deincèps continebat, *L.* 1. *C. De Exactoribus Tribut. L.* 1. *L. Scholarium* 3. *C. De Offic. Magistr. Officior. L.* 1. *C. De Privileg. Schol.* Pancirolus *in Notit. Orient. Capit.* 20. & 158. Godescalchus *ad Veget. Lib.* 2. *Rei milit. Capit.* 21.

His verò nominibus illi tantum Apparitores vtebantur, qui *ad primos gradus devenerant, *Ordinarij*
74 nuncupati exemplo Ordinariorum militum, quâ nomenclaturâ signabantur qui in praelio praeerant, & primos ordines ducèbant. Vegetius *de Re Milit. Libr.* 12. *Capit.* 8. *Sic decem* (inquit) *centuria cohortes prima à quinque Ordinarijs regebantur. Hic erat Primipilus, Primus Hastatus, Princeps, Secundus Hastatus, & qui Magnus Prior dicebatur*; Salmasius *ad Pollion. in Quadrag. Tyrann. Pagin.* 247. *Vers.* 11. Paritèr Officiorum Primates eò nomine appellat Valentinianus *in L. Ordinariorum* 7. *C. De Cohortalibus, Libr.* 12. & *Speculatores*, quasi in speculâ ante alios positi, vel quòd aliorum gesta, tanquam Praefecti specularentur, quandoquè tres, quinque, aut octo Senatores, Ducenarij, Centenarij, Biarchi, & Circitores honoris ergo dicebantur, sic in Officijs cohonestati, *L.* 2. §. *Et hac notitia, C. De Officiò Praef. Prat. Africa.*

Iam

Iam vt huic ratiocinio apsin addamus, nec vltra hi nostri Apparitores appareant; si de his capiendus sit titulus, quod Authorum nullus diffitetur, Lexque tertia Ducenarios habeat, Centenarios, & Biarchos, gradus etiam Apparitorum militarium; Satis videtur esse quod suadeat eandem quoque de illis latam: de Apparitoribus, inquam, *Illustrium*, & *Spectabilium* Magistratuum. Cui rei argumento est, quòd præmiare intendit liberos ad parentum in bello consumptorum munera promovendos. Quinam autem hi erunt Apparitores, in quorum conditionem filios inducere, præmium putetur, & non gravamen, nisi prædicti Illustrium Spectabiliumque? Qui Officio servire adstricti non erant, *L.* 1. *& Vltim. C. de Apparit. Præfe. Prat. Libr.* 12. Quin ob muneris præstantiam (quæ vel indè patet, quòd sine probatorijs Principis literis obtineri non poterat, L. *Vlt. C. de Divers. Offi. Lib.* 12.) degradatio dispēdium esset, collatio dignitatis accrementum.


Sin præfata minùs arrideant, Panciròlum insectare; qui priora iura de *Apparitoribus* necessarijs, seu conditionalibus, tertium verò exponit de *Officialibus Legionarijs*; nos enim in re admodùm lubricâ, & nocte obscuritatis obductâ, cæcutijsse, haud difficile fuit:

> ——— *Nanque avia cursu*
> *Dum sequor, & notâ excedo regione viarum*
> *Mens confusa mihi est.*

Parumque iudicio meo fidei habeo, si â tantô viro deflectendum est, maximè in præsenti, cum thesis huiusce tractatûs eius sententiam partim desideret. Et ne â tituli sanctionibus fundamentum argumento desit, vtque illi singulæ materiem, campumque prosternant, aliò mihi sensu donandus est Constantinus, ne

de

de Cohortalibus, siue Apparitoribus conditioni deuinctis, sed de Legionarijs quoque Officialibus accipiatur; quorum nati non ad munia, sed ad parentum castra vocentur.



CAP. III.

Ecquos Officialium Liberos, comprehenderit Rubrum? Ad Illud: *De filijs Officialium.*

SVMMARIVM.

1. *Filij Militum qui? Remissiuè.*
2. *Natus ante patris cohortalitatem, eidem conditioni non erat obnoxius.*
3. *Suscepti in Curiali patrum fortunâ eandem sectabantur.*
4. *Qualitas verbo iuncta pro verbi tempore capitur.*
5. *Apparitura conditionalis inuisa, quippè ad aliud Officium aditum occludens.*
6. *Ortus ante Dignitatem prodest, non nocet.*
7. *Dos etiam illius, quæ nupta est marito, non adhùc Primipilo, ad alienum æs eius in subsubsidium obstringitur.*
8. *Primipili erat annona militaris distributio.*
9. *Fraus annonæ Reip. exitialis.*
10. *In annonam peccans Maiestatis est rëus.*

11. *Filij non hæredes, & emancipati tenentur pro patre Primipilo.*
12. *Eis etiam debentur præmia, quæ superstiti patri deberentur.*
13. *Cui onus, & lucrum.*
14. *Filiorum appellatione non contineri Nepotes.*
15. *Nepos ex administratione Primipili non tenetur.*
16. *Nullus in acie absumpti filius excludendus à præmio.*



POST parentes, vt naturâ, sic & methodo, incedent nati; quarè de illis iam habito examine, qui nam ad nostrum textum spectarēt, idem sequitur de his paucis evolvendum.

Cotæreus *de Iur. & Privileg. Milit. Lib. 2. Cap. 3.* di-
1 sertè, qui militum filij * dicantur, explicuit: nobis verò agendum, quales liberi Tituli huius subsťent constitutionibus? Et quidem iuxta Cuiacij, Baronij, Dònati, & Gutherij placitum, qui de Apparitoribus rubricam interpretantur: vel potiùs iuxta Pancirolum, qui, vt vidimus, de cohortalibus, & Apparitoribus conditioni, militiæque obligatis, leges priores commentabatur, in hàc, inquam, acceptione, suscepti duntaxàt post genitoris Officium, * filij cohortalium censebantur,
2 quantùm ad debitum satisfaciendi cohorti, *L. 1. in Princ. C. de Cohort. Lib. 12.* ibì: *Liberis etiam in tali eius conditione susceptis, fortunæ patriæ mancipandis. Et in §. 1. Nec ipse, vel liberi eius, post talem ipsius statum procreati; quod cohorti debeatur, valeant declinare.* Queis verbis vtitur Textus *in* L. *Si quis Decurio 55. C. de Decurionib.* ne genitus * priusquàm pater Decurio
3 fieret, ad Curiam trahatur invitus, *L. Communium 10. §. Sed si quidem iste, C. de Naturalib. Lib.* Contrà, si posteà, *vt in eodem §. in Fin.* Rusticis *ad Leg. Cum*

Avus

Avus, Lib. 2. Cap. 17. Num. 28. Nam (Iuris est vulga-
4 tissima regula) qualitas ★ iuncta verbo secundum ver-
bi tempus sumenda est, *L. In delictis* 4. §. *Si extraneus, ff. de Noxalib. cum similibus.* Tuldenus *de Iurisprudent. extemp. Lib.* 1. *Cap.* 21. Rovitus *Sup. Pragmat.* 1. *de Bon. Prodit. Num.* 69. Valenzuela *Consil.* 115. *Num.* 75. Quæ ratio hìc potissimùm locum obtinet, cum apparitura conditionalis Officialibus esset invisa; ★ nec mirum,
5 cùm ad aliam militiam aditũ omninò intercluderet; à quà nullo annorum decursu, nullà stipendiorum contemplatione laxarentur, priusquàm Primipili pastum digestà ratione complessent, *L. Ordinariorum* 7. *C. de Cohortalib. Lib.* 12.

Et exindè natis ante illam susceptis non officiebat. Quod secùs esset, si eisdem posset esse proficua: Quòd enim ★ procreatus sis ante munus, seu dignitatem, pro-
6 dest vtique, non nocet, *L. Senator* 11. *vbi* Cuiacius, *C. de Dignitatib. Libr.* 12. *L. Final. C. de Decurion. L.* 2. *C. de Advocat. Diversor. Iudic. L.* 5. *ff. de Senatorib. L. Moris* 9. §. *Sed vtrum, ff. de Pœn. L.* 2. §. *In filijs, ff. de Decurion.* & liquet ex ijs, quæ tradunt Tiraquellus *de Primogen. Capit.* 31. Duarenus *Libr.* 2. *Disputation. Anniversariar. Capit.* 29. Menochius *Consil.* 678. Matthias Stephanus *de Iurisdiction. Cap.* 14. *Num.* 21. Molina *de Primogen. Libr.* 3. *Cap.* 1. *Num.* 3. Garcia *de Nobilit. Gloss.* 31. *Num.* 41. Rusticis *ad L. Cũ Avus Lib.* 5. *Cap.* 13. *Num.* 59. Franciscus de Petris *Consil.* 15. *Num.* 24. Robles *de Repræs. Lib.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 27. Acacius *de Privil. parent. & liber. Priv.* 3. *Cap.* 5. *N.* 3. *cum seqq.*

Verùm enim verò, quò ad primam constitutionem, hæc ita se habere, in dubium ducere non licet. De secundà verò alitèr sentirem: liberos nanque claudere quandocunquè susceptos verosimilius iudico:
7 vxoris exemplo, ★ quæ quanvis à nondùm Primipilo

du-

ducta, nihilominùs ex bonis, dotis nomine sibi traditis, pro coniugis ære alienô, in subsidium obnoxia manet. Petrus Barbosa *in L. 1. Part. 7. Num. 4. ff. Solut. matrimon.* eò quòd gravissimum Reipub. negotium, in Primipili administratione vertitur, cuius nempe curæ
8 ★ incumbit militaris annonæ dispensatio, vt capite superiori præscripsimus. Cuiacius *in L. Creditor 52. §. Inter venditorem, ff. de Action. Empt.* Pancirolus *in Thes. variar. Lect. Lib. 2. Cap. 243.* Cuius fraudatio, ★ iniqua-
9 que distributio Reip. in primis perniciosa. Alciatus *de Præsumpt. Reg. 3. Cap. 41.* Gaitus *de Credit. Cap. 4. Quæsit. 11. Num. 1095.* Ramirez de Prado *in Tesser. Leg. ad L. Super creandis 9. C. de Iur. fisc. Pagin. 22.* Cùm cibarijs deficientibus miles in Officiô contineri non possit, nec (vt dictitabat Petrus Mattheus *in Vita Henrici IV. Galliar. Reg.*) *Ducis dictis audiat; quia res est omnium surdissima fames.* Omniaque sibi licere putet. Etenim ille *non timet, nisi vestitus, armatus, calciatus, & satur.* Verba sunt Severi apud Lampridium subdentem: *Idcircò quòd mendicitas militaris ad omnem desperationem vocet armatum.* Nihil indè geritur, quod ex rei bellicæ vsu sit. Livius *Lib. 44.* Facillimèque dissipantur copiæ, queis non suppetit commeatus. Cassiodorus *Lib. 4. Variar. Epist. 13.* Chokier. *in Not. Onosandr. Capit. 6.* Canonherius *in Aphor. Hippocrat. Lib. 2. Aph. 4. Tom. 1.* Thomas Actius *de Lud. Scacchor. Quæst. 6. Num. 76.* Carbonarius *del' Governat. Polit. Christ. Lib. 5. Cap. 54. & Lib. 6. Capit. 8.* Schombornerus *Poli. Lib. 6. Cap. 7.* Vndè crimen incurrit Maiestatis ★ qui in annonam peccat Ærodius *Rer. iu-*
10 *dicat. Lib. 9. Tit. 4. Cap. 1. cum seqq.*

Ea propter iure optimo inductum est, vt & vxor *L. Satis notum 4. C. In quib. caus. pign. vel hipot. tac. contr.* & liberi ★ quanvis non hæredes, *L. Fin. C. de Primip. Lib.*
11 *12.* vel e manu Patris emissi, pro debitis Primipili tenerentur. Abbas Panormitan. *in Cap. Ex parte 10. de Con-*

ſuetud. N.5. Verſ. Nota illum caſum, in quò, quem affert Ramirez de Prado *vbi ſuprà Pagin. 22.* Gregorius *in L. 25. Tit. 13. Part. 5.* Oſualdus ad Donell. *Libr. 15. Comm. Cap. Vltim. Lit. C.* Antonius Ripoll. *Variar. Reſolut. Cap. 10. N. 329.* Antonius Merenda L*ib. 6. Controv. Cap. 63* Capycius *Deciſ. 129. Num. 17.* Bullengerus *de Imper. Roman.* L*ib. 3. Cap. 31.* Clapmarius *de Arcan. Rerumpub.* L*ib. 4. Cap. 22.* Ioannes Corvinus *in eod. Diſcurſ. Fol. 25.* & cum multis Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib. 5. Capit. 1. Num. 129.* in odium delicti, vt vehementiùs abſterreantur; vt liberorum charitas parentes reddat publicæ ſaluti, providentiores: Argum. Text. *in L. Iſti quidèm 8. in Fin. ff. de Eò, quod met. cauſ.* Tullius L*ib. 1. Epiſt.*
12 12. Et e conversò * integra illis remanet portio commodorum, quæ pater, ſedulò & laudabilitèr functione obità, foret percepturus iuxta Text. *in* L. *Pater 23. ff. de Adim.* L*eg.* & L. 1. *C. de Primipil.* Si priùs animam non egiſſet Text. *in L. 1. C. de Erogat. Milit. Ann.* Facit Text. *in L. 5. Tit. 27. Part. 2.* ibì: *Que el galardon que el Señor le avia à dar, ha de ſer dado à ſus fijos.* Cotæreus *de Iur. Milit. Lib. 1. Cap. 22.* Paternam nanque ſequi conditionem oportere, ait Text. *in* L. 2. *noſt. Tit.*

Ex his ergo deduceretur, quòd ſi liberi duntaxàt, ſub obtento iam munere geniti, creditores haberent, quos parens Primipilus habuerat, longè fortunatiòr ſors filiùm priorum eſſet, quos quippè in nullò diſcrimine verſantes, magna tamen præmia manerent, & eregionè noviſsimi damnorum omnium ſarcinam ferrent; & ſiquid commodi, tenue atque imminùtum: in quò, ſcilicet dividundo omnes omninò fratres æqualem eſſent partem facturi, adverſum notiſsima iura, L. *Secundum naturam 9.* L. *Ex quà perſonà 149. ff. de Regul. Iur. Cap. Qui ſentit 55. Eod. in 6.* Summa enim ratio, & æquitatis æquilibrium poſtulat, vt qui onus, *
13 & damnum, ille lucrum deguſtet, & commodum, L.


Cum

Cum duobus 52. §. *Quidam sagariam*, *L. Si non fuerint* 29. *ff. Pro soc.* Et compendium oneris lance pensatur, L. *Quotiens* 23. *ff. Ad Trebellian.* L. *Nesenius* 32. §. *Vlt. ff. de Excusat. tut.* Cassiodorus *Lib.* 7. *Epist.* 26. Plura Mēchaca *Contr. Illust. in Præf. Num.* 30. Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 12. *Num.* 233. Valenzuela *Cons.* 54. *Num.* 7 & *Cons.* 133. *Num.* 98.

Illud tamen pro certò sit, neque primum, neque secundum edictum, quatenùs odium, & præiudicium important; ad Nepotes vsquè propagari. Ei vt plurimùm * sub filiorum nomenclaturâ non cadunt, ex vi
14 propriâ, & primariâ verbi, *L. Filium habeo* 14. *ff. Ad Macedon.* L. *Quid si nepotes* 6. *ff. de Testament. tut. L. Libertum* 14. *ff. de Excusat. tut.* §. *Vltim. Inst. Qui testamen. tut. dar. poss* Donellus *Lib.* 3. *Comm. Cap.* 4. vbi Osualdus *Liter. K.* & *L.* Elbertus Leoninus *Emendat. Lib.* 1. *Cap.* 7. *Num.* 3. Acacius *de Privileg. parent.* & *liber. in Prolegomen. Num.* 53. & alij perplures, quos ordine longo congessit Menochius *Cons.* 215. *Num.* 12. & 80. & *de Præsumpt. Lib.* 4. *Præsumpt.* 94. *Num.* 2. A quâ regulâ, & statuto loquendi more, in odiosâ potissimùm materiâ non receditur, *L.* 1. §. *Is qui navem, ff. de Exercitor.* Lara *de Anniv.* & *Capell. Lib.* 1. *Cap.* 6. *Num.* 5. Anton. Capycius *Decis.* 130. *Num.* 51. Valenzuela *Cons.* 106. *Nu.* 16. Et ex Primipili administratione * Nepotem non té-
15 neri expressit Laudensis *de Crim. Læsæ Maiest. Quæst.* 6. *Vers. Confirmatur*, & *fortius Num.* 10. Et hæc sufficiant quatenùs ad Panciroli sententiam.

Sin verò persequamur quà nostra ducit opinio, scilicet militarium Officialium liberos, de mente Constantini, ad arma patria propelli, in cuius probationem affatìm insudabimus, in hòc sane dicendi tenore, liberi om-
16 nes includuntur, quandò nullus * à præmiò tertiæ legis amandatur, dummodò pugnādo, pater fato cōcesserit, sit ante, sitve post Officium, aut ex illegitimo matri

monio in lucem editus. Belluga *in Spec. Princ. Rubr.* 11. *Num.* 9. & 10. *vbi* Camillus Borrellus.



CAP. IV.

Mortis bellicæ commendatio ad ea verba: *Qui in bellò moriuntur.*

SVMMARIVM.

1. *Dulce, & decorum pro Patriâ mori: Et Num. 7.*
2. *Patria vna omnes omnium charitates complexa.*
3. *Eius memoriâ strenuus in prælio, qui alioquì timidissimus.*
4. *Mors omnium horribilium horribilissima.*
5. *Eius cogitatione humana fragilitas perturbatur.*
6. *Dulcissimum munus vitæ.*
8. *Severi, & Æneæ mortis bellicæ votum.*
9. *Ea veteres in Elysijs locabat.*
10. *Militaris Sacramenti violatores Tartaris inferri, crediderunt antiqui.*
11. *Superstitionis nonnihil indultum hominum vtilitati.*
12. *Milites, vel vitæ discrimine, sub lethali, Duci parere tenentur.*
13. *Genus martyrij est pro Patriâ, & Religione interire.*
14. *Iudæi animas in prælio peremptorum æternas putabant.*
15. *Patriæ amor in virtutum principe charitate fundatur.*
16. *Ob hunc terrarum imperium Romanis cœlitùs donatum.*
17. *Eodem plures difficillima, vel mortem ipsam amplexi.*
18. *Patria liberis anteferenda.*
19. *A Manlio, & Postu-*

mio,

mio invitis, filij hostes ad orsi; securi percutiuntur.

20. *Attrocitas supplicij publicâ salute compensatur.*

21. *Aulus Fulvius, filium e Catilinæ castris revocatum supplicio vltimò affecit.*

22. *Romani hostium patriæ parricidas remunerati.*

23. *Nulla erga patriæ hostes parricidij vindicta.*

24. *Patriæ proditorem filius alere non tenetur, nec e regione.*

25. *Filius patris (& e converso) proditione rescitâ, nec delata, tenetur Maiestatis. Dummodò scientiâ perfectâ. Num. 27.*

26. *Non indicantes mitiùs puniendi.*

28. *Romani suos proditores non lugebant.*

29. *Gratia beneficij à Naturâ.*

30. *Quantum Patriæ debeat civis?*

31. *Ille vt manum pro capite; pro Patria vitam obijciat.*

32. *Amor hominis erga se, vel ex appetitu, vel ex ratione.*

33. *Posteriori se homo præ priori diligit.*

34. *Bonum commune privato præferendum.*

35. *Mors immortalis quærenda in vita conditione mortali.*

36. *Memoriæ superstitis ardentissima hominum sitis.*

37. *Exilibus bonis altiora redimenda.*

38. *Aquea mors olim acerba.*

39. *Apud veteres Hispanos morbo desinere turpe, in acie gloriosum.*

40. *Præmijs Natura nos ad virtutem inflammat.*

41. *Quot præmia strenuã operam militiæ navantibus?*

42. *An hodierni veterum militum privilegijs gaudeant?*

43. *Non competunt ijs, qui flagitiosam militiam insolenter adspirant.*

44. *Abusu privilegium amittitur.*

45. *Cadavera pro Rep. occisorum qualitèr ubiquè cohonestata?*

46. *Ducis incuria in humandis militibus Atheniensibus capitalis.*

47. *Quam soliciti quondã milites pro suis sepeliendis?*

48. *Apùd Græcos, & Romanos sæpiùs pactum cum hostibus de suorum corporibus tumulandis.*

49. *Milites occisi terræ mãdandi.*

50. *Lugendi, licèt corpora non appareant.*

51. *Iusta non debebantur corpori non comparenti.*

52. *Porca præcidanea, quid?*

53. *Lex 12. Tab. funebria resecans nil ad defunctos in bellò.*

54. *Aliud ossa legere hominis mortui; aliud ossa mortuo homini legere.*

55. *Lex 12. Tabul. sepulchrales sumptus extinctorum in bellò non taxabat.*

56. *Pro patriâ occidentium æterna tura gloria.*

57. *Filij in acie pereuntes prosunt uti superstites.*

58. *Lusitanis; æs alienum omne morientis in pugnâ liberandum est a successore Maioratus.*

59. *Vt Commendatarij in bellò expirantis, successor debita exsolvat, impetrari solet rescriptum.*

60. *Bellò consumptus iustũ possessorem Maioratùs excludit.*

61. *Patruus non excludit nepotem à Maioratu, si filius in Religionem concedat.*

62. *Monachus Patrem iuvat ad immunitatem assequendam.*

63. *Fingere legis est, non hominis.*

64. *A casu, cuius gratiâ inducta fictio non trahenda.*

65. *Nec privilegia legum ultra casus expressos.*

66. *Filius ex vulnere in pugnâ, mortuus in castris, censendus ne*

su-

superstes?

67. *Romanorum institutum, vt filijs ruentium in prælio, præmia genitoribus debita soluerentur.*

68. *Macedones filios militum occisorum paternis stipendijs donabant.*

69. *Eos Athenienses alebant ex ærario. Quod muneris Archontos erat.*

70. *Idemque Lacedemonibus, alijsque populis priscis sanctum.*

71. *Inter Venetos patria extinctorum in acie stipendia, filijs velut hæreditaria.*

72. *Filiarumque dotes ex fisco numerantur.*

73. *Apud Heluetios Ianizarosque, in eiusmodi quæ præmia?*

74. *Lex Hispana præmia impugnà obeunti eroganda liberis vxoribus, aut cognatis impendit.*

75. *Resignatio Officiorum in filios, permissa solùm Mauritano in belló cadentibus.*

76. *Maximi conatus vbi maxima præmia.*

77. *Mortis conteptus acerbum irritamentum ad victoriam.*


78. *Suprà præmium omne, militantium pericula.*

79. *Militibus potior præmij pars debita.*

80. *Illi comparant, asserunt, & dilatant imperia.*

81. *Qui nostrum titulum ad Magistratus distendunt?*

82. *Hi à bellico puluere non omninò immunes.*



PERVENIMVS ad eam, quæ communis omnibus meta est, nostri etiam tituli terminum, nempè mortem, morem gesturi, verbis nouissimis: *Qui in bellò moriuntur.* Ij videlicèt; quos ad armorum clades allexerit patrius amor. Magnum virtutis documentum, laudum vberrima seges. Has

præsenti capite adornamus, & vt suada nostra tulerit, tam egregij facinoris illecebras, luculentiori calamo in medium adducemus.

Qualis, quantaque * dulcedo sit moriendi pro
1 patriâ, conijci licet ex insito cunctis civibus, in ipsam amore; quô accensi salute suâ salutem eius antiquiorem ducunt. Præclarè Cicero id docuit, & vitâ, & doctrinâ, illâ periculis exilio; hâc vbiquè, præsertìm 1. *Offic.* scribens:**Omnes omnium charitates*
2 *patria vna complexa est, pro quâ quis bonus dubitet mortem oppetere?* Lucianus etiam *in Encom. Patr.* prodidit hanc esse valentissimam in prælio cohortationem: *Macti animis, Bellum pro patria susceptum*, nihil ardentiùs Martiam libidinem irritare, nusquàm mirabiliora ensis miracula, quàm vbi soli natalis amor classicum intonat: * *Efficit enim* (inquit) *nomen, &*
3 *commemoratio ipsa patriæ, vt qui alioquì est timidissimus, ignavissimusque naturâ, fortissimus existat.* Quamvìs
4 enim mors * ille sit rerum omnium horrendissimus horror iuxta Philosophum 3. *Ethicor. Capit. 6.* Cuius*
5 nudâ cogitatione fragilitas humana marcescit, L.
6 *Hâc consultissimâ* 8. *C. Qui testament. fac. poss.* * Dulcissimum enim munus, & Officium est vita, *L.* 1. *C. De His qui sib. adscr.* attamen si relatus amor eam sibi
7 mactari rogitet, in arcanam conditur * suavitatem amissio, & in ipsô mortis angore superbiunt vulne-
8 ra ruinæ maiestate. Hinc * inimico mucroni sanguine suo propinabat Severus, tam militaris lethi sitibundus, *Vt* (ait Lampridius) *putaret se dijs comparandum, si in bellô periret.* Imperatorium sanè votum, per eiusmodi ab humanis decessum, accedere ad divina. Quem & exoptabat Æneas apud Poëtam, dum in armis decedentibus sic livet.

--O ter-

—————— O terque quaterque beati
Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere——

Quòd si eis invidebat letho fungi, quonam piò livore, iam functos prosecutum, credere fas est, quos ad beatorum plagam cognovit *Æneid. 6.* in Elysio regnantes?

Hìc manus ob patriam pugnando vulnera passi.

9 Sicui * etenim, in veteri Theologià, patebat ethnicus Paradisus, ei maximè, qui in armorum æstu, alienæ incolumitati propriam immolarat. *Vos verò qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem, & locum consecuti.* Aspice vt ad illos generosos Manes Latinus Orator conversus, *Philipp. 14.* gloriosæ fortunæ gratulabundus, pientissimâ contemplatione tenerescat! Nec Eloquentiæ coloribus, sed Philosophiæ synceritate locutum, illud eiusdem *in Scipion. Somn.* demonstrat: *Omnibus qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum, vbì Beati ævo sempiterno fruātur.* Accinit Lyricus *Lib. 3. Carm. Od. 2.*

Virtus recludens immeritis mori.
Cælum, negatâ tentat iter viâ.

10 Ex opposito * qui heroici discriminis infami timore, militare Sacramentum violassent, ad infera detrudi, apud Romanos persuasimum, ibique pessimis defectoribus cunctam sepulti orbis carnificinam exercendam. Quod superstitioni quodammodò adscri-
11 bit Polybius *Libr. 6.* illis * tamen hâc in re nonnihil indultum esto: si quid peccatum est, publicâ quodammodò vtilitate diluitur. Duarenus *ad Titul. de Iure iuran. Cap.* 4. Osualdus *ad Donell. Lib. 24. Comm. Cap.* 14. *Lit. G.*

Ve-

Verùm quod vetustis religionibus vanitas, & error, nobis, qui Christo nomina dedimus, sanctum sit. Nam ex communi Doctorum sensu tradit Homobonus *de Statib. 2. Part. Capit. 15. de Stat. Milit.* sub letha-
12 li * teneri milites dictis obaudire Ducis præcipientis; ne stationem mutent, signum præliandi dent, & similia, vel cum non obscurô vitæ discrimine, vt docet Bañez 2. 2. *Quæst. 40. Art. 1. Dub. Vltim.* & Dionysius Carthusianus *de Vit. Milit. Art. 2. & 3.* Militibus, asserit, incumbere, vt in publicâ vtilitate propugnandâ sibi propria salus vilescat, & ad extremum vsque halitum pro causâ nobilissimâ cadant, communi bono victimæ
13 devotæ; quod cui acciderit, illum meritò * martyrij lauream manere, vt & cuiusdam Comitis Divi Thomæ Aquinatis fratris exemplo, & non nullorum piûm militum comprobat. Plures alios pro Martyribus cultos confert, vir sanè numeris omnibus eruditus, & calamo asceticus, & animô, Ignatianæ gentis iubar inclitum, inter alia, suorum Procerum Scriptor vberrimus; dignior ille aliô se panegyristâ. R. P. Ioannes Eusebius Nierembergius *Strom. 12. Capit. 28. & 29.* & est Text. *in Capit. Omni timore 9. 23. Quæst. 8. Novit enim omnipotens, si quilibet vestrûm morietur, quòd pro veritate fidei, & salvatione patriæ, ac defensione Christianorum mortuus est: & ideò ab eò præmium cœleste consequetur, Capit. Omnium 46. 23. Quæstion. 5. L. 3. Titul. 25. Part. 2.* Nevizanus *in Sylv. Libr. 4. Numer. 137.* Thomas Actius *de Lud. Schacchor. Quæst. 6. Num. 94.* Rebuffus *in Auth. Habitâ. C. Ne fili. pro patr. Num. 39.* Lancellotus *in Templo Omni. Iudic. Lib. 1. Capit. 1. Verb. Trigesimò secundò, Num. 6. Pagin. 118.* & quàm plures alij, quos adducit Remirez *in Tract. de Leg. Reg. §. 31. Numer. 13.*
14 Congruit, quod olìm credebant Iudæi, * si Tacito credēdū *5. Hist. Cap. 5. Animas* (inquit) *in prælio peremptorum æternas putāt: hinc generandi amor, & moriendi cōtemptus.*

Quid

Quid divinius quàm Empyreos inter accolas sceptra gerere non moritura? Quis igitur fortunam non devoret asperrimam, vt ad culmina scandat non obnoxia fortunæ? Quis adeò vivendi tenax, vt vitali morte non resecet vitam mortalem? Tam malè sibi consulēs, vt quod alij propter laurũ tandẽ periturã, non invadat ob laureã, cui vera vitoris æternitas? Quis tam fœdò genio, qui vt inter ætheriæ Aulæ Purpuratos Patres assideat, in bellò non purpurascat?

15 Hæc omnia indè proveniunt quòd amor * in patriam, ab omnium virtutum apice charitate ortum ducit, vt ostendit P. Eusebius *D. Cap.* 29. Ob cuius virtutis vmbram, nempe solùm politicam Glossa *in Cap. Omnes* 14. 28. *Quæst.* 1. promeruisse à Deo Romanos, * vt

16 suum terrà marique Imperium, Solque Oriens, & Occidens, eisdem limitibus definirentur; aut nulla saltèm regio in eorum votum, quin in potestatem pervenisset, tradunt Divus Augustinus *de Civitat. Dei, Libr.* 5. *Cap.* 12. & D. Thomas *de Regimin. Princip. Lib.* 3. *Capit:* 4. Ex quorum sententià Hieronymus Cagnolus *de Rect. Princip. Instit. Cap.* 12. & plures alij. Vide Menchacam *Controvers. Illust. Lib.* 1. *Cap.* 20. *Num.* 31. Amor enim illiusmodi, virtutum omnium illis posuit gymnasium, cunctarum animi dotium pulcrum semen. Ferax huiusce suasio, vel in trivio; adi tamen Cerdam *ad Virg. Li.* 6. *Æn. Vers.* 784. *Not.* 11. Sed inter eas omnes caput extulit militaris virtus. Tot salutaris patriæ mortis in illis amantes, * vt videretur vitæ vilitas viluisse.

17 Multis eò solo in pretio fuit aura vitalis, quòd patrij boni pretium esset. Quot fuerit longum recensere; Nōnullos Claudian. 4. *Honor. Cons.*

Mors impensa bonum? Decios venerare ruentes,
Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto
Oppositus Cocles, Mucij te flamma docebit.

Quid mora perficiat, Fabius: quid rebus in arctis
Dux gerat, ostendet Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc nullos meritis obsistere casus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule. Successus superant adversa Catonis.

18 Multorum etiam memoratur in filios ★ patriæ infensos acris se veritas, quâ legem posteris edidere, vt qui prognatos habeant, patrem exuant, si patriam illi.
19 Vulgare illud ★ Dictatoris Postumij, & Consulis Manlij pientissima feritas, non sic tempore, ac laudibus trita, qualitèr natos infami securi polluerint, quia contra iussa devicerant, iuxta *L. Desertorem* 3. §. *In Bellò, ff. de Re Milit.* Tiraquellus *de Pœn. tempe. Caus.* 52. Remirez *de Leg. Reg.* §. 31. *Num.* 10. Ne vt ait D. Thomas *de Regimin. Princip. Lib.* 3. *Cap.* 5. maius esset in præcepti violati exemplo patriæ damnum, quàm in hoste interempto compendium ad Text. *in* L. *Si quis* 38. §. *Qui se, ff. de Pœn.* L. *Omne delictum* 6. *ff. de Re Militar.* *L.* 3. *ff. de Sicar.* cum alijs per Valenzuelam *Cons.* 18. *Num.* 103. vbì & lethalitèr sæviri præcipitur in eos, qui licèt non malò animò, malò tamen exemplo quicquam admiserint, ★ supplicijque attrocitas publicâ salute mitescit.
20 Secundum Clapmarium *de Arcan. Rerumpubl. Libr.* 4. *Cap.* 13. ★ Aulus Fulvius Senatorius vir, ingenio iu-
21 venili filium, literis, & forma spectabilem, e viâ, quâ pessimo consilio in Catilinæ signa cõcedebat, retractũ, vltimò supplicio compescuit: præfatus non se Catilinæ illum adversus patriam, sed patriæ adversus Catilinam genuisse. Valerius *Lib.* 5. *Cap.* 8. Eiusmodi plura vbiq; scriptorum reperias.

22 Hæc veneranda parricidia, ★ inter Romanos, nihil ad pœnam, multum ad præmium habuisse docet Textus *in* L. *Minimè* 35. *ff. de Religios.* Ast insontes interfe-
23 ctores, & parricidij ★ alienos denotant Covarrubias

in Cap. Rainutius 16. *Num.* 12. *de Testament.* Surdus *de Aliment. Tit.* 7. *Quæst.* 3. *Num.* 10. & *Tit.* 1. *Quæst.* 3. Plaza *in Epitom. delict. Libr.* 1. *Cap.* 22. *Num.* 27. Magerus *de Advocat. Arm. Capit.* 13. *Num.* 65. & 252. Paschalis *de Virib. Patr. Potestat. Part.* 2. *Cap.* 3. *Num.* 11. Remirez *de Leg. Reg.* § 31. *Num.* 12. Berlichius 4. *Part. Conclus.* 6. *de Pœn. Parricid. Num.* 28. & 86. Solorzanus *de Parricid. Lib.* 2. *Cap.* 4. Indè ducentes * proditori non deberi alimenta, sive is filius sit, sive pater. Magerus *D. Cap.* 13. *Num.* 133. Quòd verò * conscius deferre de proditione teneatur, asseverat Cicero 3. *Offic.* Sigismundus Scaccia *de Iudic. Lib.* 2. *Cap.* 10. *Num.* 28. Ysernia *ad Constitut. Regn. Sicil. Lib.* 1. *Tit.* 58. Dominicus Tassonus *ad Pragm. de Antefat. Vers.* 3. *Observ.* 4. *Num.* 233. Cæteroquìn Principis arbitrio plectentur, * citra mortem tamen, vt censuisse Senatum Pedemontanum refert Osascus *Decis.* 80. *in Fin.* Argum. Text. *in L. Qui cum* 4. §. *Qui filium, ff. de Re milit.* Ærodius *Rer. Iudicat. Libr.* 6. *Cap.* 3. & 9. *Tit.* 7. & *Lib.* 1. *Tit.* 6. *Cap.* 6. Nam coniunctio sanguinis solam scientiam, & silentium excusat; L. 2. *ff. de Parricid.* Antonius Capycius *Decis.* 130. *Numer.* 65. At quod * scientia, hæc plena (vt vocant) esse debeat, incunctatrix, insuspiciosa, & perspicua, vt pœnæ succumbat dissimulatio, offendes accuratè discussum, in Allegatione, quam Pater meus, dùm summa fisci patrimonia tractaret, habitâ Regiâ facultate, in lucem dedit pro Excellentissimo D. Duce de Arschot. Quali Principe, Deus bone! Nollem quidem ab instituto divertere, & mediâ in viâ tantò sisti monumento: Sed non revocabor ab inceptis, dum re ipsâ ostendam in me continuari patrium munus, nempè virum orbi commendare; & continuari præmia, dum gratissimo argumento dulcescit animus. Patria illi si ortum respicis, Belgium; si adfectũ, Hispania. Genus, potẽtiam, splendorem, si Maioribus, ditione, familiâ metiare; Re-

Margin numbers: 24, 25, 26, 27

gia ſunt, ſi modeſtiâ, ferè nulla. Geſta, ſi vel Momum audias, vix nubila; ſi Mercurium, præclara. Vixit Regi, obijt ſibi: qui locum ſpectas, inglorius; qui tempora expectas, longè glorioſus. Fortunam pede preſsit, vt illa globum. Nunc ſuper æthereos deridet cæcam Deam, hîc ab oculatis deploratus. Sublimis ſanè Tetrarcha, qui cum in proſperis omne faſtigium ſuperaſſet, aliundè attolleretur, oportuit. Vnde? rogas. Ex adverſis. His tanto Heroi, nomine noſtri obſtricti Parentis, parentarim.

Demirabere forsàn prolixum aliàs encomiaſten in vno parente muteſcere; eôque inſalutato properare, non modò pietatis, verùm & vrbanitatis immemorem. Ignoſcas, rogo, rudi modeſtiæ. Pudet degeneri oratione patrem obumbrare; timidèque recuſo paginę peccata oſtendere antiquo Præceptori: ſeu vereor ei apparere adhùc parmâ inglorius albâ, ne nimiæ ineptiæ meæ tribuat, quòd illa ſua in Rempub. merita, in me iaceant indonata. Nam herclè colende genitor, vt cum Statio loquar ad defunctum patrem *Sylvar. 5. in Epiced.* dolenti.

——Tuus vt mihi vultibus ignis
Irrubuit, cineremque oculis humentibus hauſi,
Vilis honos ſtudijs ——

Satìs igitur erit citra linguam â me prædicari. Loca tenes non indiga laudis, & vndè nos æquè audias corde, ac ore loquentes. Malleſque, vt quemadmodùm me tuis dotibus commendaſti, ſic meis nō vocibus, ſed virtutibus commendareris, & ſi quid terreum immortali populo curæ ſit, malles domi ſucceſſorem honorū habere, quam dotium præconem.

Ad Romanos revertor, quorum irâs nex perduel-
28 lium non ſatiabat. Luctus * denegatus iſtorum funeri, lachrymæ cineribus triſte ſolatium, nec ſentiendum.

funus miseris deficiebat, D. L. *Minime* 35. *ff. de Reli-*
gios. L. Liberorum 11. §. *Non solent, ff. de His qui not. in-*
fam. Durantius Cassellius Variar. *Libr.* 2. *Capit.* 3. *in*
Thes. crit. Tom. 3. Iussa sunt cadavera iacere insepul-
ta, scilicet aggrestibus feris concolor esca. Hìc vtiquè
decuit trans mortem sævire. Humi fusa corpora, aë-
ra circumeuntem incestabant, infamabantque cœ-
lum, quò tegebantur indignanti. Hæc patricidæ iusta.
Iusta quidem vindicta, patriâ tellure carere exanimem,
quem in patria viscera obarmaverant Diræ. Meritò in
Creonta incidêre sepulchra prohibentem, qui sub Poly
nice in patriam moverãt fraternas acies, & adversus la
res, & focos impias aquilas.

Et quidem paternæ telluri suffragandum adver-
sus hostes, vel cum vitæ dispendio, quis dissentiat?
Ingenuit enim nobis * stimulos natura ad redden-
29 dam benefactori vicem, & rependere gratiam anima-
mur, quà sensûs expertes non sumus: humanitatis
enim soror èst gratitudo, L. *Sed & si lege* 25. §. *Consu-*
luit, ff. de Petit. Hæredit. L. Si pignore 54. *ff. de Furt. L. Si*
non sortem 26. §. *Libertus, ff. de Condict. indebit.* Remi-
rez *de Leg. Reg.* §. 30. *Num.* 25. Magerus *De Advocat.*
Arm, Capit. 6. *Numer.* 718. *& Capit.* 10. *Numer.* 322.
Menchaca *Controvers. Illustr. in Præfat. sub Num.* 25.
Valenzuela *Consil.* 18. *Num.* 135. *& Consil.* 98. *Num.*
46. Solorzanus *de Indiar. Gubern.* Libr. 2. *Cap.* 10. *Nu-*
mer. 62. Sicui autem gratũ non esse nefas est, cui po-
tiùs quàm dulcissimæ patriæ, * cui tantum debemus
30 quantum sumus? Illa nos genuit, artus finxit, adhùc
torpentibus vitam instillavit, e materno sinu dimissos
suo excepit, diem aperuit, illa nostros antevertit amo-
res, quæ parvulis reptata, malè tusta vestigia sensit, &
linguam audivit informem. Ibì nutritus es, educa-
tus, & infantiæ animali relicto, mundum quem cor-
pore possederas, mente recepisti. Hæc tibi, nuntia-

vit saluberrima de rerum Authore, & animum erexit ad Divina. Hìc gaza, hìc cognatio, amici, fortunæ, hic tandem omnis vitæ vsus. Illa equidem si non pulcritudine suâ, saltèm consuetudine solicitat amatores. Si Proavos iactas, & Maiorum ceras, Patriam dilige nobilitantem; si pietate polles, Patriam dilige informatricem. Quid dubitas illius saluti temetipso litare, cui nihil præstiteris, quod de ipsius inte beneficiorum penu non depromas? Hæc omnia, quâ solet maiestate circunscribit celeberrimus ille Patriæ procus Cicero 4. ad Heren. *Non mihi soli, sed etiam, atque adeò multò potiùs natus sum patriæ. Vita quæ fato debetur, saluti patriæ potissimùm solvatur. Aluit hæc me tutè, atque honestè, produxit vsque ad hanc ætatem, muniijt meas rationes bonis legibus, optimis moribus, honestissimis disciplinis. Quid est, quod à me satis ei persolvi possit, vndè hæc accepta sunt?*

Adde quòd civium quisque, vna est ex partibus civitatis: à naturâ ergo est eius partes omnino sequi: innatâ quippe fidelitate, ad totius defensionem (vt loquuntur phisophi) componentia coniurant. Sic inanima ipsa elementa, vt vniversitati melius sit, vel portentis editis, adversus se ipsa laborant. Vidimus vndas, vel sursùm repere, vel invitas pendère, ne inani deformetur orbis. * Et in corporis humani Republicâ commune
31 bonum tuentur, malô interdum suô, singula membra. Nam cùm, inopino tibi tacitum minitatur hostis mucronem, & iamiam vindictâ in caput pendenti, verticis ictum auertisti, dexterâ velocitèr clypeatus: tùnc quòd capiti gratuletur effugium manus illa multo vulnere deformis; ex insitâ oritur membris lege: non etenim carnea hæc pietas ex consilio, cui per temporis angustias non licuit: aut providentiâ, cui nihil profectò dares, cum saxum eras. Ipsa ergo natura parens, hanc artubus indolem fecit, vt ex singulorum plagis com-

mu-

munem parmam fabricentur. Franciſcus Zoannetus *de Roman. Imper. Num.* 214. Gratianus *Diſceptat. For. Cap.* 176. *Num.* 8. *Tom.* 1. Remirez *de Leg. Reg.* §. 7. *Numer.* 22. & cum innumeris Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 2. *Cap.* 23. *Num.* 38. Bozius *de Robor. Bellic. Capit.* 10. Vide Menchacam *Contr. Illuſt. Lib.* 1. *Cap.* 13.

Sed forsàn adhùc tibi adhæres, pacem laudas, vitam foves, & pro patriâ mori Tragœdis relinquis, ſcẽnicisve actionibus: aut ſic afficeris quaſi Iovem audires, Saturnum, aut Gigantas. Bella, cædes, & ſanguinem in hiſtorijs amari, non in vitæ commercio. Pugnas, & arma naturæ ipſi pugnare. Decôrum vtique hoſtes e finibus arcere, ſed tamẽ nõ invenuſtum, quòd alius eos arcuerit, audire in patriâ porticu. Hunc qui nobiſcum naſcitur in nosmet amorem (Amor quippe puer & nudus) cum fera circũſonant taratantara Martis, territari. Plùs ab homine caput diligi, quàm coronam, ſive aurea ſit, ſive graminea, ſive oleagina. Brevi: Patriam amare, ſed te metipſum præ patriâ. Et cu Ioanne Ovveno *Lib.* 1. *Epigram.* 48.

Pro patriâ ſit dulce mori licèt, atque decorum;
Vivere pro patriâ dulcius eſſe puto.

Dignã cœnatore Calviniano ſentẽtiam! Quaſi pro patriâ nebulones vivãt in aleâ, & ſympoſio; nec potiùs in patriam, in cuius dedecus aurâ vitali fruuntur.

Illud autem de philautiâ partem noſtram nõ ſolùm non infirmat, ſed imò corroborat. Paradoxon videtur, fateor: illud tamẽ aſſeverarim, quòd ſui quenque dilectio ad vitam pro patriâ fundẽdam inflammat. Enim verò, vt argumẽto vtar Ioannis Ligniani *Tract. de Amici*
32 *tiâ, Tit. de Philautiâ, Num.* 3. duplex ⋆ hominẽ affectus in ſemetipſum agit; alius animo cõſonus, alius carnem ſapiẽs. Hic ſenſu videt, ille mente. Ille e puriſsimâ ſtirpe Angelicæ affinis naturæ; hic ad bruta animãtia degenerat.
33 Priori ⋆ nobis cariores ſumus, quàm ſecundô. Nobi

lior enim animi portio, & defœcatior pars, & rationis
altior impetus, primas sibi assumat, consentaneum est.
Hôc ad virtutem rapimur, vera nobis vtiquè bona; mẽ
tis opes quærimus, integritatem, honorem, constantiã,
fortitudinem; & quicquid æthera redolét. Siquid laudẽ
accẽdit, eò statìm amoris huius amor fit. Alter verò iã
diù voluptati malè amicatus, bracteatis capitur deli-
cijs, adulatricem felicitatem anhelat, desidiâ solvitur,
libidine fœdatur, & omnia illa solicitat, queis cum ve-
recundiâ fruimur. Hìc omnes suos habent Tartara redi
tus. Hæc rima est, quà scelerum Oceanus inlàbitur, &
nisi principijs obstes, iam èrit sentina tota navis. Hìnc
pandetur omne malum, *Cap. Nam concupiscentiam* 4. *de
Constitutionib. Cap. Omnes* 3.47. *Dist. Cap. Charitas* 5. *de
Pœn. Dist.* 2. ostenditque Seneca *Epist.* 59. *ad* *Lucillum.*
Primus itaque & princeps in nobis amor àculeatus
est ad præclara gesta; quarè cum præclarissimum
sit pro patriâ mori, eò ardentiùs in id feremur, quò
vividiùs, & veriùs nos metipsos amabimus. Igno-
bilis erga te propensio tui avertit; heroica compel-
lit. Quam sequeris? Absit vt habèas pluris vitrum,
quàm margaritum. Odium erit profectò, quô tibi
appetas indècòra. Ipsa etiam rei honestas, & digni-
tas longiùs æstimari vrget rationis bonum, quàm
sensile, plùs divinum, & commune, * quàm pecul ia-
34 re solùm, *Capit. Scire* 7. *Quæst.* 1. *L. Vnic. in fin. C. de
Caduc. Tollend. L. Vtilitas* 3. *C. de Primipil. Libr.* 12.
Ponte *de Potestat. Prorreg. Titul.* 1. *Num.* 25. Valen-
zuela *Consil.* 20. *Num.* 11. *cum sequentib.* Vincentius
Turturetus *de Nobilitat. Gent. Libr.* 2. *Capit.* 1. cum
alijs per D. Gabrielem de Pareja *Tractat. de Vnivers. In-
strument. edition. Titul.* 5. *Resolut.* 5. *Num.* 25. Anne ni-
si Daphnicis moribus tenebras vivas, luxu putrescas,
nisi secordiæ tinea ingènium arroserit, te non amo-
re prosequêris? Si verò purissimas mentis illecebras
se-

sectaris, aurô pietatis insignis per ora populi cresscis, vitæ religans vtriusque fila, quà Parca dissecuit; tuis rebus malè consulis?

Ecquis autem nominis parvifaciat gloriam illam quæ pro patriâ ruentibus supervenit? Illa nullô tempore definitur, nulli aliàs diuturnior debetur. *Hi enim qui pro Republ. ceciderunt*) ait Iustinianus in §. 1. *Inst. de Excusat. Tut.*) *in perpetuum per gloriam viverè intelliguntur*. Cui afsidet L. 3. *Titul.* 25. *Partit.* 2. *Otrosi el que muere por defendimiento de su Tierra, è por su Señor natural, face lealtad, e mudase de las cosas que se cambian cada dia, e pasa a ganar nombradia, e firmedumbre para si, e su linage para siempre*. Supremum ne diem perhorrescis? Ostendam quî mortem fallas. Conde aloës globulum amarissimum aureo velamine, laudis lucro. Nuda mors vltrà quàm nuda veritas offendit, fac tibi occurrat sub famæ ornamentis. Si acerba nequit vitare palatus, diluatur eleganti paterâ gloriosa amaritudo. Si seriùs, ocyusve moriendum: *Homini etenim vnicuique cursus vnus est vitæ; ab opifice datus, cuius finis est omninò mors*, vt verbis vtar Iustiniani *in* L. *Fin. C. de Episcop. & Cleric.* Quid est * cur non emas celebri-
35 tatem, pretio velis nolis, aliundè solvendo? Eodem tibi stabit, fama ac infelicitas: Stupiditas erit immensa, quem triumphum agere potuisses, inter Mortis captivos insequi confuso vultu. Qualis tunc mœror sit, vitæ quondam commilitonem oculô alterô triumphantem intueri, te alterô triumphatum. At vndè tantum in conditione discrimen? scilicet quia ille gladio voluit ægrescere, tu verò interim phthisi. Agè, pro tantâ virtute strenuus, mortis vallum insilito, & immortalitatem deprædare. Nam vt Horatius *Libr.* 3. *Carmi. Od.* 2.

Mors & fugacem persequitur virum;
Nec parcit imbellis iuventæ
Poplitibus, timidoque tergo
Virtus repulsæ nesciá sordidæ
Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum, negatâ tentat iter viâ.

Alma quidem natura in animis hominum sui ★
36 memoriæ cupiditatem cælavit. Plato 4. *de Legib.* Valerius *Libr.* 8. *Capit.* 14. Facit Text. *in* L. *Liberorum* 220. *ff. de Verb. Sign.* Simancas *de Primog. Hispaniæ, Lib.* 1. *Capit.* 18. Remirez *de Leg. Reg.* §. 29. *Num.* 15. Humanissima cupido est velle vltra vivendum vivere, & imponere morti. Qualitèr ergo tutiùs immortalitatem lucreris, quàm patriæ faustitatem tuo damno communiens? Si damnum appellare fas est, quod vilioribus altissima redimas; ★ quam mercimonij artem ipsa quo-
37 que natura nos erudit; vt penitùs ad rem nostrã latiùs persequitur Thom, Bozius *de Ruin. gent. & Reg. Libr.* 1. *Cap.* 7. Quò illud Maronis 5. *Æn. Vers.* 230.

—*Vitamque volunt pro laude pacisci.*

38 Indè miserrimum antiquis fuit ★ in vndis mori Franciscus Luisinus *Parerg. Lib.* 2. *Cap.* 28. *Thes. Crit. Tom.* 3. Athanasius Oteiza *Paralipom. Lib.* 2. *Cap.* 12. *Num.* 36. & 37. vtpotè omnium, quæ sunt obeundi genera, ignavissimum. Seu quia in profundò nullum edere est virtutis specimen; seu quia submersus intereundo latitat, & siquis alius, sibi soli moritur. Hinc *Æneas* fœdâ tempestate obortâ, æquè lamentabatur, necem cum fluctibus bibere (necem inquam, iam sepultam) ac aliam armisonã non meruisse, ad patrios muros, queis cõmuni incẽdio cinerescẽtibus

ipse in gentium memoriâ superviveret: vbì suorum prę conia ambiguis iam auribus perciperet, decoris ortum ex occasu progigneret, vnius immedicabilis mali, vnā medelam. *Æneid.* 1.

—— O Danaûm fortissime gentis
Tydide: mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse? Tuaq; animam hanc effundere dextrâ.

Quàm miseriores sint quos effera maris procella corripit, quàm quos inimica premit obsidio, pendit Tacitus *Annal. Lib. 1. Cap. 70. Quippe his etiam honesta mortis vsus, illis inglorium exitium.*

39 Indè etiam prisci * Hispani (vt refert Ludovicus Nonius *in Hispan. Capit. 6.*) morbo desinere turpe ducebant, & infortunatum, in acie verò exultabant tanquàm gloriosè vitâ excessuri. Et de illis sanè vetustis, credo, vel sine testibus, qui duntaxàt galeæ comis luxuriabant, qui non Cupidinis, sed solas Vitrici sagittas noverant, quorum maxima cura, non vt caligæ clarerent, sed gesta: Ijs quidem imbellem Libitinam abominatis, mors (nec miror) inter pharmaca fœtebat. Proh corda victricia! illis mollitudini erat, solo nudò ia centibus lapidea mors, & lectuli plumea, vel gossipina durescebat. Tantum agit, vt quisque genio præcellit, ad arduā quāque gloriam generosus ardor. Pavet ad inglorios casus fortitudo, & mortis genus crudelissimū reputat in illū vitæ exitū incidere, qui totius anteactæ nequeat perhibere argumentum.

40 Adde animum suapte naturâ præmijs* ad virtutem erigi. Text. *in* L. 13. *Tit.* 2. *Lib.* 7. *Ordin. Naturalmente la esperança del galardō despierta los hombres a trabajar de ser buenos y virtuosos.* Ecce tibi aliud validissimum caput, vt patriæ per tela per hostes occurras periclitāti: pulcherrima virtutum (quicquid pictoribus osseū sit, & falcatū spectrum) est heroica mors: Fortasse tamē si nuda proponeretur, ducere nolles pulcritudinem indotatá, vel

quasi

quasi Apuleianam Psychen coleres, non amares. Sed iã quid cũctaris præmijs divitem, honoribus ornatam? Si non decôre, decore capieris. Porrò in fortitèr facientes patria munificentia nationum omnium, in excogitandis ornamentis pro vitâ, morte, & posteritate ingeniosissima fuit. Quid vtique memorem Victoriæ supel
41 lẽctilẽ Armillas, hastas puras, phaleras, Monilia, Corniculos, torques? Quid tot frondosa donaria, coronas, laureã primitùs in triũphô, in ovatione myrteã, gramineam solutâ obsidione, querceam asserto cive, aureàm hostili murô pedibus delibatô, vel vallô insculpto: auream etiam navalem rostris figuratis præsignem? victrici capiti sylvæ comabant telluris viscera pallebant. Quid consecrata spolia, erecta trophęa, triumphales arcus, statuas, columnas, obeliscos, victorum nominibus literatos? Quid sibi ea voluere præterquàm temporum fluctibus vincẽtes reddere scopulosos? & humani corporis mortalitatem ære, aut marmore fulcire? Prolixũ foret, his & alijs eiusmodi monumẽtis diutiùs insistere, pleniùs Alexand. ab Alexand. *Lib.* 4. *Gen. dier. Cap.* 19. Lipsius *de Milit. Rom. Lib.* 5. *Dialog.* 17. Sigonius *de Antiq. Iur. Civ. Roman. Lib.* 1. *Cap.* 15. Rosinus *Lib.* 10. *Antiquit. Roman. Cap.* 26. & *seqq.* Camill. Borrellus *de Reg. Cathol. præst. Cap.* 32. *Num.* 76. & 77. Schomborneřus *Polit. Lib.* 6. *Cap.* 30. & 37. Valenzuela *Cons.* 82. *Num.* 49. & 54. Videas etiam Fulviũ Cõstãtium *ad nost. Tit. à N.* 4. qui de annonis, panibus civilibus, militijs, & ad nostra sęcula vergẽtibus feudis, cõmẽdis, & ordinũ militariũ insignibus. Nec minor labor esset innumeros alios honores oratione metiri, privilegia, & immunitates, quibus benemerẽtes pugnatores, legũ ferulę subducũtur. Ad 50. indulta recenset Marcus Mantua post *Repetit. L. Precibus, C. de Impuber. Num.* 250. alia innumera Petrus Gregorius *Libr.* 19. *Syntagmat. Cap.* 9. & 14. *cum sequent.* Balthâsar Ayala *de Iur. Bell. Libr.* 3. *Capit.*

Fin.

Fin. Acacius *de Privileg, Milit.* Galganetus *de Iur. Publie. Lib. 4. Tit.* 18. Paschalis *de Virib. patr. potest. Part.* 3. *Cap.* 3. *a Num.* 20. Rovitus, & Patinius *in Pragm.* 11. *de Milit.* & quàm plures relati a Bovadilla *Lib.* 4. *Pol. Cap.* 1. *Num.* 14.

42 Num etiam ⋆ hodierni milites, qui honesta merent stipendia, veterum militum privilegijs gaudeant? adhùc sub iudice litem habet. Diffitentur Doctores *in L.* 1. *C. de Iur. & fact. ignorant. & in L. Centurio* 15. *ff. de Vulgar.* Hector Capycius Latro *Decis.* 102. *Num.* 5. Bovadilla vbi proximè, eà ratione ductus, quòd hodierni populis sint infestissimi, hospitibus graves, inhospitali digni Caucaso, sive in vallò, sive in statione, aut hyematione, vi & raptò victitantes, plùs amicis, quàm hostibus hostes. Accedit veteris militiæ laxata severitas, & modestia turpata. Necnon aliud pro hàc parte non contemnendum, defæcatiorem fuisse veterem militiam modernâ, in quam ingens confluit e populô colluvies. Quid autem ex obscurissimâ plebe clari facinoris exoriatur? Aut cur sordida militia illius nobilis indulta contrectet? Contrariam tamen sententiam amplexantur Gregorius Lopez *in L.* 23. *Tit.* 21. *Part.* 2. Osualdus ad Donellum *Lib.* 6. *Comm. Cap.* 28. *Liter. N.* Avendaños *in Dictionar. Verb. Cavallero.* Schomborneus *Polit. Lib.* 6. *Cap.* 31. Matthæus Patiños *in Pragmat.* 11. *de Milit.* Nam licèt in militis assumptione solennitas, & ordo vsum amiserint, tamen effectus remansit. Nec faciliùs nostris temporibus militatur, easdem Martis sectatores patiuntur ærumnas, eadem sempèr discrimina. Eadem vitæ durities; lethi pronitas; quin imò graviora perferunt nostri, vt perpendit Ayala *de Iur. Bell. Libr.* 3. *Cap.* 7. *Num.* 27. Itaque non est cur hæc immunitatibus eisdem non temperentur? Vt optimè omnium sententijs peragratis, in hàc tandem sedem fecit Franciscus Zoannetus *de Roman. Imper. Num.* 80. Præ

ser-

feitìm cùm hoc lege in fractum, vel coërcitum non reperiatur, L. *Sancimus* 27. *C. de Testament. L. Præcipimus* 32. *C. de Appellat. L. Etsì à Patre* 2. *C. de Testam. tutel.* & vbì nil obstiterit recentis statuti, quod olìm viguit, nūc quoque vigere præsumendum, secundum Alciatum *de Præsumpt. Reg.* 2. *Præs.* 2. & Magerum *de Advoc. Arm. Cap.* 10. *à Num.* 401.

43 Non tamen his fungentur, * qui ad militiam adspirant, vt sceleratam vivendi impunitatem suam propugnent, galeaque velantur, impudentèr peccaturi, ad solemnem inter veteres certis diebus grassandi licentiam personati. Hi nanque qui, vt videtur, illud sibi persuadent, quòd Ius arma tenenti omnia dat ; privilegia

44 perdidere: quæ cōpertum est * abusu ammitti. *Cap. Vt privilegia* 24. *de Privileg. Cap. Vbì ista* 7. 74. *Dist. Et in Cap. Privilegium* 63. 11. *Quæst.* 3. *L. Qui sine* 38. *de Negot. Gest. L. Iudæos* 11. *C. de Iudæ.* Gail *de Arrest. Imper. Cap.* 10, *Num.* 13. Belluga *in Specul. Princip. Rubr.* 35. *Num.* 12. Carolus Tapia *in L. Fin. de Constitut. Princip. Cap.* 7. *Part.* 2. *Num.* 1. & latissimè Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 16. *à Num.* 637. Nam prætextu privilegiorum authoritate donari flagitia, & publicam vtilitatem vacillare, absonum omninò est. *L.* 2. *C. de Privileg. Scholar. Text. in Auth. de Mandat. Princip. §. Quòd si delinquentes, Capit. Abbate* 25. *de Verbor. Significat.*

Et vt anteactæ orationis seriem repetam, ei qui fortitèr fecit, & défecit in prælio, patria munificentia su-

45 perstitit. Eorum enim cadavera quantò studio * nationes ferè omnes curarint funerarint, & coluerint, discimus ex Homero *Iliad.* 3. Virgilio *Lib.* 11. *Æneid.* Curtio *Lib.* 5. Plutarcho *in Vità Demosthen.* Alexandro ab Alexandro *Lib.* 3. *Dier. Genial. Cap.* 2. Mariana *de Reg. & Reg. Instit. Lib.* 3. *Cap.* 5. Petro Morestello *in Pomp. Feral. Lib.* 2. *Cap.* 28. Ioanne Boëmo *de Morib. Gent. Lib.* 3

Cap.

46 *Cap.* 2. Apud Athenienses* pœna Ducibus infligebatur, qui milites in prælio cæsos non humassent; eam que ob rem vt Valerius Maximus *Libr.* 9. *Cap.* 8. *in fin.* commendavit scriptis, decem olim Imperatores à pulcerrimâ victoriâ redeuntes, capitali iudicio exceptos necaverunt; quòd militum corpora maris sævitiâ interpellante sepulturę mandarè non potuissent. Miram æquitatis paradoxam! Habita est velut patriæ proditio immemor occisorum victoria; nec aliquid in eos visum est inhumanum, qui commilitonem linquunt inhumatum. Miram iterùm in meritos de patriâ munificentiam! in illius mortis honorem, etiam facti necessitatem morte puniri. Porrò quanta fuerit hac in re* mili-
47 tantium solicitudo, demonstrat Vegetius *Libr.* 2. *de Re milit. Cap.* 20. loquens de dimidiâ parte donativi apud signa sequestrandi, per hæc verba: *Addebatur, & saccus vndecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturæ scilicet causa, vt siquis ex contubernalibus defecisset, de illo vndecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa.* Vbi multa Godescalchus ex Homero, Virgilio, Livio, & Casiodoro, subdens duos illos terra-
48 rum orbis oculos* Græcam, & Romanam gentē, sæpè cum hostibus de suorum corporibus tumulandis pepigisse.

E iure etiam condenda militum* corpora elicitur
49 ex *L. Si filius familias* 31. *ff de Religios.* & lugenda constat, licèt* non compareant ex *L. Vlt.* §. *Vltim. ff. de His*
50 *qui not. infam. Si quis* (ait Papinianus) *in bello ceciderit, etsi corpus eius non compareat, lugebitur.* Hoc est; Funus ei efferendum erit, facienda iusta, celebranda memoria, atratis hæredibus, & familiâ per novendium, quem admodùm adstante cadavere perficeretur. Dedecebat vtique vt hominum mentibus, aut oculis quicquam decedentis pro patriâ, pro absente reputaretur. Quod in iure raræ dispensationis erat, & in gloriosæ mortis hono-

51 rem: ★ nam alioquìn familia non tenebatur ad luctũ, & inferias corporis non positi (vt dicebatur) supra terram. Quod à Publio Mutio decretum constat apud Ciceronem 2. *de Legib. Cum quis navi necatus esset; & in mare coniectus, decrevit P. Mutius familiam puram; quòd os supra terram non extaret, porcam hæredi esse.* Non debentur solennia corpori non parenti, nulla vrget familiam religio, nec mulctatur hæres præcidaneâ porcâ, ★ quam quotannis ante novas fruges Telluri, & Cere-
52 ri obstrictus erat immolare, defuncti memoriam incultam expiaturus: vt ex Varrone, Festo, & Agellio *Noct. Attic. Lib.* 4. *Cap.* 6. Victorino *in Libel. de Orthograph.* firmat Cuiacius *in D. L. Vltim. in princ. sub* Lib. 2. *Quæst. Papin.* Vide Cerdam *ad Virgil.* 5. *Æn. Vers.* 64. *Not.* 9. Aliud constitutum est super eô, quem belli prehēderit strages, vt quāvis postomodùm nō compertô corpore; non sit extra porcam hæres, quâ quotannis facere tenentur, si semèl detrectaverit.

Tandem ex L. Decenvirali funebribus luctum augentibus modus factus est. Memorat Cicero 2. *de Legib. Homini mortuo ne ossa legito, quò pòst funus facias.* Sententiæ facem lucet Cuiacius *in D. L. Vltim. in fin.* sic fatus: *Hominis mortui, & cremati, vt solebat fieri, ossa non esse legenda, vt asservarentur, ac posteà ei funus ducatur: sed sepeliendum esse statim, atque corpus crematum est, nec legenda ossa, vt iteretur funus, & augeatur luctus.* Placuit Legi intra mediocritatis aurum luctus cohibere; ★ sed
53 Lex eadem, vt prosequitur Cicero, nullô quantocunque cultu bellicam mortem censuit nimìs colendam. Quarè permisit vltrò, vt sicui bellum lethale fuisset, & à commilitonibus fortè rogo datus; ossa deindè filio, agnato, aut cognato servare liceat, vt iustô tempore, solemni funeris pompâ, inferias (vt sic dixerim) postumas exequantur. Legem alitèr exposuit Revardus *ad Leg.* 12. *Tab. Cap.* 15. discrimen constituens inter *ossa*

le-

54 *legere hominis mortui, & homini mortuo ossa legere:* * primum nanque est ossa dispersa congregare; secundum verò quædam cadaveri adimere, pro funere post tempus instaurando; quod quidem Ius vetuit, bellico cadavere dempto, cui ex novissimis ignibus aliquid reliquum esse permisit, cui redivivo funere parentaretur.

55 Ex his induci proclive est * legem eam vndè sumptus præfiniebatur sepulchrorũ, & siquid extra normã superflueret, populo tantundem distribui præcipiebat: de quâ Cicero *Epist.* 34. *ad Attic. Lib.* 12. ad extinctos in armis non pertinuisse.

Mitto brevitatis studio pomposa solennia, ferales machinas, sanguine multò tepentes aras, lactea, & bacchea libamina, nubescentia in suffitum aromata, reliquamque memoris cultûs opulentiam, quæ in mortem veteres aggerabant Reip. vindicum, quâ in divos visi sunt sigillari. Tanta fuit gratitudinis audacia. Hic solùm de epicedio, funebri consonô, id monuerim: quòd licèt in togatum etiam obitum inciderit, tamen armato natum est. Initiò enim bellô solùm confectis habuit funebres orationes Græcia, vndè ad alios delapsæ. Notant Ioannes Meursus *Lib. Singulari, de Funer. Cap.* 34. & Antonius Maioragius *in Dial. Cicer. de Part. Orat. post med.*

Maximi quidem relati honores, sed funesti: Ius verò viventia decora confert; * id quippe obstinatam cer
56 nens adversus mortem gloriam, non audet cum militariter occidentibus, nisi vt cum vivis agere, nec poëtico eloquio, sed legitimâ fide eos immortales profitetur. Cuiusmodi præsumptio, quos notũ est, in iure effectus obtinet, quos in præsentiâ præterire non fuit. Liberi *
57 enim peræquè prosunt, atque superstites; parentesque ab onere tutelarum, à censu, à decimis pro numerô filiorum excusant, *L. Vlt. ff. de Vacat. & Excusat. Muner.*

ner. *L. Bellò* 21. *ff. de Excusat. Tutor.* §. 1. *Inst. Eod.* Ægidius Thomatus *de Collect. Verb. Medici, Pag.* 396. *Numer.* 17. Raudensis *de Analog. Lib.* 1. *Cap.* 34. *Num.* 148. Angelus Mattheacius *de Via,& Rat. Iur.* Lib. 1. *Cap.* 9. Barbatus *de Divis. Fruct. P.* 2. *Cap.* 2. *N.* 161. Acacius *de Privileg. Milit. Lib.* 2. *Privileg.* 31. Fulvius Constantius *ad L. Si quis* 24. *Num.* 25. *C. de Decurion.* Indè Emanuel Costa *de Maiorat. Bon. Reg. Coron.* 3. *Part. Num.* 12. expendens Legem Lusitanam; quòd defuncti maioratùs possessoris alienum æs successor ex fructibus teneatur toto biennio persolvere, docuit* etiam vltra illud tem-
58 pus ad id cogendum, si possessor vltimus pugnans obierit; quoniam per gloriam vivus adhùc censetur. Hìnc
59 *Commendatarij decedentis in bellò debita, queis obæratus erat, vt à successore solvantur, solet impetrari rescriptum: quod tradit Marienzus *in L.* 6. *Gloss.* 3. *Numer.* 25. *Titul.* 7. *Lib.* 5. *Recopilat.* Solorzanus *de Indiar. Gubernat. Lib.* 2. *Cap.* 16. *Num.* 71. Verùm cur heroicè
60 morienti denegetur id, cui scimus datum, * quòd iustum alioquì maioratùs possessorem penitùs excludat? Atque in regnis vbì excludit Patruus Nepotem, si Pri-
61 mogenitus in acie belli fati munus impleverit, * Nepos in maioratùs possessionem potior subsistat? Vt id. ē Costa *vbi suprà* 1. *Part. Num.* 34. tradit, & priùs Romanus responderat *Cons.* 29. Asserueréque Nicolaus de Milis *in Repert. Verb. Mortuus pro Rep.* Tiraquellus *de Iur. Primig. Quæst.* 40. *Num.* 227. Valascus *de Iur. Emphiteut. Quæst.* 50. *Num.* 16. Cabedus *Decis.* 147. Subsignat P. Molina *de Maior. Tract.* 2. *Disp.* 630. *Num.* 5. Idemque dicendum est si filius se in Religionem receperit. Fulvius Constantius *ad Nostr. Titul. Num.* 21. *
62 Qui Patrem quoque iuvat ad immunitatem assequendam; nam ob gloriam (cœlestem, si non bellicam) in vivis reputatur. Franciscus de Ponte *Consil.* 16. *Numer.* 21. *Tom.* 1. Phœbus *Decis.* 13. *Num.* 20. Acacius

de

de Privileg. Parent. & Liberor. Privileg. 10. Numer. 53.

Valascus tamen *Consult.* 148. *Nu.* 3. *Lib.* 2. superiùs dicta in obscurū revocat, & ex Iuris regulis improbat.
63 Quia * fingere Legi solùm, non homini permissum:
64 Nec fictio pro quodam casu inducta * ad alios non expressos securè protrahitur. Cephalus *Conf.* 393. *Num.* 143. Gerardus Mazolus *Conf.* 38. *Num.* 38. *Tom.* 1. Valenzuela *Conf.* 23. *Num.* 77. *cum seqq.* Vt nec * Legum
65 privilegia, vtpotè iuris stricti, extra casus, de quibus ipsæ speciatìm. Paramus *de Origin. Sanct. Inquisition. Lib.* 3. *Quæst.* 2. *Num.* 104. Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 10. *Num.* 88 Horatius Montanus *Controvers.* 32. *Numer.* 9. Valenzuela *Conf.* 23. *Num.* 74. Ideo in conflictu oppressos provivis non habendos, nisi innuncupatìm explicitis. At attentâ, quæ Lusitanis inolevit, consuetudine, minimè ausus à priori sententiâ deviare, concludit.

66 An autem puro in prælio * filium vulnerari, vndè postmodùm obeat extra pugnam, prosit etiàm, vt Nepos Patruo præferatur, & vt locus sit parenti ab tutelæ onere, personaliumque munerum, & patrimonialium, excusando? & controvertunt, & assertivè decidunt Ferdinandus Paez *de Excusand. Parent. à muner. publ. ex Num.* 40 Valascus, & Cabedus *vbì suprà.* Illustraturq; ex his quæ affert Tiraquellus *post Leg. Connub. Gloss.* 2. *Num.* 15.

Suprâscriptis cancellis liberalitas impatiens circūscribi ad defunctorum Reip. filios erupit. Vt primò noscere licet ex tituli nostri edicto tertiò, quod filijs eorum, quos belli clades afflixit, Officia, & parentum annonas statuit. Veterisque constituti fuisse * apud Ro-
67 manos, vt gratia, quæ strenuis parentibus rependenda erat, vbì pro civitate animam prodegissent, ad natos integra, illibataque transiret indicat Cicero *Philipp.* 14.

in Fin. Atque etiam censeo P. C. quæ præmia militibus promisimus, nos recuperata Repub. tributuros, ea vivis victoribus cumulatè, cum tempus advenerit, persolvenda. Qui autem ex his, quibus illa promissa sunt; pro patria occiderunt, eorum Parentibus, Liberis, Coniugibus, Fratribus eadem tribuenda censeo.
68 Macedonibus * observatum est militum occisorum filios, etsi pupillos parentum stipendia ducere. Iustinus *Lib.* 12. Alexander ab Alexandro *Genial. Dier. Lib.* 4. *Cap.* 19. Eos * Athenienses ex publicô ærario, suis sumptibus alebant, erudiebantque Laërtius *in Solon.* Demosthenes *in Oration. Funebr.* 22. Quod muneris ad Archonta pertinuit, Magistratum illi Reip. supremum. Ioannes Meursus *de Archon. Athen. Lib.* 1. *Cap.* 9.
69
70 Idem apud * Lacedemonas, aliasque ex primigenijs nationibus invaluisse refert Matthæus Tympius *in Specul. Princip. Part.* 1. *Sign.* 22. Venetis, * non modò stipendia, & solatia in superstites filios, iure velùt hæreditariò traducuntur, verùm * & nubiles fœminæ satis honestè dotalem merentur fiscum. Philippus Camerarius 2. *Medit. Cap.* 56. Actius *de Lud. Scacchor. Quæst.* 6. *Num.* 75. Besoldus *in Discurs. Politic. Dissertat. de Præm. Cap.* 2. *Num.* 2. Vbi etiam de præmijs occisorum * apud Helvetios, & Ianizaros. Apud nostrates cautum est * Lege Regia, vt præmia debita illi, qui pro salute Principis inter pugnandum vitam abiecerit, eadem præstentur, Liberis, Vxori, vel Cognatis *L.* 5. *Tit.* 27. *Partit.* 2. Ayala *de Iur. Bell. Lib.* 3. *Cap.* 20. Et cum generalitèr stabilitum esset, vt aucta Officia populorum, cùm primùm vacarent, consumerentur; vt ad statuta, & ordinaria redirent, quin in posterùm renunciatio fieri, admitti ve posset; resignanti, & in quem resignarentur, privationis pœnis impositis, L. 15. *Titul.* 3. *Lib.* 7. *Recopilat* hoc Lex subsequens 16. *eiusdem Titul.* limitat, & declarat; Nisi * adversus Infideles præliando parens diem functus erit: sustinebitur enim Officiosæ mor-
71
72
73
74
75

tis intuitu, in filium facta renunciatio.

Sic honestæ mortis vsus rependitur: sic cunctis gentibus, sic orbis rectoribus visum, vt invitarent præmio militantium animos. Nec inconsultè: nulla enim tuta
76 magis trophæum origo, quàm remuneratio. * *Nihil non aggressuros homines* (ait Livius *Lib.4 Cap.35.*) *si magna conatis magna præmia proposita sint: tantò audaciùs, ferociusque pugnaturi, quantò maior gratificatio eis oblata sit:*
77 Hæc, mortis contemptum ingenerat, * qui magnus est victoriarum artifex, quò martem militi accendebat Annibal in Livio *Lib.21. Cap.44. Mortis contemptu vicistis: nullum incitamentum ad vincẽdum homini à Dijs immortalibus acriùs datum est.*


Imò nec satis vnquàm militaria discrimina honestæque mortis vsus rependi valuere. * Certè non benè
78 pro toto vita divenditur auro: tam eximij quidem ausus, præmijs semper innatant; malè illis obrui possunt. Nec ad amussim compensari, insinuat Vlpianus *in L. Si verberatum 15. §. Item si fortè*, ibi: *Modicò honoris; ff. de Rei vindicat.* Quò modò intelligendus Text. *in L. Si Pater 34. §. 1 ff. de Donationib.* illic: *Nam merces eximij laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certò modò æstimari non placuit.* Latè Menochius *Conf. 1003. à Nu. 64.* Indè in præmijs maximam * militibus portionem
79 deberi scripsit Plinius *in Panegyr.* Dum per severi ordinis leges, populorum quietem negotiantur. Qui (taceo cruorem, & labores vltimos, eorumque obversantia pericula) inedia, vigilia, & comitantibus ærumnis suas operas locant Reip. * comparant, afferunt, ampliant
80 Imperia, vt profitebatur Caius Cæsar, Dion *Lib. 42.*
81 Illud ad calcem servarim, * quòd Alvarus Valascus *Cõsultat. 129. Num. 13.* Fulvius Constantius *hic Num. 36.* & Mastrillus *de Magistratib. Libr. 1. Cap. 28. Num. 4.* Titulum nostrum ad eos quoque protelant, qui ad
82 Reip. clavum pacem militant. * Ijs suam militiam non

deesse passim adstruũt iura, ijs sua castra dedit Ovidius *de Remed. Amor. Lib.* 1.

Sunt fora, sunt leges, sunt quos tuearis, amici:
Vade per vrbana splendida castra toga.

Itaque vnà cum bellatoribus alijs, nec leviori titulo, legis tertiæ favore fruantur, oportet. Fulciturque sententia, *ex L. Nemini* 11. L. *Petitionem* 13. *C. de Advocat.* 1. *L. Iubemus* 13. §. *Et filios, L. Petitiones* 5. §. *Et filios, C. de Advocat.* 2. vbì filij eorum, quos togata militia tenuit, in eandem advocantur: Et sanè meritò cùm non minùs patriæ beneficio in pessimos mores, quàm in hostes bellum geratur. Incubat, si quis alius, incubat communi bono qui iurgia sedat, quà petitur aurum, quà fumant honores; qui politicum civileque moderamen immanem molem digerit. Nisi fortè nil Reip. infestum putàris, nisi quod ferreas minas manu gestat. O quanta sæpè in forò, quàm in acie bella! Quantæ per vrbem grassarentur strages, ni Rectorum sedulitas, & prudentia copias obiecissent! Miror equidem, quòd Roma nõ viderit triumphos incruentos. Eis tamen finitimum honorem, supplicationem, scilicet, sibi decretam Cicero refert *Philipp.* 14. *Nam mihi Consuli supplicatio, nullis armis sumptis, non ob cædem hostium, sed ob conservationem civium decreta est.* En ad præmium paludati trabeatus iudex admittitur. Si non arma togæ saltem non toga cædat armis. Plus in sanguineis gestis strepitùs est, plus non raro in curialibus commodi. Dux & Senator, vterque Reip. valetudini superstant, ille (vt sic dixero) chirurgus, ferro, & flammâ sanguineus; hìc mitiori medicinâ, tacitam per latentes venas vitam disponit. Vter rogo indonandus? Vtri debet amplius orbis, Martis gladio, an sceptro Iovis? Exhìnc ergo sermo noster de vtrisque promiscuus erit in sago, vel in togâ communi incolumitati addictis: Licèt frequentiori in filijs toga-

torum ſtylo, quia hæc pars ſemèl firmata, alteram ſtabiliet, ſatìs aliundè notam, ac proindè diſquiſitionis minùs egentem. Nec laborandum erit in militibus, ſi de togatis res felicitèr evadat. Nec quicquam pro his peculiaris probationis exquirendum, ab illiſque alienum: ad filij enim capacitatem, in gratiam parentis remunerandam, vt decurſu patebit, eædem rationes, quæ pro milite iudicantur, pro togato militant. Priuſquàm autem in priorem conſtitutionem ſolvam, iuvat in epigraphe, & ſubſcriptione tantundèm immorari, tum quia iſtud in qualencunque legis commendationem cedet; Tum etiam, vt ſiquid e propoſitâ materie noſtram effugerit faculam, ne ſaltèm iactare poſſit noſtrã omninò effugiſſe curioſitatem.



Primæ Legis
EPIGRAPHE.

IMP. CONSTANTINVS AVGVSTVS EVAGRIO.

Elucidatur.

SVMMARIVM.

1. *Conſtantinus Chlori, & S. Helenæ vnigenitus, ſalutatus Imperator in Britanniâ.*
2. *Auguſti honorem diſtulit.*
3. *Cæſares, & Auguſti quid differant?*
4. *Evagrius Præf. Præt. Conſtantini.*
5. *Conſtantinus quatuor Præf. Præt. inſtituit: & quarè Num. 8.*
6. *Summum etiam Patritiatum.*
7. *Magiſtros militum.*
9. *Plures ornavit, plures devincturus.*
10. *Evagrios celebre Græcis nomen.*



ARCVS, FLAVIVS, VALERIVS, CONSTANTINVS MAGNVS, Imperatorum felicissimus, qui Christum in verâ purpurâ terris præfecit, & velut e servitute vindicatam Ecclesiam Vrbe donavit, par summis præconijs, si meritis brevior esset;

1 ★ Constantij Chlori, & Divæ Helenæ vnica proles, ex patris testamento Imperij hæres institutus, apud Britannos(ibì pater obierat)acclamante milite, simulque confirmante Senatu, summus Romanorum Imperator, plausu efusissimo, salutatur VIII. Kal. Aug. Ann. ab Vrb. Cond. CIↃLIX. à Christ. Nat. CCCVI. sub Marcelli Pontificatûs Ann. III. vt tradunt Baronius *Tom.*3. *Annal. in Princ.* Acunha *in Cap. Constantinus* 13. *Num.* 10. 96. *Dist.* Contius, Gordonus, Henricus Philippus, Gualterus, & alij Chronologi.

2 *AVGVSTVS.* Cæsaris duntaxàt appellatione ★ consuevit *Augusti* fastigio spontè dilatô, donec Faustam Maximiani Herculei filiam duxit, pôst obtentum Imperium Ann. II. Eusebius de Constantij obitu scribens *Lib.* 8. *Cap.* 26. Cassiodorus *in Chronic.* Baronius *vbi suprà Num.* 9. Cui dilationi, incerti nomiuis, sed non ingenij Rhetor in Panegyrico Epithalamio, sic adulatur: *Cum tibi pater Imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentus, expectare malueris, vt idem te, qui illum declararet Augustum: siquidem ipsum Imperium hoc fo-*

re-

re pulchrius iudicabas, si id non hæreditarium ex successione cepisses, sed virtutibus tuis debitum a summo Imperatore meruisses. Anne superbia sit sceptra nolle, nisi proprijs sumptibus ad laudis pretium inaurata? An religio illaboratam purpuram respuere? Modestissimum censeo faustum.

3 Hic de Cæsaribus designandis, * & inaugurandis Augustis, & quale inter vtrosque fuerit olim discrimen indagandum occurreret non ineptè. Sed excusatum me habeas de re satiùs apud Spartianum videnda *in Ælio Vero*, Marcellinum *in Constantio, & Gall.* Sabellicum *Lib. 8. Ænead. 7.* Salmasium *in Spartianum in Alexand. Sev. Pag. 69. Vers. 23.* Petrum Gregorium *Lib. 18 Syntagmat. Cap. 2. Num. 20.* Rosinum *Antiquit. Libr. 7. Cap 13.* Gutherium *de Offic. Dom. August. Libr. 1. Cap. 42.* Franciscum Robortellum *in Disput. de Commod. & Præm. & Don. Milit.* Antonium Roscium *Lib. 1. Memorab. Cap. 3. Num. 18.* Henningum Arnisæum *de Rep. Libr. 1. Cap. 2. Sect. 4. Num 92.* Tiraquellum *de Iur. Primigen. Quæst. 17. Opin. 4. Num. 23.* Ioannem Baptistam Lupum *de Vsur. in Præfat. ad L. Curabit. C. de Action. Empt.* Chokier *in Scholijs ad praces primar. Pag. 11.* & prætereà plures.

EVAGRIO. Cui extant plurimæ Imperatoris eiusdem Rescriptiones, vt *in Titul. C. de Iudæis, L. 3. & in L. Qui derelicta 17. C. de Decurion. & in L. 13. 19. 20. & 22. C. Theod. eod. & alibi sæpissimè.* Et licèt Epigraphe nostra, sine PP. geminatis appareat, quæ Præfectũ Prætorem designant, supradictis tamen inscriptionibus apponuntur, vndè hac dignitate potitum, * vide-
4 tur dubiò procul: itaque appellatur à Ioanne Glandorpio *in Onomast. Hist. Rom. Verb. Evagrius.*

Sed cuius tractus obierit præfecturam desperatę divinationis est, Orientisne, an Illirici, Italiæ; vel Galliarum? Constantinus nanque Imperiali sede Bizantiũ

tra-

5 traductâ, * huius Magistratûs invidiosam celsitudinem fuerat quadripartitus, eiusque potentiam frenarat,
6 *Summo Patriciatui, tum primùm instituto postponens
7 *L. Vltim. C. de Consulib. Lib.* 12. Magistris * militum insupèr creatis in quos militarem disciplinam à Præfecto Prætorio transferret perindè, atque erogandæ munus annonæ. Zosimus *Lib.* 2. Cuiacius *in Paratlit. ad Tit. C. de Offic. Mag. Milit.* *Vbi* etiam Antonius Perez, Pancirolus *in Notit. Orient. Cap.* 5. Amaya *in L. Curialibus* 66. *C. de Decurion.* Vbi plura confert de Præfecti Prætorij dignitate, vt & *in L. Fin. C. de Canon. largit.* Antonius Roscius *Lib.* 3. *Memorab. Cap.* 6. *Num.* 2, Cabedus *Decis.* 1. *Part.* 1. & *Decis.* 103. *Num.* 1. *Part.* 2.
8 Vel * quia Præfectura iam ad formidinem protumuerat, ipsi etiam Principi timenda. Ita *in Adriano* Spartianus, & Herodianus *Lib.* 1. cuius impetus alveo quadrifido ductus, siquandò ripas fervidus excessisset, non vt de flumine vno, sed vt de rivis singulis esset metuendum. Vel quia (vt Eusebius iudicat *Libr.* 4. *de Vit. Constantin. Cap.* 1.) eximiæ munificentiæ Monarcha, vt mu-
9 nera * liberalitati suppeterent, novos dignitatum vsus excogitavit. Notat Cuiacius *in L.* 1. *C. de Comitib. & Tribun. Scholar. Lib.* 12. Quod etiam inter Augusti acta memorat Suetonius *in Octav. Cap.* 36. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib.* 1. *Cap.* 44. Clapmarius *de Arcan. Rerump. Lib.* 2. *Cap.* 19.

Nec minor labor erit de ipsô Evagrio, quàm de eius Præfecturâ quicquam eruere. Sed ne incuriæ des, quod mihi coniurato Scriptorum silentio nox alta regit; hôc
10 tamen nomine Græcis celeberrimo, * invenio plures, nonnullosque ferè nostro coætaneos. Marcellinus *Lib.* 22. *in Iulian.* quendam affert Evagrium Comitem rerum privatarum Constantij Imperatoris Magni Constantini filij, qui sub Iuliano Apostatâ cum nonnullis Constantij Magistratibus fuit mulctatus exilio. Al-

te-

terius Evagrij pro eodem Constantio Sericorum Præfecti meminit D. Athanasius *in Apolog.* 2. Alius item Socrates *Lib.* 4. *Cap.* 13. quem in locum defuncti Eudoxij Antistitis Bizantini Catholici subrogarunt, dum Hæretici Demophilum. Fuit & Evagrius Senior, parens scilicet Iunioris Evagrij, genere opibusque conspicuus, villæ *Maronia* Toparcha, quem eundem putat Baronius *Ann.* 372. cum Evagrio illô, qui ex S. Hieronymi sententiâ, *Epist.* 8. *ad Innocentium* parcenti æmulatione se gessit imbellem adversus Auxentium Arrianum Insubriũ Episcopum. Subvenit etiam Evagrius Ponticus Hyperborita D. Gregor. Naziãzeni discipulus, literis clarus, licèt Origenis erroribus mordicùs mancipatus. Quod vtrunque testantur Sozomenus *Lib.* 6. *Cap.* 30. Ioannes Trithemius *de Scriptor. Eccles.* & Baronius *Ann. Christ.* 388. Alios dissimulo, brevitatis ergo, & quia, vt cẽseo, cum nostro Evagrio, nil habent negotij, si nomenclaturam excipias. Hos autem habui referre, vt id nominis qualiquali notione clareat, vel indè nostrum Evagriũ ornaturus, qui aliundè etiam exhonestissimo, quô fungebatur locô, quantus vir tũc temporis fuerit nõ ægrè
11 veniet in notitiam. Quod tandem in Legis nostræ * honorem cedet, quę nũquam viro tanto fuisset destinata, nisi argumẽto nobilis, & negotij ponderedives. Quã Legis commendandæ rationem, à Tiraquello didici, & Sebastiano Monticulo, quorum primus *ad L. Si vnquã in Rubr. Num.* 2. alter *de Patr. pot. ad L. Consensu* 8. *Eod. Tit. in Epig. Num.* 38. ex nomine, & dignitate eorum, ad quos transmissæ, constitutionibus authoritatẽ addi-
12 dere. Nunc ad nostræ * patriam, & natale tempus in Subscriptionem, quæ talis est.

DAT. PRID. NON. AVG. BASSO,

ET ABLAVIO COSS.

Ann. Dñi CCCXXXI. (vt ex Fastis Consularibus

conſtat; temporum ſupputatione Chronologis recepta) promulgatur. An. XXVI. Imperij Conſtantini, Ovinio Baſſo, & Ablabio Ægyptio Coſſ. Poſt Imperij traductionē VII. quā ſub An. CCCXXIV. cecidiſſe probat Baronius, etsì perperàm ex ſanctione Cōſtantini *L. 1. C. de Falſ. mon.* quæ vt in vulgatis cernitur, data pateſcit XV. Kal. Decemb. Conſtantinopoli Criſpo, & Cōſtantino vtroq; tertiùm Coſſ. ſed in C. Theod. ſub eodem titulo cōſcribitur data Romæ; quod verius habet, vt ex ſubſcrione textùs communi, tam in vulgaribus, quàm in Florētinis, & in C. Theod. palam fit; vbì aſpicis Datā nō tertio, ſed ſecūdo Criſpi, & Conſtantini Conſulatui ſubijci Ann. CCCXXI. dum Romæ ageret, nec adhùc de tranſvehendo Imperio cogitaret; vndè vulgaribus Pandectis Conſtantinopolim excudi Typographûm error apparet.

Lata eſt igitur dubio procul in Orientali ſede, ſed in quanam Oriētis regione, arduum eſt hallucinari, cùm nec ad calcē ſubſcribatur locus, & in negotijs, quàm in vrbibus habitaret Imperator, hùc illùc trāſmigrās, quà illa poſcebāt. Liceat tamē ſuſpicari Bizātij datam; cùm iam Scythis ſubiugatis, circūactum belli erroribus Orbem pace compoſuiſſet, cùm legibus amica tēpora ſucceſſere. Illa equidem opportunior, tempeſtas, cum alto ſilētio ſopitis armorū tumultibus, Cōſtantinus ad quietem enatavit, & novæ Romæ promovēdæ, & amplificādæ ſe totum impēdit; quam & tunc alijs legibus inſtruxiſſe teſtes ſunt ſubſcriptiones, *L. 3. C. de Offic. Rect. Provin. L. 1. C. Theod. eod.* Queis iūge *L. 4. C. de Iuriſd. omn. iud. L. 2. C. de Litig.* L. 3. *C. Vt lit. pend.* ſub eorū demētiam Conſulatu, & ſi promulgationis locô deſtitutæ. Nunc de Datę Conſulibus.

BASSVS prænomine Ovinius (quid enim Cōſules noſtros ſilētio preſſerim?) ⋆qui vnà cum Gallicano Ann.
13 CCCXVII. Cōſulatum geſſerat, modò cū Ablabio ſecū

dùm

dùm renũciatur Prętorianâ etiam, & Vrbicâ Præfecturâ functum prodũt plurimæ in ipsum Constantini rescriptiones, vt *in L.5.C.de Tempor.in integ.rest.* L. 26.*C. Famil.ercisc.L.4.C.Fini.regũd.L.1.C.de* Leg.*& Constit. Princ.* L.4.*C.de Malef.& Mathem.* Illius meminit Glãdorpius *in Onomast.Hist. Rom.* Honestissimo locô natus est, Patriciâ gẽte oriũdus. Stephanus Pighius *in Ide, seu Indic.Roman.Histor.* Confirmat Prudẽtius adversus Symmachũ *Lib.1.de Pot. Cruc.* vbì inter plures præcipuos viros, illustrissimasq; familias, qui ad Christũ transitum fecere, postquam Cõstantiniana crux Màxẽtio exitiale rubuit in ęthere, Bassorum stirpem non siluit.

—— *Non Bassorum dubitabit*
Prompta fides dare se Christo, stirpemque superbam
Patriciæ gentis venturo attollere sæclo.

14 ABLABIVS patriâ* Ægyptius, gẽte humilis, politicâ
15 solertia, *aulæ & negotijs genio apto nato, maximaq; in Cõstãtinum fidelitate, ad eius benevolentiam, indè
16 ad Rẽp. sibi aditum aperuit, *quam Prætorio Pręfectus gessit, Cõsul, alijsq; muneribus insignis. Cõstantino patre diem functo, in filij Constãtij res, quem â parente informãdum acceperat, intrusus, fraterni triũviratùs herilem partem, gubernauit; solũ purpurâ Constãtij minor: Hanc quoq; suæ domui adscivit, filiam Olympiada Cõstãti Augusto maritans. Hucusq; ventosa carbasa, flãte fortunâ, insultant brevibus, rident scopulos. Sed ô perduellem Deã! ô Regiæ põtum infidum! clavum Reip. tenuit Ablabius, nec tamen profuit figẽdę rotæ. Vivitur apud Reges in tropicis; ad cãcri pervẽtum erat, declinandum fuit. Sed nec peccavit in Ablavium sors, ipse sibi
17 Fatorum cõflavit invidiam. Auri enim inexhauta* sitis cũ fraudibus, & rapinis infamavit. Hic est ille Ablabius, cui apud Eusebium, vt putat Baronius, extat Constãtini monitũ. Hic enim exprobratâ in faciem avaritiâ viri, addidit, scipione humi circunscribens humani corporis

men-



D. HIERONYMI ALTAMIRANI,

IN L. I. C. DE FILIIS OFFICIALIVM MILITARIVM, QVI IN BELLO MORIVNTVR, TIT. 48. LIB. 12.

COMMENTARIVS
SEV
DE MVNERIBVS CONTINVANDIS IN FILIOS RECORDATIONE PARENTVM.

TRACTATVS
PARS PRIOR.

IN QVA DE FILIORVM APTITVDINE.

TENOR LEGIS.

Hì qui ex Officialibus quorũcunque Officiorum geniti ſunt, ſive eorundem parentes adhùc ſacramento tenentur, ſive iam dimiſsi ſunt, in parentum militiam vocentur.


N Legis explicationem ibo ducente operis argumento, & in operis argumentum ducente lege: oculô alterô in Tractatum, altero in Commentarium. Hanc methodi artem solicitavi, scilicet, quòd legem controvertere nil esset aliud, quàm in principem scopum dirigi. Et ita contingit: nã dũ communem Legis explicationem impeto, & recentem aliam enitor; vtrunque, tã eversio alienæ, quàm nostræ propugnatio, ijs nituntur fundamentis, queis in medium adducitur necessariò examen de filij aptitudine, & meritô, queis ad paterna munera capessenda pollere oportet: quod ipsissimum partis huius tota cura est, ita etiam consultò dispositę, vt ad secundam pertractandam manuducat.




CAP. I.

Liberi non in Officium, sed in parentum militiam vocantur.

SVMMARIVM.

1. *Lege nostrâ paternum Officium erogari credidere omnes.*
2. *Alij vt onus.*
3. *Alij vt munus.*
4. *Pro salario ad filios transmittendo inducta.*
5. *Inter militum privilegiantes locata.*
6. *Pro filijs ob parentes munerandis affertur.*
7. *Et vt in eos privilegium patrium derivetur.*
8. *Militia in iure quid sit?*
9. *Militiæ casus.*
10. *Ex casu nullam esse.*

11. *Salarium non significat.*
12. *Hic pro eò, quod sonat, desumitur.*
13. *Argumentum ex Legibus nostrã comitantibus in C. Theod.*



1 MNES omninò * in quotquot hucusque incidi Auctores, & quotquot in legem nostram incidêre, ore vno, vel mente pronunciant, eà militum Officialium liberos, ad paternum munus, & Officiũ vocari. Hoc tamen intercedente discrimine, quòd alij gravaminis locò, & oneris ponunt, quòd vocentur; alij præmij, privilegijque id esse asseverant.

2 Primæ opinioni * fecit auctoritatem ab Accursij, Rebuffi, & Pennensis verbis non dissonus Pancirolus, quam valere iussimus in Rubricâ *Cap.* 2. Tum quòd ad rem nostram parùm conduceret; tum etiam, ne hìc methodicam seriem implicaret; quamque tutus insequaris, si minùs adsonet nostra.

3 Secunda vero, * quòd scilicèt paternum munus hìc pro præmiò confertur, acceptissima est; quam agmine longo sequuntur Platea *hic* Bouadilla *Libr.* 3. *Politic. Cap.* 8. *Num.* 291. Alvarus Valascus *Consult.* 129. *Num.* 13. *& Consult.* 147. *Num.* 3. Petrus Gregorius *de Republ. Lib.* 11. *Cap.* 8. Mendez de Castro *in Prax. Lusitan.* Lib. 1. *Cap.* 2. *Num.* 9. Lara *de Vitâ Homin. Capit.* 16. *Num.* 6. Capiblancus *Singul.* 60. Paschalis *de Virib. Patria Potest. Part.* 4. *Cap.* 3. *Num.* 43. Mastrillus de Magistratib. *Lib.* 1. *Cap.* 28. *Num.* 3. Fulvius Constantius, & Antonius Novarius *ad Nostr. Tit.* Ægidius Thomatus *de Collectis, §. Medici, Num.* 11. *Pag.* 144. *Tract. Doctor. Tom.* 12. Duo item præcipua Iuris sidera D.D. Ioannes Solorzanus *Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 96. Dequò iam alibì perfunctoriâ laudatiunculâ: quînam etenim aliàs digna viro excrevisset panegyris? Subli-

misque noster in summâ ingenij profunditate apex, D. D. Ferdinandus Pizarrus & Orellana, e trabeatis Hispaniæ Primoribus, in sui Ferdinandi Pizarri gestis *Capit.* 1. *Observat.* 2. cuius vitam inter cæteras Novi Orbis Heroum (quorum plerique eiusdem familiæ generosa proles) edidit vernaculè, imò eruditione vernantem. De quô quidem viro, hæreo, ampliùs ne gentilitios Duces calamo, quàm illum ipsi gladio nobilitarint? Vtrumve pretiosius, Proavorum triumphi, an Nepotis pagina, gaza sapientiæ, Minervæ thesaurus? Necnon D. Didacus Villaveta in Sanctæ Cruciatæ consessu meritissimus Fiscalis, in libello, quem de filiorum remuneratione in diem dedit, non inglorio sane sudore, & si theseos novitas te advertat, & penuria, opere admodum felici. Novissimeque mihi studio, & consuetudine affinis D. Ferdinandus Valdesius, non dedignanda hnic sæculo spes, in quadam, Consultatione Iuridicâ pro Parente ad Illustrissimum Indorum Patriarcham *Sect.* 3. *Num.* 8.

In eandem interpretationem consentiunt Gregorius Lopez *in L.* 2. *Verbo Sino el fijo mayor*, *Versic. Tene etiam menti*, *Titul.* 15. *Partit.* 2. Didacus Perez *in L.* 20. *Titul.* 3. *Lib.* 4. *Ordin.* & Matienzus *in L.* 5. *Titul.* 10. *Lib.* 5. *Recopil. Gloss.* 3. *Num.* 2. dum eam * adducunt
4 pro concordi Textui *in L.* 10. *Tit.* 4. *Libr.* 6. *Recop.* Quæ parentum salaria olim a Principe donata, in filios cõtinuari decernit.

Necnon Petrus Gregorius *Lib.* 19. *Syntagmat. Capit.* 16. *Num.* 3. Ioachimus Hopperus *de Verâ Iurisprud. Lib.* 8. *Titul.* 21. Alphonsus Villadiego *ad Leg. Gothor.*
5 *Libr.* 8. *Titul.* 4. *ad Rubr. Num.* 4. dum * Legem nostrum in earum album referunt, quæ militibus privilegia largiuntur.

Non alius est animus, non alia mens Petri Barbosę *in L. Quia tale* 14. *Num.* 10. *ff. Solut. Matrimon.* Escoba-

rij de Puritat. 1. *Par. Quæſt.* 1. §. 3. *Num.* 23. & Valen-
6 zuelæ *Conſ.* 83. *Num.* 157. ⋆ Qui Legem in eum vſum aſſumunt, vt eliciant ex eâ parentum titulo, filios eſſe
7 præmijs afficiendos, in eoſque ⋆ producendum paternum privilegium. Bellugæ *in Specul. Princip. Rubr.* 7. *Num.* 7. Matthæi Patinij *ſuper Pragmat.* 11. *de Militib. Num.* 21. *inter Pragm. Rovit.* & ſi qui præterea ſunt.

Sic tot, tantique ſubſelij Auctores accepere Conſtantinum, vt iam quaſi prçſcriptionis iure, ſenſus iſte in legitimum invaluiſſe videatur. Apparet autem in causâ huius opinionis fuiſſe Tituli inſcriptionẽ, cuius verba: *Qui in bello moriuntur* remunerantem contextum ſperari efficiunt. Simulque *Militiæ* vocem in Le-
8 ge repertam, ⋆ quæ frequens eſſe ſolet pro quovis exercitio, munere, aut officiô, quô quivis, vel Principi, vel Reip. vel Magiſtratibus operam navat, in ijs, quæ ad publicam adminiſtrationem pertinent, *L. His Verbis* 102. §. *Alumno, ff. de Leg.* 3. *L. His quidem* 5. *C. Qui milit. poſſ.* L. *Proximos* 8. *C. de Proxim. Sacr. Scrin. L.* 2. *C. de Primic.* L. *Si Cohortalis* 12. *C. de Cohortal. L.* 1. *C. de Comit. & Archiatr.* Lib. 12. *L. Fin. C. de Offic. Mag. Offic.* B. Auguſtinus *in Cap. Militare* 5. 23. *Quæſt.* 1. *Non enim tantùm de his militantibus Scriptura loquitur, qui armatâ militiâ detinentur; ſed quiſquis militiæ ſuæ cingulo vtitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur.* Cicero *ad Attic. Lib.* 6. *Epiſt.* 2. *Grata hæc, & magna, mihique nondùm laborioſa ex illâ vetere militiâ.* Cuiacius *in L. Creditor* 52. §. *Inter venditorem, ff. de Action. Empt.* Connanus *Lib.* 4. *Iur. Civil. Cap.* 15. Pancirolus *Lib.* 1. *Variar. Cap.* 90. Menchaca *de Succeſſ. crea.* §. 30. *Num.* 202. Mendez de Caſtro *ad L. Cùm oportet* 6. *C. de Bon. quæ liber.* Pomeranus *in Nov.* 53. *Cap.* 5. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 31. *Numer.* 28. Regens Fabius Capycius Galeota *Reſponſ. Fiſcal.* 12. *Cap.* 1. *Num.* 1. Regens Paulus Staibanus Iunior *Reſol. For.* 100. *Num.* 59. Hinc ⋆ *militiæ caſus* de quô *in Nov.* 97. *de*

*mil. Æqua.Dot.§.Quia verò:*dicitur,cùm munus, Officiumve,per mortem,renunciationem,aut eventu simili,aut infortunio cecidit,& ad ius Principis vacatione devolvitur:vt inquit doctissimus Covarruvias *Libr.* 3. *Variar.Cap.* 19.*Nu.*6.cui institit Remirez *de Leg. Reg.* §.32.*Num.*18.Nec minùs rectè Iurisperitiæ Phœnix Cujacius *in Nov.*35.*&* 97.*& in L.*3. §. *Si quid minori, ff.de Minorib.& in L.Vltim.ff.de His qui not.infam.* militiæ casum interpretatur,quod propter cadentem, aut caducam factam militiam liberi, aut hæredes defuncti militis,ex placito Scholæ militantium communi, Principis beneficio,pro solatio capiebant. Nullasque
10 esse * militias ex casu primus edocuit adversus Lælium Taurellum *ad Anton. Augustin.in Opusc.de Milit. ex cas.*Fuere qui militiam pro salario desumpserint,vt Brisonius,& Calvinus *in Lexic.*&Capycius Galeota *vbi sup. Num.*3.quò significatò intellexere, *L. Lucius* 22. L.*Mortuo bove* 49.§.1.*ff.de Leg.*2.*L.Fideicommissa* 11. §.*Si servo,ff.de Leg.*3.L.*Libertis* 18.§.*Ab hæredibus,ff.de Aliment.vel Cibar.Leg.L.*3.§.*Si quid minori,ff.de Minorib.L.Omnimodò* 30 §.*Imputari,C.de Inofficios.Testam. L.Fin.C.de Pignorib.L.Restituendæ* 6. *C. de Advocat.* 2. Et fortassè Legem nostram Gregorius,Didacus Perez, & Matienzus *vbi sup.*Sed quidquid senserint * decep-
11 tos asseverem;militià enim nusquàm salaria, & commoda ex publicò percepta designantur, sed functio ipsa,ratione cuius impenduntur salaria:vt convincit Donellus *in D. L. Fin.* Itaque inscriptio tituli cum voce *Militia*,quæ sępè Iuri Officium est, proculdubiò irretivit Auctores,vt hìc censuerint ad patrium munus natum invitari.

Mihi verò communis cogitandi modus(pace tantorum virùm tuentium dixero)mentem non satiat, & eâ,quam sæpiùs indicavi,sententiâ me involvo; vt hìc
12 *Militia*,non metaphoricè, * non translatitiè, sed nati-

vâ

vâ, propriâ, & genuinâ significatione accipiatur: non patris functionem, aut munus, sed legionem, aut exercitum, aut militaris exercitij locum designet, vt *in L. quod dicitur* 38. §. 1. *ff. de Testament. Milit.* ibi: *Rursùm cinctus est in alia milia*, Livius *Lib.* 2. *Cap.* 23. *Exprobrantes suam quisque, alius alibi militiam*. Vbicunquè enim bellum geritur, militia est, a militibus dicta. Ioannes Badius Ascensius *ad illud Sallustij in Catilin. At Romani domi, militiaque intenti festinare.* In præsenti igitur ea Cõstantini verba: *In parentum militiam vocentur*, nil aliud statuent, quàm vt Officialium militarium filij cogantur in exercitum, patres tanquam Pædagogos sequantur in prælium, in eandem militandi dediti conditionem: Iuxta id, quod de militarium prognatis, alterâ ipsemet Imperator Constitutione præcepit *in L. Ad Senatum* 18. *C. Theod. de Decurionib.* vbì si militaria sacramenta vitare contenderent, ad Decurionum munera peragenda constrinxit: *Filios* (inquit) *militarium iuxta prius præceptum, aut patris militiam adsequi volumus, aut si detrectaverint militare, & triginta quinque annos impleverint, curijs mancipari.* Id ipsum aliò Constantij, & Constantis edicto cautum extat, si fortè impedimento voluntariò ad arma tractanda dicerentur inhabiles, *in L. Militarium* 32. *C. Theod. eod. Tit. Militariũ filios, qui gestandis armis idonei non esse dicũtur, curijs iam iamque tradi oportet.*

Hanc quam sequor, sententiam, videntur (aut fallor) indicare aggressi Cotereus *de Iur. & Privileg. Milit. Part.* 1. *Cap.* 3. Belluga *in Specul. Princ. Rubr.* 20. *Numer.* 5. & Galganetus *de Iur. public. Lib.* 4. *Titul.* 16. *Numer.* 67. Et sanè præterquanquod præ alterâ congruentior est, publicæ maximè vtilitati (ex infrà dicendis) & textûs ipsius naturæ, cuius verba spontè proprio significatô fluere finit, impulit me quoque volentem ad eũ sensum hæc consideratio: * Quòd in C. Theod. *Libr.* 7.
13

Ti-

Titul. 22. de Fil. Milit. leges omnes, queis nostra media reperitur, vndeque deprompta, tam ipsi anteriores, quã pedisequæ, nil aliud intendunt, nil aliud loquuntur, quàm vt veteranorum, & reliquûm militum filij ad militiam trahantur. Id vnum à fronte ad coronidem curat titulus, ne militibus geniti arma recusent. Vndè mihi persuadere videor legem nostram idem istud, nec aliquid vltrà decernere. Ego enim facilè crediderim, tot sanctionibus in eundem finem cõiurantibus, vnam in diversam penitùs mentem non abijsse.

Video adhùc malè opinionem nostram deglutiri quasi non satìs emollitam. Durescit quippe, legem illam, quæ tot tantisque viris præmiatrix est, vni mihi fore illiberalem, nullum omninò continentem privilegium. Hâc ego qualicunque privilegij petitione passus exorari, hùc illùc animum erronem egi, si fortè quicquam commenti odorarer, talem præferens favorem, vt nostræ sententiæ de vocatione ad arma cohæreret, nec tamen paternum Officium præmiô tangeret, vndè filijs militarium Officialium succurrerem, nec mihi deessem. Tandem hanc opinatiunculam venata est ingenij licentia, in novâ quadam legis expositione, iam sequenti capite favere cogendæ.



CAP. II.

Vocationi in paternam militiam quid inesse posit privilegij?

SVMMARIVM.

1. *Lex quâ ratione privilegiatrix fiat? Et N. 10. & fin.*
2. *Milit um ordines, atque discrimina. Et N. 11.*



1 MEVM ergo privilegium in eô stat, ⋆ quòd qui aliàs ad militiam vocatus, cui parens ex Officialibus non esset, infimo ordini adscriberetur; nunc quia genitorem habere contigit in officiô; in altiorem assumatur; in eum scilicèt, vbì parens munus agit, aut egerit. Me iam expedio, pauca de veteri militiâ percurrens.

Varijs constabat militijs, ordinibus, seu gradibus
2 militum Romana legio. ⋆ Primum enim erat discrimẽ inter equites, & pedites. Hi verò in duplici genere: alij gravis, alij levis armaturæ. In gravi fuere Hastati, Principes, & Triarij, In levi Velites, Ferentarij, Rorarij, Balistarij, & Funditores vnius generis milites, qui soli Tribuno, vel Duci parebant. Iungebantur legionibus, potiùs in pugnæ adminiculum, quàm in præcipuum virtutis subsidium. Vegetius *de Re milit. Libr.* 2. *Cap.* 2. Rosinus *de Antiquitat. Lib.* 10. *Cap.* 9. Cokier *in Notis Ono-*
3 *sandri Cap.* 15. ⋆ Equitibus Præfecti Decuriones, Cen-

4 turiones peditibus. * Decem turmæ, sexaginta centu-
riæ, manipuli triginta, cohortesque decem tota legio
5 est. Polybius *Lib. 2.* * Hi sunt qui ordines nuncupan-
tur *in L. Qui cum 4. §. Temporarium, & §. Non omnis, ff.*
6 *de Re milit.* * Numeri *in L. Vnic. §. Fin. ff. de Bonor. Poss.*
7 *ex Testam. Milit.* * & Militiæ *in D. L. 4. §. Qui post de-*
sertionem, ff. de Re milit. illic: *In aliam militiam nomen de-*
8 *derit*; vbi Gothofredus. * Istinc militiæ mutatio *in L. 3*
§. 1. & §. Sed qui agmen, & §. Miles, L. Milites 12. §. In-
reverens, ff. de Re milit. inter levia genus supplicij gravis-
simum, quotiès honestiorem militiam cum humiliori
miles commutaret; vt si eques ad peditem, pedes ad fun
ditorem deturbaretur. Valerius *Lib. 2. Cap. 7. Numer.*
16. Ex multis comprobant Petrus Faber *Lib. 1. Semestr.*
Cap. 12. Lipsius *de Milit. Roman. Lib. 5. Dialog. 18.* Her-
mannus Hugo *de Milit. Equestr. Libr. 5. Cap. 1. L. Non*
omnes 5. §. 1. ff. de Re milit. ibi: *Qui in pace deseruit, eques*
gradu pellendus est, pedes militiam mutat. Et id quidem est
militari gradu deijci *in L. Desertorem 3. §. Qui stationis:*
pelli *§. Si plures, ff. de Re milit.* in deteriorem militiam
dari, *L. Qui cum 4. §. Qui filium, L. Milites 13. §. Fin. ff.*
eod. L. Milites 12. in Fin. ff. de Custod. & Exhibit. Reor.
9 * Aliquid tamen intererat, inter deiectionē à gradu, &
mutationem militiæ; illa nanque equestris pœna, hæc
verò pedestris. Latè Salmuthius *in Not. ad Memorab.*
Pancirol. Tit. de Moribus in bell. vsurp. ad illud Equitum
peditum, Cotereus *de Iur. & Privileg. milit. Lib. 43. Cap.*
15. & seqq.

His præmissis nec ineptè, nec insubtilitèr dici pos-
10 set, * decernere Constantinum, vt filius cumprimùm
arma subit, in eam militum classem recipiatur, in ean-
demque aciei partem, vbi parens cum imperio meruc-
rit; vt si turmam texerit, filius in eadem equitet; si cen-
turiam ducat, Hastatorum, Principum, aut Triariùm,
eiusdem centuriæ filius Hastatus, Princeps, aut Tria-

rius

rius armetur. Qui non contemnendus favor erat: *mul
11 tùm enim interfuit, in hâc, vel illà centurià Marti ser-
vires. Polybius *Lib.6.* vbì militum ordines discriminat;
in Velites seliguntur, ait, primę ætatis, fortunæque te-
nuioris ephœbi; his proximi in Hastatos; in Principes
ætate, ac robore præstantiores; natu maximi in Tria-
rios. Salmasius *ad Vopisc. in Quadrag. Tyrann. Pag.* 247.
Vers. 11. Variabatur tamen pro modô facultatum, &
meritorum; vt ait Lipsius *de Milit. Roman. Libr.* 2. *Dia-
log.* 1.

Horum * militum Ductores, secundum militum or
12 dines, honestiores etiam erant: ita vt dignior esset, qui
13 Triarijs, * vt qui potioribus *Novel.* 15. *de Defens. Civit.*
§. *Nos igitur in Fin. vbi* Accursius. Notat Gloss. *in Cap.
Statutum* 11. *in Princ. de Rescript. Lib.* 6. Federicus Scotus
Lib. 6. *Respons.* 28. *Num.* 87. *Tom.* 1. quàm qui Principi-
bus, præerat. * Sed in eodem etiam ordine, seu mani-
14 pulo, alij alijs præminebant, quod electione discerne-
batur, priorique electo, qui alteri ideò præcedebat, dex
tra centuria suberat, & pòst electis similitèr reliquæ
Polybius *Lib.* 6. firmat, & illustrat exemplis. Lipsius *de
Milit. Roman. Libr.* 2. *Dialog.* 8. * Atque id ipsum inter
15 Decuriones observatum prodit *eod. Lib. Dial.* 10. * Ea-
16 est Iuris regula, vt inter dignitate non inæquales, à pro
motionis tempore prælatio consideretur, *Cap.* 1. *de Ma
ior. & Obed. L.* 1. *de Alb. scrib. L.* 1. *C. de Offic. Præf. Præt.
Lib.* 12. Gama *Decis.* 1. *Num.* 13. Langlæus *Lib.* 7. *Seme
str. Cap.* 7. *in Fin. cum Cap. seq.*

Cohortibus etiam hęc inerat diversitatis ratio. *In
17 primos manipulos, præstãtissimi seligebãtur, qui primã
cohortẽ cõstituerẽt; post eos, qui secũdã, & sic vsque ad
decimã, deorsùm euntibus gradibus, ad virtutis, & me
ritorum descensum. * Eadem gradatio cohortibus Tri
18 bunos præficiebat. Vegetius *de Re milit. Lib.* 2. *Cap.* 6.
Pancirolus *in Notit. Orient. Cap.* 36. Paulus Manutius

ad Ciceron. Lib. 5. Ad Attic. Epiſt. 20. Iſtinc * ne Princi-
19 pis iniuſſu, ea militibus gratia reddatur, vt de minori-
bus numeris invehantur ad maiores, ob rationem à
Clapmario allatam *de Arcanis Rerump. Libr. 3. Cap. 6.*
cautum eſt *in L. Contra publicam 14. C. de Re milit. Libr.
12.* Cuiacius *ad Titul. ff. de Bonor. Poſſeſſ. ex teſtam. milit.*
Pancirolus *in Theſaur. Variar. Lection. Libr. 1. Cap. 74.*
Hoc eſt de ordinibus ad ordines, de cohortibus ad co-
hortes, de militiâ ad militiã. Quô ſignificatô inter alia
numeri gaudent. Revardus *Libr. 4. Var. Cap. 8.* Schom-
bornerus *Polit. Lib. 6. Cap. 14.*

20 Iam ex dictis conſequitur, * abſque vllâ Officij pa
trij mentione, legi noſtræ aliquid eſſe vndè liberalis
ſit, nimirùm, ex altioribus numeris, aut militiâ filijs in
dulgendâ: quandoquidèm in hâc re alios alijs præcelle
re meritis emebatur. Nec inficiandum eſt ſiquidem
Præfecti (exempli gratiâ) Triarij filio eundum eſt in ar
ma, indultum obtinere non exiguum, quòd in ordine
omnium nobiliſsimo cœperit aſſueſcere Marti: idque
in gratiam parentis. Nec minùs perſpicuum eſt, maxi-
mis patêre commodis, quòd iuvenum quiſque ad pa-
tris conſpectum armorum ponat incunabula, vt iam
non ſolùm in optimum filium, ſed in optimum militẽ
informetur; vt in poſterùm vigilantiori diſciplinâ cha-
riorique pugnacior evadat. Quòd ſi abſit vacatione ge-
nitor, in eũ ordinẽ collocari, vndè eius fiat memor: prę
mijque non ibi manſuri calcar, rationeſque allatæ
ſuperiùs *in Rubric. Cap. 1. Numer. 21.* idem ferè opera-
buntur.

Scio noſtram interpretationem pleriſque malè ac-
cipiendam, vt liberam, vt divinatoriam. Nec mirer re-
probantem: ego ipſe vndè acrior eſſet in illam, poſſem
ſuggerere: quæ taceo, quæ devoro. Tanti eſt, vel id opi
namenti primum dixiſſe. Quid facerem? Novitas blan
dita eſt argutię colore. Quod ego ſeriò ſenſerim, & pro

tuli,& proferam. Caput hoc secundum vrbanitati (vt sic loquar) datum esto, & virorum auctoritati, qui tôt in Lege nostrâ privilegium agnoscunt; & benignitati prætereà in Officialium liberos, ne rigidum interpretem sibi querantur obtigisse, qui tantillum indultum, & præcipuæ nostræ sententiæ non incommodum, denegarim. Hoc asseruero confidentèr, quòd vtrâque interpretatione pensatâ, hâc scilicet, & quæ officiô præmiatur, vt minus pessima nostra placet: bonaque fides, & impunitas, quâ erraverat illa, me fecit audacem. Sed tamen cum nec eius falsitas noceat, nec prosit vèritas, quam non paginâ, vt tentaveram, mente saltèm obliteratam, hic desero. In eôque deinceps persistam duntaxàt, quòd lex non ad munus, sed ad arma, militũ filios iubet adduci.



CAP. III.

Imperatorem Officio paterno munerari reijcitur.

SVMMARIVM.

1. *Si Lex officium confert, non vt præmium.*
2. *Cohortales cum natis, officijs addicti.*
3. *Et Tabularij.*
4. *Decuriones.*
5. *Horum munus invisum.*
6. *Duos in solidum idem officium non capit.*
7. *Defunctorum, quàm viventium habenda ratio.*
8. *Ius defunctis favet præ vivis.*
9. *Ad mortẽ vsq; Reip. dicati, plus filijs merentur, quàm superstites.*


VAM totiès meminimus, nobis ingratam textùs expositionem, de officiò paterno munificam, iam apertò marte cruciabimus. Primùm: Do ad officium vocari: *sed
1 vt ad præmium non assentior. Quia si de necessarijs, seu conditionalibus Apparitoribus Constantinus accipiatur (vt vel apertè docuerunt, vel insinuarunt omnes, qui hucusquè de quibusnam titulus intelligendus esset, aggressi sunt explicare. Quos *in Rubric. Cap.2. Num.42. & 51.* videris) liquidò liquet officia illa, non in beneficij locô, sed in laboris, ac muneris, non temerè, nisi libertis suis Romanos detulisse, quibus illi quidem, non multò secùs, ac servis imperabant (vt Ciceronianæ *Epistol. 1. ad Q. Fratr.* verbis loquar) quibus vt parentes, itidèm filij, minimè valebant subduci. Pessimè igitur ex Lege nostrâ trahetur argumentum, vt in præmium conferantur paternæ militiæ, eæ videlicet, queis liberari præmium erat amplissimum, nec nisi Primipili munere peracto vnquàm concessum. Aliàs enim rogo, qui ad natos patrio munerandos officiò in hâc Lege iecistis fundamentum, cur nō & alias plures in testes adduxeritis, quæ ad paternum officium coërcent, ad aliud quodvis iter obtrudunt? Talis profectò est, *L. Si Cohortalis 12. C. de Cohortalibus, Lib. 12.* Pancirolo adducta, vt nostræ congrua, * præ-
2 cavens, ne Cohortalis Apparitor, ad vllam aliam transmigret miliam, eorumque liberi in eâdem conditione perseverent, quousque Primipilatū absolverint. *L. Solita 3. L. Ordinariorum 7. C. eod. Tit.*

In eundem vsum potuit vsurpari, *L. 1. C. de Tabular. Libr. 10.* (quam Accursius, Rebuffus, & Lucas de Penna advehunt, vt nostræ conformem) vndè constat * Tabularios, Scribas, Logographos, & Censuales, sic
3 fuisse conditioni, vel officio catenatos, vt aliò mune-

ris

ris nullatenùs liceret subterfugere. Quarè servos conditionales nuncupat, *L. Defensionis facultas 7. C. de Iur. Fisc. vbi* Cuiacius.

4 Nati etiam Decurionibus, * Decurionem agere tenebantur: non diversam erat sectari militiam; extra municipium alius muneris penitùs incapaces; si renitentur, vel inviti ad officium compellendi; *L. Privilegio 27. L. In filijs 35. L. Si quis Decurio. 55. L. Neque 61. cum alijs, C. de Decurion. L. Praescriptionem 5. C. de Praescript. 30.* Casſiodorus *Lib. 2. Epistol. 18. Priscarum legum reverenda dictat auctoritas, vt nascendo Curialis nullo modo posſit ab originis suae munijs discrepare, nec in aliud Reip. officium trahi qui tali praeventus fuerit sorte nascendi.* Saepè opus fuit eis manū inijcere, incasſùm reluctantibus; *

5 quippe ad munus rapiebantur oppidò invisum, vti oneribus, & sumptibus grave, vt ostendunt Eduardus Caldera *Variar. Lection. Lib. 4. Cap. 3. Num. 26.* & Amaya *in Rubr. C. de Decurionib.* Eò compeditis nulla magis anxia cura, quàm ferrea vincula decipere. Hic valetudinem causari, ille militiam, alius aetatem praetexere, sexcentis fraudibus obligationem frustraturi. Quorum artes vndequaquè disperse per vtriusque Iustin. & Theod. *C. Tit. de Decurionib.* Alij tandem gravamini impares terga dabant, patriam deserentes, *L. Ex omnibus 31. & 41. C. eod.* Illoque odij ventum est adversus inevitabilem conditionem, vt connubijs abstinuerint, ne prolem pertinaci servitute damnarēt, in ipsā ortùs innocentiā, *Auth. de Decur. in Princ.*

Si ferendùm igitur non esset, vt absonum omninò id asserere, quòd in praedictis Iuribus, in praemium filio conceditur paternum officium; in eisdemque debitum eius remunerationis fundare: absonum similiter erit, & perquàm absonum id efficere in Lege nostrā, quae quidem eiusdem penitùs est cum illis coloris, penitusque consonā. Quarè ab Adversarijs scire vellem, cur

hanc potiùs quàm illas suæ sententiæ sedem fecerint? Cur cæteris posthabitis (quas Auctores diligentissimè, Imperatorem explorantes, nostræ concordem attulere) hæc potissima in tantæ sententiæ caput selecta est? *Ægrè* faxo rationem reddiderint. Ego saltem eam divinari non ausim. Quarè si nostram ad præmia referunt, & alias referant, necessum est. Sinminùs, manifestò deducitur, nullâ id aliâ de causâ recusari, nisi quia illę omnes ad sequendam paternam conditionem vrgentes, nil minùs, quām de præmiô cogitant. Stet itaque sicut nec illas quivis remuneratrices sõniavit, quia onus iniūgunt, nec nostram cõstitutionem ad pręmiãdũm trahendam invitam.

Deindè (vt iam non *oneri* insistam, sed *officio*) quô pacto valeret Constantinus in paternum officium natum inducere? Nam vt ex eiusdem ore inferri clarum est, agit etiam de officiali adhùc obnoxio sacramento: *Sive eorũdẽ parentes adhùc sacramẽto tenentur:* Ergo de patre munus adhùc gerente: Ergo non vocatur ad id filius, quod pater tunc occupat: Quî *enim eidẽ muneri
6 vterque dominetur?

Vno credis equo posse sedere duos?

Et vt in simili prosequitur Martialis *Lib.5.Epigr.39.* ij suggillari possent, vt de quibus ille:

Vnus cum sitis, duo Calliodore sedetis,
Surge; solœcismum Calliodore facis.

Certè à duobus idem in solidum teneri, in Iure solœcismus est. *L. Si vt certo 5. §. Si duobus, ff. Commod. Duorum* (inquit) *in solidum dominium, vel possessionem esse non posse, L. Possideri 3. §. Ex contrario, ff. de Acquirend. Poss.* ibi: *Ex contrariò plures eandem rem in solidum posidere non possunt. Contra naturam quippe est, vt cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris, L. Mævius 66. §. Duorum, ff. de Leg. 2. L. de Hæreditate 19. §. Pater, ff. de*

Castrens. Pecul. L. Quod contra 141. *ff. de Regul. Iur.* Gratianus *Discept. For. Lib.* 5. *Cap.* 900. *Numer.* 18. Pinelus *in L.* 2. *Part.* 3. *Num.* 10. *C. de Bon. Mat.* Pancirolus *in Thes. Variar. Lect. Lib.* 2. *Cap.* 47. Hopperus *de Ver. Iurispr. Libr.* 11. *Titul.* 8. Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 10. *Num.* 423. Valenzuela *Consil.* 76. *Num.* 30. & *Cons.* 190. *Num.* 27. Solorzanus *de Indiar. Gubernat. Libr.* 2. *Cap.* 9. *Num.* 3. Vndè promes hic filium non vocari ad munus illud in cuius possessione pater adhùc consistit.

Adde; etiamsi dissimulemus conditionis molestiam, & non vacans officium, aliâ viâ communis sententia in absurdo periclitatur. Ex eâ nanque fieret, quod filij superstitibus parentibus potioris essent conditionis, quàm defunctis. Quod sequi planum est. Nam viventium munera quæcunque filius statìm adiret: *Quoruncunque officiorum geniti sunt, in parentum militiam vocentur.* Demortuò verò patre non erat vltra Biarchiæ gradum attollendus; sic enim præscribitur, *L.* 3. *huius Tit. Quòd si parens altiorem obtinuerit, filius eius fiat tantummodo Biarchus.* Plus ergo in filios mererentur honoris, inhumanis agentes, quàm pro patriâ devoti. Quod neutiquàm tulerit Demosthenes, qui in Epistolâ, quam Athenas ad Senatum rescripsit, defendendos suadens Lycurgi filios, à criminibus, quæ defuncto objiciebantur, ait: * *Decere, vt defunctorum potiùs, quàm viventium ratio habeatur.* Hùc pertinet Aristotelis problema 9. *Section.* 3. vbì æquius asserit functis opitulari, quàm vivis. *Cur* (inquit) *iustius habitum hominibus vitâ defunctis opem ferre, quàm vivis? An quia vivi præsidio esse possunt, illi defuncti, nil præterea possunt?* Hæc consideratio valuit apud Iuris latores, vt mirum in modum mortuos viventibus antetulerint, plura in illos indulta congerendo, quorum isti expertes viverent. Ea legit elegantèr Franciscus de Petris *Consf.* 49. *à Num.* 8. Certè * qui in bel-

7 (margin, beside "turæ; ait")
8 (margin, beside "functi, nil præterea")
9 (margin, beside "ciscus de Petris")

lò perit, præ alijs illud saltem filio meretur, quòd perierit: *Quapropter non tantùm ob res ab eò vivente gestas filio eius favere debetis, sed etiam propter obitum.* Vt ad rem cōcinnissimè Demosthenes *Orat. in Leptin.*




CAP. IV.

Idem impugnatur ab absurdo; si lex aptitudine non petita, ad quævis officia paterna vocaret.

SVMMARIVM.

1. *Imperatorem temerè cōtinuasse munia paterna inverisimile est.*
2. *Quam Reip. noxius honor immaturus?*
3. *Inscitia in Magistratu crimen.*
4. *In Advocato.*
5. *Medico.*
6. *Et in quolibet sui muneris ignaro.*
7. *Præcox honor in promoti ruinam.*
8. *Adimitur dum confertur.*
9. *Pomis in acerbitate dedecerptis comparatur.*
10. *In munijs à facilioribus incipiendum.*
11. *Festinare ad summa plures subvertit.*
12. *Infima sufficiunt promeriti filio cœpturo.*
13. *Hæc etiam inepto deneganda.*
14. *Præformatus dignitati deligendus.*
15. *Eam ex libidine erogari perniciosum.*
16. *Conferens bis peccat.*
17. *Inde commendatio repulso, odium admisso.*
18. *Trebatius I. C. nec honorarium militū Tribunatum admisit.*
19. *Sua quisque professionis munera obeat.*
20. *Dux à milite formandus.*


DDVCTIS superiori capite argumentis quid nocere possit non video: quæ ideò desero, satis se ipsis in tuto posita: ad quartumque venio, quod iam me totum habebit, dum rem ad vivum reseco, dum quas suspicor reddendas solutiones, enubilo. Quòd si ratio ex igneo examine, vividior, vt spero, evadat, adamantina est.

Quanvis igitur altiores radices egisset sententia vulgaris, eam tamen conarer evellere, propter noxios effectus, quos parere timenda est, non levia Reip. nocumenta, dum indiscretè vocat ad paternum officium, vel eos, qui nondùm constat, an belli posuerint tyrocinium? Non enim * credibile est, sic temerè cum militaribus officijs se gerat Imperator, vt confusà, & coacervatà largitione quoscumque officialium liberos in quibuscumque parentum officijs constituat. Perbellè quidem disposuissent Iura, vt vel iuveni qui adhùc matrē redolet, qui nullas pugnas, nisi pugnis novit; qui solos mente gerit patrios Lares, & Martem solùm audivit à Poëtis, bella credantur; militem regère, hostem fraude, vel doctà vi circunvenire. * Hoc quid esset nisi cuncta turbare, miscere, invertere, & politicam artem in novum chaos dissolvere? Esset sanè (vt ait Ioannes Salisberius *in Policratic. de Curial. Nug. Lib. 5. Cap. 7.*) Reip. vitam subvertere, cui quod ab importuno cibò corpori, hoc à præposterà dignitate nocumentum afferri testatur Canonherius *in Aphorism. Hippocr. Libr. 2. Aphorism. 38. Tom. 1.* Scis quid agat inconsultus honor immaturo rectori? Eum reddere communis noxæ reum. * Inscitia enim pro crimine habetur in Magistratu, *L. Fin. ff. de Var. & Extraord. cogn.* Ærodius *Rer. Iudicat. Lib. 2. Titul. 9. Cap. 29.* Ioannes Capistranus *in Specul. Conscient. Capit. Vlt. Num. 63.* Pacius Scala *de Cons. Sapient.*

(Marginal numbers: 1 at "nium? Non enim *"; 2 at "vel doctà vi … * Hoc"; 3 at "* Inscitia".)

pient. Lib.4. Cap.25. & seqq. Pichardus ad Titul. Instit. de Obligat. quæ ex quasi delict. nascunt. §. Si filius famil. Num. 10. Besoldus in Discurs. Polit. Dissert. 3. de Magistrat. & Censor. Cap. 1. Num. 3. Canonherius in Aphorism. Hippocrat: Lib. Aphor. & Tom. 1. Pagin. 491. ★ Vt in Advo-
4 cato, vel Assessore L. 2. Quod quisq. Iur. Franciscus Mar
5 cus Decis. 647. Tom. 1. ★ In Medico L. Quà actione 7. §. Vltim. ff. Ad L. Aquil. L. Illicitas 6. §. Sicuti, ff. de Offic. Præs. §. Vltim. Inst. ad L. Aquil. L. 9. Tit. 15. Partit. 7. Rainaldus Corsus Indag. Iur. Libr. 1. Capit. 24. Plaza in Epitom. Delictor. Lib. 1. Cap. 26. Num. 4. Besoldus in Cõsiderat. Polit. Vit. & Mort. Lib. 2. Cap. 1. Num. 3. Franciscus de Petris Cons. 1. Num. 33. Savarus ad Sidon. Lib.
6 2. Epist. 12. ★ Et in quocunque circa artem, seu exercitium, quod profitetur, imperitè versatur, seu terminos suos egreditur, L. 1. §. Hæc actio, ff. Si mens. fals. mod. dixer. L. Si quis fundum 10. §. Celsus, L. Item quæritur 13. §. Si gemma, ff. Locat. L. Si servus 27. §. Si calicem, & §. Si ex plaustro, & Fin. L. Idem iuris 8. §. Mulionem, ff. Ad L. Aquil. Petrus Gregorius Libr. 18. Syntagmat. Capit. 25. Num. 6. Petrus Velleius Guevara ad L. 1. Digestor. Lib. 5. & ad D. L. Illicitas, §. Sicuti, Belluga in Specul. Princip. Rubric. 35. Num. 25, Maynerius in L. Culpa est 35. ff. de Regul. Iur. Carrança de Part. Cap. 16. §. Vnic. Num. 37. cum seqq. & Suarius de Mẽdoça ad L. Aquil. Lib. 3. Cap. 6. Sect. 2. per tot.

Si muneris ergo ignorantia delinquentes facit, ★
7 quid præproperus honor nisi ruinam filio præmaturet? Cap. Fin. 48. Dist. Quò terapit Æscopica testudo Regij alitis vnguis? O quam non te decet volatus! rues vtique rues. & malè relictam humum malè repetes collidenda. Dulce dicitur bellum inexpertis, dulcius ipsis erit bellum moderari; sed plura sunt dulcissima toxica. Corrumpitur beneficium præproperâ collatione: idemque munus quod olim filium ornaret, nunc opprimit.

Id enim est teneræ ætatis ingenium, vt si tunc gravem sarcinam imposueris, nil ampliùs adolescat, sed in suâ
8 brevitate occaleat. * Vndè tunc verè honos adimitur, cùm meritis viridibus præstatur. Imò in posterùm etiam omnes adimit honores Princeps ei, cui provinciam fidit intempestè, se malè probaturo, & ad cætera reddendo incapaci. Iuvat inserere Curtij locum *Lib.* 8. *Cap.* 22. vbì Cleonis adulationem Numen ingerentis Alexandro, Callistenes Philosophus sic inhibet: *Ego tibi pro illò respondeo, nullum esse eundem, & diuturnum, & præcoquem fructum; cælestesque honores non dare te Regi, sed auferre.* Aptissimè rem expressit, dum *præcoquem fructum* dixit: * Vt etenim poma si fortè in acerbitate decer
9 pas, priùs ad putredinem perveniunt, quàm ad frugem; imò ad hanc nunquàm, quia rectà it ad vermem immaturitas. Sic tu Cleo, qui Alexandrum, antequàm moriendo maturescat, in Indigetem consecras, Divinitatē corrupisti, & qui eà non præversus in Deum desineret, iam illà perversus in putrem morietur sarcophagon.

10 Quantò satiùs, * quantò consultiùs viridanti iuveni, sui stomachi præmia conferrentur? vt in frondium venulis, non in humanis assuescat mucroni? vt si quid aberret in munere, leviori iacturâ, in futurum erudiatur? præmia illi, præmia donentur, quæ concoquat: pedibus non pennis, eundnm est ad officia; ne illas sua cerà deficiente in sublimi, pernicius illò volatu, sit hoc in Icarias vndas iuvenile præcipicium. Hæ nanque subitæ prælationes, multam vertiginem faciunt capiti recenti, & siqua est adolescēti iudicij vis, & mentis vsus, nova pōpæ caligo abradit. *Honor enim maximus* (ait Osorius *de Reg. Instit. Lib.* 8.) *& repentinus mentem, atque sensum eripit omnibus, qui firmâ stirpe virtutis innixi minimè sunt.* Indè Iulianus *in L. Magistros 7. C. de Professor. & Med.* præmonet: *Non repentè, nec temerè prosiliat ad*

hoc munus. Multa Melchior Iunius *Quæst. Polit. Part.* 1. *Quæst.* 10. Mastrillus *de Magistrat. Libr.* 1. *Cap.* 23. *Numer.* 43. Fr. Ioannes de S. Mariâ *in Republic. Christ. Cap.*
11 2. *Pag.* 17. Hìnc * plures festinandi cupìdo perdidit, qui si iustis itineribus processissent, sibi & Reip. longè floruissent proculdubiò; sed malùm, dum viarum compendia sectantur, ad interitum invenere compendium. Velocitas in prærupto præcipitium quærit. Haud minùs periculosum est absque initijs exordiri, quàm â recto exordio ad summa subire derepentè. Quid Brutidio acciderit hâc doctrinâ non vso, audi Tacitum *Annal. Lib.* 3. *Cap.* 66. *Brutidium artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio extimulabat; dum æquales, dein superiores, postremò suasmet ipse spes anteire parat. Quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis, quæ tarda, cum securitate, præmatura, vel cum exitio præproperant*. Quò non pauca Gruterus de omnis historiæ supellectile adglomerat.

Quandò in præsenti Auctores plurimũ in filijs voluissent dare parentibus, * satis erat illos accire, ad in-
12 feriores dignitatum gradus, vt indè ad paternos præstantiores; proprijs manuducentibus meritis pervenirent. Quod foret e Legis tertiæ dictamine, quæ illis verbis: *Quòd si parens altiorem obtinuerit, filius eius fiat tantummodò Biarchus*, id sibi proposuit, ne paternum munus nato fieret extemporale, sed scalam â primô gradu metiretur, quam parens emensus est, vt altioris fortunæ iaciat fundamina, quæ profectò, nisi in infimo, nisi solo in ipso stare negant; ne a liàs à vertice turrim incipiat, vt deorsùm volvi necessum sit; ne aliàs in dolio, (quod aiunt) figulinã discat: Plato *in Lachete. Cõsiderare oportet, ne hoc periculum nobis fiat, non in Care, sed in filijs simùl, atque amicorum liberis, ac planè cõtingat quod proverbio dicitur: In dolio figulina.*

13 Neque primos honorum gradus * filijs impertien

dos velim, nisi meritis, nam vt summis viris summa ge renda sunt, sua etiam necessitas vrget ad inferiora tractanda dignos idoneosque adscribi. Melchior ab Ossa *de Principat. pac. belliq. temp. salubrit. admin. Capit.* 8. Quòd si Lex tertia filium protinùs efficit Biarchum, illud procedit (vt præfabar) quia per primam in armis positum, & iam expertum dignum Biarchiâ iudicat; alioquìn nec hòc munere onerasset desuetam iuventutem. Nulla est ars cui præsudandum non sit. Natura ipsa priusquàm opera edat, obliterat plura: In luce ambiguâ præludit diei; crocodilum exorditur ab ovo, hominem à rudi massa, & vel informem vrsum triduò lambit. In publicum dandis debetur versibus lima decennis. Quanta debebitur arti profundissimæ, nempè hominem moderari? Oportet igitur dignitatem obitu rum, qualis in eâ futurus sit, specimen dedisse. * Opor-
14 tet ad illam præformari, id est virtute, & documentis, illius formam præferre, vt ingeniosâ gravitate Senatui Romano scripsit Theodoricus in Cassiodoro *Libr.* 1. *Epistol.* 4. *Hos viros nostra perscrutatur intentio, in quibus velut figuratis honorum vultibus, clementia vestra serenitatis inspicitur.* Multa Chokier *in Thes. Aphor. Polit. Libr.* 3. *Cap.* 1. Fr. Ioannes de S. Mariâ *in Republ. Christian. Cap.* 12. *Pagin.* 144. *& Cap.* 24. *per tot.* Et aliorum mode ramine, sui moderatione clarus apud Iesuadas Reveren dissimus P. Ioannes Antonius Velazquius, doctissimâ amœnitate, disertâ memoriâ, hilarique eruditione solennis *de Optim. Princ. Lib.* 4. *Adnot.* 13. *Libr.* 5. *Adnot.* 4. Scipio Rovitus *Sup. Pragmat.* 1. *de Officialib. à Num.* 15. Remirez *de Leg. Reg.* §. 16. *Num.* 31. Paulus Staibanus Iunior *Resolut. For.* 100. *à Numer.* 251. Acacius de Ripoll *in Tract. de Regalib. Cap.* 35. *ex Num.* 16. & alij sexcenti.

15 Alioquì * vtì nil Reip. conducibilius, ac munium splendori, & ipsius Principis, quàm si sua quenque me-

reatur Provincia, suo quisque æquetur honore, ita nil perniciosius, nec ad munerum contemptum aptius, quam si ad ea ducat temeritas, aut libido. *Peccat sce-
16 lus duplex elector, & adversus meritos, queis adimit, & pro immeritis, in quos decora transfert. Menchaca *Controverſ. Illuſtr. Lib.* 1. *Cap.* 43. *Num.* 16. *Et sanè quē
17 indonat, illum, & indè commendat; cuique favisse cogi tat, illi invidiam conflavit, & odium: *Illi*(ait Tacitus 3. *Ann. Cap. Fin.*) *quòd Præturam intra ſtetit, commēdatio ex iniuriâ: huic quòd Conſulatum adeptus eſt, odium ex invidiâ oriebatur.*

Demus Principem nato obſtrictum ob gesta parentis, ideò nunquid huius officium impendere obæratus erit omninò? Procul absit temeraria huius donatio, illius præsumptio. Non est è novitatis ingenio peritum bellandi munus. Et quantacunque aliundè geras dignitatis nomina, si hæc tamen tuæ decoctionis non est, non tuis artibus apta, eam demeruisti. Anne hùc respicit illud *Æneid.* 3. *Verſ.* 118.? Cùm sacris operatus Æneas

——— Meritos aris mactavit honores
Taurum Neptuno, Taurum tibi pulcher Apollo
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Vbi *meritos honores* expendit Servius: *Vnicuique aptos.* Quasi nec sua vndosa potentia primum, nec alterum primus fulgor, dignos honore præstitissent, sed cuique specialis illa cum munere concordia. Quòd si victimas miscuisset Æneas, immerita dona dijs proculdubiò re
18 pēderet. Percalluerat id sanè *Trebatius Iuris pater op timus, de quò *in L.* 2. *§. Fuit eodem tempore, ff. de Origin. Iur. & in §.* 1. *Inſt. de Codicil.* Cui cùm Iulius Cæsar militarem Tribunatum deferret, vacantem tamen à bellico pulvere, sciens Iurisprudentiæ militiam inermem esse; ille tamen recusavit honorem, eligens trita togæ

con-

consilia, quàm bellicis munijs, vel nomine nudò coniungi. Vt constat ex Ciceronis *Lib.7. Epist.8.* Qui & si factum mirari se dixerit, fortè non damnarit. At Trebatius sapuit profectò; cui & curis solutus honos displicuit, quòd alienus esset; non ignarus * alitèr Reip. corpus non valere, nisi cùm singula membra suis quodque locis concinnantur, in quô nullum osium præter dolorem locô dimovetur. Quę officiorum symmetria publicam felicitatem conformat. Nec mutuam opem Reip. artus ferre valent, nisi quâ suo quisque muneri totus impenditur. Noverat enim ille, eos ad publica destinãdos, dequorum regimine habita documenta non sinãt dubitari: *Per quos geri Resp. posit. Militares habere suas administrationes, habere literatos; & ideò vnumquenque agere debere quod nosset.* Verba sunt Seueri apud Lampridium. Quòd discrimen observavit, & velut, felicitatis thesaurum filijs testamẽto reliquit Mathathias senex optimus. Machab. 1. *Cap. 2. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir consilij est, ipsum audite, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuventute sua sit vobis Princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.* Vndè Iustinianus *in L Consulta 23. C. de Testam. Absurdum esse,* (ait) *si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alijs creditum alius subtrahat. L.7. C. de Execut. & Exact. Tribut. Lib. 12. L. Stigmata 3. C. de Fabricens,* Lib. 11. *Cap. Singula 89. Dist.* Valenzuela *Cons. 121. Num. 88. & de Stat. ac Bell. ration. serv. sub Introduct. Part. 2. Num. 11.* Clapmarius *de Arcan. Rerump. Lib. 6. Cap. 21.*

19

Ex quibus omnibus (ne in politicis elementis commorer) elicitur perspicuè, contra civilis prudentię normam, militiæ rectam rationem, & publicam vtilitatem sensisse, qui Legem affirmant, quodcunque paternum officium, quantũcunque illud sit, officialium militarium liberis concedere, quin aliud omninò poscat pręter sortem nascendi. Et ex adversò clarescit quàm

opportunior, hæc nobis elaborata ſentẽtia, vt filij ferã tur in paterna caſtra. Quod & moris fuiſſe apud Romanos Plinius ſcribit *Lib.8.Epiſtol.* 14. *Vt imperare parendo, Duces agere, dum ſequuntur, aſſueſcerẽt.* Vt præclaras quaſque militię dotes comparent: obſequio temporario in imperando dulcedinem; inediâ in leonina ieiunia ferociam: vigiliâ & pro ſuis, & in hoſtes vigilantiã: algore ſpiritũ in temeritatem flagrantium ad ſeriam audaciam refrigerium: ęſtu ad igneum conflictum fervorem: vſu denique prudentiam erudiatur, conſilium, nocendi, & tuendi artes, vniverſamque armatæ Palladis literaturam: ad quam vtique perdiſcendam nulla ipſis armis pagina doctior, nullus tempore aptior magiſter. Nemo imperare novit, niſi qui novit obedire. ★
20 Ab ſtrenuo milite optimum Imperatorem informat Cicero *Orat. pro Leg. Manil.* Exprobat contrarium Zoſimus Papa relatus *in Cap.2.59.Diſt.* Graduum militarium normam ſic ex nauticâ transferebat D. Gregorius Nazianzenus *Oration.20. Nauticam legem laudo, quæ Gubernatori futuro primùm remos tradit, deindè ad proram eum collocat; ſicque prioribus muneribus ipſi commiſsis, tandèm poſt diuturnam navigationem, ac ventorum obſervationem, ad gubernacula conſtituit. Eadem militaris eſt ratio, miles primùm, deindè Centurio, tùm Imperator. Hic optimus ordo eſt; iiſque, qui ſubſunt, in primis cõducibilis.* Plura conferunt Cępola *de Imperat. Milit. delig. Cap.2.7.& 8.* Actius *de Lud. Schacchor. Quæſt.5. Num.51.* Beſoldus *de Art. Iureq. bell. Cap.2. Num.8.* P. Menochius *Inſt. Polit. ex Sacr. Script. Lib.3. Cap.11. Num.4.* Fr. Ioannes de S. Mariâ *in Republ. Chriſtian. Cap.12. Pagin.144.* Marquez *en el Govern. Chriſt. Lib.1. Cap.9.*

CAP. V.

An ad provinciam filio deferendam paternæ imitationis sufficiat spes?

SVMMARIVM.

1. *Paternarum virtutum speranda imitatio.*
2. *Filium non munerari, ne fortè degeneret, incivile.*
3. *Quin ab eó maiora expectanda.*
4. *Augustus pretio illexit Hortalum ad sobolem propagandam.*
5. *E Rep. est promeritis superesse liberos.*
6. *Indè maturantur nobilium nuptiæ.*
7. *Nobilibus pupillis Tribunatus commissus.*
8. *Minoribus Decurionatus.*
9. *Spe ab stirpe multi ad dignitates evecti.*
10. *Samuelis filij ad Iudicaturam.*
11. *Arretinus ad Præfecturam Prætorij.*
12. *Ad Proconsulatum Vitellius.*
13. *Venantius ad Comitivam Domesticorum.*
14. *Ad Consulatũ Paulinus.*
15. *Ad Patriciatum Importunus.*
16. *Filij si propter metum plectuntur, munerentur ob spem.*
17. *Aliud argumentum ex L. 3. nostr. Titul.*
18. *Ob parentum merita Reip. admovendi, vel indignissimi.*



RSIMVS capite præcedenti adverſus vulgarem opinionem inveriſimile omninò eſſe, quòd Imperator, ſi in paterna munia filium ſubrogaret, aptitudinem non depoſceret; illamque conditionem præteriret: Dummodò dignus inveniatur. Haud credibile namque fore, tam tumultuariè officiorum quæcunque donari, vt prodigæ temeritati dignitas videatur deberi, non iudicij munus, ſed congiarij largitio.

Sed huic rationi obviàm ibis cum Carolo Scribanio *Lib.* 1. *Polit. Cap.* 28. reſpondens: Ideò Conſtantinum de aptitudine non meminiſſe; quia ſperavit filios non indignos fore, & in paternas virtutes ſucceſſuris munera meritò diſpenſari. Quæ ſolutio, quia non contemnenda viſa eſt, idcircò rem dignè diſceptandam curabo, & quod ad hoc caput attinet, aliqua retexam, quæ huic ſpei maximè opitulentur, mòx in ſequenti comodiùs in eadem rebellaturus.

Siqua eſt ergo naturæ lex, quâ alteri alterum ſimi-
1 le eſſe iubeat, * nullibì prudentiùs ſperanda, quàm in progenie nobilis maiorum æmulatio. Etenim *præſtantiſsimum quenque ex præſtantiſsimis naſci* quis neſcius eſt? Ariſtoteles *Lib.* 3. *Polit. Cap.* 8. Bellè Euripides *in Archelao: In liberis virtus nobilium concipitur, & generoſæ nuptiæ*
2 *præſtant opulentis.* * Quarè malè lex audiret, vt incivilis, vt aſperrimæ ſuſpicionis, ſi queis munijs pares cum laude functus eſt, filio negaret, verita degenerem. Nã in quâ quiſque dote præcellat, illâ ſperare eſt natum præſtitum ire. Hæc egregiè circumit Iacobus de Tapia *de Triplic. Bon. Lib.* 3. *Fol.* 406. *Columm.* 2. *Adeò* (ille) *vt ſi iam vxor ducenda eſt, non ſit credibile pudicitiæ famâ eius eſſe filiam laboraturam; cuius ſit per vitam omnem mater habita caſta. Si conſcribendus exercitus, dubitare nefas Cabriæ, Leonidæ, vel Epaminondæ filij militari ſint ſacramen*

to devinciendi, an potiùs vt imbelles ab expetitâ militiâ, edẽdisque nominibus potiùs segregandi? Publica si functio, Magistratus gerendus, administranda Provincia, aut Respublica ipsa obeunda est, Iusti Aristidis, Ephesij Metrodori, Poplicolæ Valerij, Seniorisve Catonis, gravium, prudentumque virorum, & Reipublicæ casibus cognitorum filios ab eiusmodi retrahere, & coërcere muneribus, non sit ferendum. Est enim non incivile modò, & infamiæ probro coniunctum; verùm etiam turpe, & flagitiosum, de illorum indole animi, ad vitæ decus ambigere, quorum simili in genere paterna est virtus summoperè laudata, & nominis commendata celebritas. Etenim quorum patres, aut maiores in aliquâ gloriâ præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere: vt Q. Mutius P. filius in iure civili, Pauli filius Africanus in re militari. Pende Auctoris energiam: *nefas* appellat, *nefas* incivile, penè infame, turpe, & flagitiosum, in dubium trahere, an optimi moderatoris filius probè sit Remp. gesturus.
3 ★ Imò maius aliquid parentibus sperari, non abhorret: *Natura enim* (Seneca *de Benefic. Libr. 3. Capit. 36.*) *gloriosa est virtus, & anteire priores cupit.* Sanè nulla spes firmior apparet, quàm ea, quâ nunc pretium solvimus eius, quod speramus. Id autem in re nostrâ contigisse Auctor est Tacitus, apud quem
4 ★ Augustus mille sestertijs emit ab Hortalo clarissimi Hortensij nepote, quòd nuptias obiret, ne nobilis aresceret propago, in eoque celebri origine moriente, in futurum Resp. ornatissimis Patribus destitueretur. *Nepos,* (inquit *Lib. 2. Annal. Cap. 37.*) *erat Oratoris Hortensij inlectus à D. Augusto liberalitate deciès sextertiùm ducere vxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia extingueretur.*
5 ★ Tanti enim Reip. interest nobilium fœcunditas, ne gens illa deficiat, quæ communi felicitati genita
6 communi etiam felicitati creditur genitura. ★ Vndè in nobiles privilegium illud emanavit, vt citiùs ad cõiugium vocentur secundum Albericum *in suo Dictio-*

nar. Verb. Nobilis per Text. in L. Tam dementis 28. *C. de Episcop. aud.* Bonus de Curtili *de Nobilitat. Par.* 5. *Num.* 84.

Hàc demùm spe à parentum meritis ductâ, filijs impertiendas provincias æquissimeque remunerandos, ita vt hæc solùm expectatio examen sit, trutina, & indago, rigidiùs suadetur ex sequentibus.

7 Primò ex *L. Vltim. C. de Testament. Milit.* * ex quâ constat pupillis ab strenuis parentibus, Tribunatum numerorum commissum, spe ductâ (vt Cuiacius *ibidèm*, & *Lib.* 17. *Observ. Cap.* 36. attestatur) â generis splendore in ipsos prolapso.

Secundò ex *L. Penultim.* §. 1. *ff. de Decurionib.* illìc: *Nisi dignitas certa spem eius honoris id faceret, vt Princeps*
8 *indulgere possit.* * Vbì minorem in Decurionum ordinem adscribi licet, si bonæ indolis, expectationisque sit, vel etiam stirpis, vt Cuiacius *Libr.* 20. *Observat. Capit. Fin.* & Gothofredus *in D. L.* & alibì, vterque non semèl commentantur. Refert D. Franciscus de Amaya *in L.* 1. §. *Pro infante, Num.* 43. *C. de Muner. & Hon. non contin.*

Tertiò locô adduci possunt, non exigui ponderis, &
9 auctoritatis * exẽpla, quanti hæc spes valeat, opere ipso testantia, apud egregios Auctores, qui hæc acta, quę referunt, tam vivido consensu adprobant, vt vel indè talis remunerandi ratio appareat æquitati intima, necessitati proxima. Enimverò * Samuelẽ spes relata sub-
10 ornavit Iudicaturam, supremum tùnc Magistratum, genitis crediturum, vt Nicolaus de Lira *sup.* 1. *Reg.* 8. dicebat: *Credens eos fore suæ iustitiæ imitatores.* Quæ expectatio eò tituli advênit, vt visa sit aliquandò, omnem merendi rationem exhaurire, vt ipsa omnium, quæ ad dignitatem petuntur, numerum impleat. Sic Mutianus Licinius * Arretinũ Clementem in Prætorij Præ-
11 fecturam extulit, indè solùm ad benè sperandum indu-

ctus

ctus, quòd pater in eâ se optimè probasset. Tacitus 4.
Histor. Cap. 68. Arretinum Clementem, domui Vespasiani
per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano, Prætorianis præpòsuit, patrem eius sub Caio Cæsare egregiè functum eâ curâ dictitans. Planius adhùc quod sequitur ex
12 eodem Tacito 1. *Histor. Cap. 9.* ⋆de Vitellio, quem parentis memoria Germaniæ Inferioris exercitui Proconsulem suffecit: *Donèc missu Galbæ Vitellius aderat, Censoris Vitellij, ac tèr Consulis filius. Id satis videbatur.* Et verò huic parti probandæ id satis videbatur. Sed prætereà
13 eandem ob spē⋆ Venantium addam Comitivæ Domesticorum impositum. Quod *Lib. 2. Epistol.* 15. in hāc Casiodorus sententiam, pulchro componit ornatu: *Providentiæ nostræ ratio est, in tenerâ ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis iudicare successus. Quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo nescit deficere, quæ consuevit radicitùs pullulare. Fertur etiam cursu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem sustinent cuncta manantia, vt sapor, qui concessus est origini, nisi per accidentia fuerit fortè vitiatus, nesciat rivulis abnegari. Hìnc est, quòd te magnifici patris meritis æstimatum Comitivæ Domesticorum vacantis honore provehimus. Vt qui es clarus stemmate, splendeas degnitate. Quis enim vitæ, quamvìs futura, tamen certa non teneat, dum gloriosi patris recolat officiosos labores? qui prudentiæ ratione flammatus, sic fuit ad repentina solicitus, quasi per moram crederetur instructus. Verùm vt de plurimis pauca sufficiant, probavit de se tanta, vt eligeretur eius inexplorata posteritas.* Nec minùs acre illud eiusdē super⋆ Paulino Venantij filio,
14 ideoque ad Consulatum accitô *Lib. 9. Epistol.* 23. *Quid P.C. de vobis iudicemus, expendite, cùm ad summarum culmina dignitatū germinis vestri viros, quos nūqam vidimus, eligamus, nō fastidio negligentiæ, sed honorabili præsumptione*
15 *naturæ.* Tertiò vtar Casiodoro cuius mira est in hūc sensum eloquentiæ pertinacia. Est autē sermo⋆de Impor

tu-

tuni Patriciatu, in literis ad Senatum *Libr. 3. Epistol. 6. Non sunt de vobis examina nostra solicita, dum praiudicata bona transfunditis, qui merita cum luce praestatis. Origo ipsa iam gloria est: laus nobilitati connascitur. Idem vobis est dignitatis, quod vitae principium. Senatus enim honor amplissimus vobiscum gignitur, ad quem vix maturis aetatibus pervenitur.*

Quartò * si Lex de paternis cõmissis sumit in filio
16 supplicium; *quia in eô paterni criminis exempla metuuntur, L. Quisquis 5. C. ad L. Iul. Maiest.* eaque, solùm formido bonis expoliat, & honoribus, pœna culpæ prænascitur, & à patre suspicio fuscat innocentiam inermem: Cur plus leges vrgeat timor ad pœnam, quã ad præmium spes? Cur nostra in filio patrem non speret, cùm alia timeat? Vbì Iustitiæ æquilibriũ? Cur id apud se collocat inter signa cœlestia? Si ad mulctam sufficit generari, sufficiat ad munera.

Quintò * idẽ decerpitur ex tertiâ nostri Tituli Lege,
17 in eum sensum venturà exindè, quòd memor benemeriti patris muneratur filium, simùl quia in eô virtutem præsentit, & spem concipit, si locum parentis obintret, parentis locô fratribus futurum, amore, curâ, & providentiâ; Quod fore contingat, sese absque cunctatione expectare ait Legislator ibì: *Manifestum est maiorem natu, in quem eiusmodi solatium cõfertur, fratrum suorũ curam habiturum.*

Sextò, quid ni spes sola filijs optimorum Reip. præmiandis sufficiat, si nec adhùc illa spes desideratur? & vel desperata ineptitudo remuneranda sit? Et quidem Sophorum scientissimus Seneca, tam debitum
18 naturæ, adnexum rationi putat, * vt parentum memoria proficua sit ad quæque suprema, vt id seriò statuat: Licèt perditissimè degas nullâ omninò spe melioris frugis scintillante, nullas, aut literas, aut sani coloris artes, nec de facie noris: vitamque agites turpissimam

fla-

flagitiosissimam: attamen sola felicitas nascendi ex præclaris,æquum est,vt tibi rerum moderamen nanciscatur. Quàm quidem hypothesin ille solitâ dicendi copiâ, venustate, & pondere differit; exemplis instruit: omnia fusiùs *in 4. de Benefic.* triplici solidó capite. Incipiam à 31. locum verbatìm adtexens; quamvìs largum. Plura complectitur probationum: si adducenda sint, verbis tanti Philosophi fiat; Dulce vtili misceo.

Aliquandò daturum me etiam indignis quædam non negaverim, in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industrijs, sed novis, prætulit. Non sine ratione. Sacra est magnarum virtutum memoria: & esse plures bonos iuvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium, quæ res Consulem fecit, nisi pater? Cinnam nuper, quæ res ad Consulatum recepit ex hostium castris? Quæ Sextum Pompeium, aliosque Pompeios, nisi vnius viri magnitudo? Tanta quidem, vt satis altè omnes suos etiam ruina eius attolleret. Quid nuper Fabium Persicum, cuius osculum etiam impuri vitabant, Sacerdotem non in vno Collegio fecit, nisi Verrucosi, & Allobrogici, & illi trecenti, qui hostium incursioni pro Rep. vnam domum obiecerant? Hoc debemus virtutibus, vt non præsentes solùm illas, sed etiam ablatas è conspectu colamus. Quòmodò illæ id egérunt, vt non in vnam ætatem prodessent, sed beneficia sua etiã post ipsas relinquerent: ita & nos non vnâ ætate grati sumus. Hic magnos viros genuit, dignus est beneficijs, qualiscunque est: dignos dedit. Hic egregijs Maioribus ortus est: qualiscunque est, sub vmbrâ suorum lateat. Vt loca sordida repercussu solis illustrãtur, ita inertes Maiorũ suorum luce resplendeãt. Prosequitur *in Cap.* 31. argumentum eiusdem rei petẽs à providentiâ divinâ.

Excusare hòc locò, mi Liberalis deos volo. Interdùm enim solemus dicere. Quid sibi voluit providentia, quæ Aridæum regno imposuit? illi putas hoc datum? patri eius datum

est,& fratri. Quarè C. Cæsarem orbi terrarum præfecit, hominem humani sanguinis avidissimum, quem non aliter fluere in conspectu suo iubebat, quàm si ore excepturus esset? Quid? Ergo tu illi datum existimas? patri eius Germanico datum, datum Avo, Proavoque, & ante hos aliis non minùs claris viris, etiamsi privati paresque aliis vitam exegerunt. Quid tu, cum Mamercum Scaurum Consulem faceres, ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum hiante exceptare? Nunquid enim ipse dissimulabat? Nunquid purus videri volebat? Referam dictum tibi eius in se, quod circumferri memini, & ipso præsente laudari. Pollioni Asinio iacenti, obscœno verbo usus, dixerat se facturum id, quod pati malebat. Et cùm Pollionis attractiorem videret frontem: Quidquid, inquit, mali dixi, mihi, & capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palàm obscœnum, ad fasces, & ad tribunal admisisti? Nempè dum veterem illum Scaurum Senatùs Principem cogitas, indignè fers sobolem eius iacere. Ad divinam providentiam redit, & perorat *Cap.* 32.

Deos videre est, ut alios indulgentiùs tractent, propter parentes, avosque, alios propter futuram nepotum, pronepotumque, ac longè sequentium posterorum indolem. Nota est enim illis operis sui series; omnium illis rerum per manus suas iturarum scientia in apertò semper est: nobis ex abditò subit; & quæ repentina putamus, illis provisa veniunt, ac familiaria. Sint hi Reges, quia Maiores eorum non fuerunt, quia pro summo Imperio habuerunt iustitiam, abstinentiam, quia non Rempublicam sibi, sed se Reipublicæ dicaverunt. Regnent hi, quia vir bonus quidam proavus eorum fuit: qui animum supra fortunam gessit, qui in dissensione civili, quoniam ita expediebat, Reipublicæ vinci, quàm vincere maluit. Referri illi gratia tā lōgo spatio nō potuit, in illius respectum iste populo præsideat: nō quia scit, aut potest; sed quia alius pro eò meruit. Hic corpore deformis est, adspectu fœdus, & ornamēta sua tradecturus. Iam me homines accusabunt, cæcum, & temerarium dicent, nescientem quò locò, quæ summis, ac

ex-

excellentissimis debentur, ponam. At ego scio, alij me istud dare, alij olim debitum solvere. Vnde isti norunt illum quendã gloriæ sequentis fugacissimum, eô vultu ad pericula euntem, quô alij ex periculo redeunt? Nunquàm bonum suum à publicô distinguentem? Vbi, inquis, iste, aut quis est? Apud me ista expensorum acceptorumque rationes dispunguntur. Ego quid cui debeam, scio: alijs post longam diem repono, alijs in antecessum: ac prout occasio, & Reip. mea facultas tulit.

Non tam prolixus, quàm multus, censeo, tibi visus est Seneca. Tanta sunt sensûs emphasis, dictionis ignis. Nec satis scio, an alicubi in propositum sibi scopum incumbat audacior? Ego brevitatem postposui, religiosiorque apices traduxi, ne si quid reliquum esset, ibi, vt in Sibyllinis libris, totum residuum esset mysterium. Miratus etiam Stoicam severitatem, cuncta virtute pendentem, adeoque flagitijs infensam, scelestis favisse, vbi causa præmiandùm ob paternas virtutes agebatur. Certè in hâc re nil acrius locô istô hyperboli simillimo; vt non solùm inexplorata posteritas ad dignitates, sed explorata indignitas vocanda sit.

Et iam satìs ab adversarijs stetimus, pro quà parte argumenta vidisti non plumbea, sed acerrima.

Ne tamen ab his veritati timeas, iam eam protego.



CAP.



CAP. VI.

Illi ſoli ſpei Rempublicam credere imprudentia, & iniuſtitia eſſet.

SVMMARIVM.

1. *Amentis eſt, deligendi parentes, non ipſum inſpicere.*
2. *Vtẽs ad dignitatem ſolà ſtirpe, abutitur.*
3. *Paterna ſtipẽdia petẽti quid Antiochus?*
4. *A Principe donata in vivẽtis patris reſpectum profectitia ſunt.*
5. *Ni dignitas conferatur.*
6. *Inæſtimabilis, quia proprijs meritis parta.*
7. *Prolis ſimilitudine perennandi naturæ avidi tas.*
8. *Complexio, & indoles generatione traducũtur.*
9. *Quid corpus ad animum? Ex Tiraquello.*
10. *Plura, undè ſpirituales potẽtiæ tãguntur materialibus.*
11. *Facit ad virtutem tẽperatura.*
12. *Similitudinis natorũ cum parentibus inconſtãtia.*
13. *Eſt divinæ providentiæ cùm aberrant.*
14. *Provenit ex conſtitutione variatâ, & à liberò arbitrio.*
15. *Educatio, conſuetudo genium immutant.*
16. *Aptitudo præſumitur iuxta terminos habiles.*
17. *Pro iudice illiterato non ſtat præſumptio.*
18. *In humanis accidẽtibus traducendis diſcrimen.*
19. *Moderatricis facultatis ſumma: Virtus, Sapientia, Prudentia. Et Num.49.*
20. *Aptitudo ad virtu-*

tem,

tem, aut sola potestas, à naturâ.

21. *Virtus disciplina iuvatur.*

22. *Est habitus adquisitus.*

23. *Gentilis insufficiens ad publica munia.*

24. *Haud nascitur sapientia.*

25. *Præsertim civilis.*

26. *Vel in maximo ingenio eget disciplinâ.*

27. *Naturam transcendit ars regendi.*

28. *Et divinam in veteri Theologiâ.*

29. *Prudentia, Præsidis virtus.*

30. *Moderatricibus qualitatibus componitur.*

31. *Vsu præcipuè comparatur.*

32. *Semen tantũ habet à naturâ.*

33. *In iuventute rara.*

34. *Quòd pater rectè gesserit munus, non ideò ad illud crederis idoneus.*

35. *In adventitijs nõ præsumitur.*

36. *An liceat eligere dignum omisso digniori?*

37. *Etsi circa Ecclesiastica (iuxta varias sensus) liceat in beneficijs non curantibus animas.*

38. *Et in curantibus Põtifici, Regibusque.*

39. *Alijsque varijs de causis.*

40. *Circa sæcularia, aut vniversim.*

41. *Aut solùm vbi Princeps liberè confert.*

42. *Aut per suffragia quoque, in officijs ius non dicturis.*

43. *Nunquàm tamen licere, tutius est.*

44. *An omittens, noxam reddere teneatur?*

45. *In beneficijs per concursum tenetur.*

46. *Dignus, syncerè digniorem excludens, nec culpæ, nec restitutioni subiacet.*

47. *Contrarium in eligẽte indignum.*

48. *Indignus quisnam?*

49. *Dignus, qui bonus, non tam vir, quàm civis.*

51. *Nõ metaphysicè, sed practicè, intuendæ eligendi qualitates.*

52. *Omnesque simul.*
53. *Ignotum eligens peccat, ac indignum.*
54. *Nō aptitudinis futuræ, sed præsentis habenda ratio.*
55. *Philippi II. in committenda Rep. circunspectio.*
56. *Damna inconsultæ delationis honorum.*
57. *Inter dignos an indignos officia sortiri, absurdum.*
58. *Pueris, vel bonæ indolis beneficia non conferenda.*
59. *Spes incertum bonum.*
60. *Noti admittantur, non probandi.*
61. *Vndè natus sis, non pertinet ad meritū dignitatis.*
62. *Ne sit in Remp. pro ipsâ inducta remuneratio.*
63. *Si facienda, non cum imperio, sed aliàs.*
64. *Secùs Reip. pernicies.*
65. *Honorum deturpatio.*
66. *Provecti dedecus.*
67. *Ruina.*
68. *Beneficium est denegare paternum munus incapaci.*
69. *Phaëthontis Fabula.*



AT CAPITE præcedenti nihil obstante, inviolabile, & firmissimum esto ex dignissimo Magistratu nasci non satis esse, vt
1 Magistratu dignus iudiceris. * *Amentis enim est* (inquit Onosander *in Strateg. Capit.* 1.) *quid præclarè à maioribus gestum est, inspicere; nec quid ipsimet eligendi præstare poterunt, expendere.* Quàm turpis, & immanis error iste sit, fusè Iacobus de Tapia *de Tripl. bon. Lib.* 3. egregiè, & acutè Scipio Amiratus, *Disser. Lib.* 17. *Disc.* 3. & vbiquè Politicę gēris eiusmodi plura. Certè paternūm gestorū ferox memoria, virtutū alta recordatio, nata sunt animum ad contentionem irritare, non verò præmiari vacuum factis successo-
2 rem. * Secùs quid erit nisi generis gloriam pervertere,

adulterare, abuti? Id sanè operatur, qui in patria munia, patrijs gestis anhelat. Sic Brutus (*in Ciceron. Epist. Lib. qui ad Brutum extat, Epist. nunc* 4.) scribebat: *Non fore illi abutendum gloriâ tuâ, vt adipiscatur honores paternos.* Inverteret enim Ciceronis filius stirpis vsum, si eâ solâ contenderet decora mercari. Quæ quidem alijs in
3 comitata tam exiguum valuit* apud Antiochum Regem, vt quendam eâ fisum, paterna stipendia petentem dimiserit cum repulsâ. Sic Plutarchus *in Apophthegm.* refert: *Adolescenti, qui non admodùm miles videbatur, natus patre viro forti, stipendium paternum postulanti: Ego (inquit) mi adolescens mercedem, & munera dare propria, non paternæ virtutis causâ dignis soleo.* Et quidem Antiochus si de publicis muneribus, laudabilitèr; vt & Regum quêlibet se gerere, præsumi oportet: non vnquàm paternâ gesta ornavisse solitaria, honoribus potissimum, queis imperium adnectitur.

Hinc non ægrè noscendum subit, vndè originem
4 ducat, & fundamentum illa è Iure doctrina. * Vt licèt Principis largitionum, quæ patris viventis gratiâ filio conferuntur, vsusfructus parenti quæratur, conferendæ, ac imputandæ veniant: Quoniam in profectitijs bonis cēnsentur: Quod verius (quicquid alij) sentio cum Ioanne Lupo *in Repetit. Rubr. de Donat. inter vir. & vxor.* §. 45. *Numer.* 19. Sanchez *de Matrim. Libr.* 6. *Disp.* 26. *Num.* 13. Ponte *de Potestat. Proreg. Titul.* 10. §. 1. *Num.* 14. Fulvio Constantio *ad Nostr. Tit. Num.* 55. & 61. Neque hic Principem à privatô discerno: indistinctèque accipio Senecæ 5. *de Benef. Capit.* 19. illud *Mens spectanda est dantis: beneficium ei dedit, cui datum voluit; sicut si in patris honorem fecit, pater accepit beneficium.*

5 Attamen si * Magistratus, publicovè munere donetur à Principe, contrarium prorsùs sit dicendum, vt idem Constantius ex multis D. *Num.* 61. Ratio est;

quo-

quoniam personalis est,& inæstimabilis talis honos. *L. Omnimodò 30. §. Imputari* à contrario sensu, *C. de Inoffic. Testam. L. 1. §. Sed an id*, *ff. de Collat. bonor.* vbì Cujacius *sub Libr.* 13. *Quæst. Papin. & in Comm. ad Tit. ff. de Collat. bonor. ad D. L. 1. §. Nec castrense, & Libr. 3. Obseruat. Cap. 30.* Antonius Faber *de Errorib. Pragmat. Dec. 41. Error. 9. Num. 8.* Osualdus *ad Donel. Lib. 16. Côm. Cap. 4. Litt. XX.* Mangilius *de Imputat. Quæst. 33. Numer. 6.* Trentacincus *Resolut. 5. Tit. de Legitima*, Pacificus *de Salv. Interd. Inspect. 3. Cap. 2. à Num. 636.* Morquecho *de Divis. Lib. 4. Cap. 13. Num. 66.* Castracanius *de Societat. sup. Offic. Rom. Cur. Cap. 40. Num. 20.* Inæstimabilis porrò est nam personam concernit, non patrimonium Rolandus *Cons. 11. Num. 5. Volum. 3.* Bellinus *de Re milit. Part. 7. Tit. 6. Num. 23.* Hector Capycius Latro *Consult. 23. Num. 75. Libr. 1.* Vel vt Menchaca
6 *Contr. Illustr. Cap. 43. Num. 12. Lib. 1.* * Nam ad illum industria, meritaque personæ maximè petuntur, *L. Inter artifices 31. ff. de Solut. Auth. Vt Iudic. sin quoq. suffrag. fiant, per tot.* Valascus *in Prax. partit. & Collat. Cap. 15. Num. 66.* Capycius Galeota *Resp. Fiscal. 12. Cap. 3. Numer. 58.* Quòd si præter paterna merita, propria non quærerentur, imputatio, & collatio proculdubiò non cessarent. Bovadilla *Lib. 3. Polit. Cap. 8. Num. 291.* Cessant autem, quoniam non tam Princeps spectasse præsumitur, quid parens præstiterit, quàm quid filius mereatur. Hæc causa præmij proxima, illa remota est. Adspice quantum tui, an in parentis respectum intersit donari. Quod à parente provenit, dignitate caret, æstimatione facile metiendum: quod proprio Marte consequeris, tuum omninò est, dignitas secura, omnéque superans æstimationem. Dignitatum enim dubio procul est, quòd proprijs, quæsitísque artibus, non stirpis inemptis titulis ament obtineri.

Vt autem mentis oculis fideliùs subijciatur, quàm

non

non sit nato immerito ignoscendum parentis memoriâ, & quàm ob hanc eandem temère sperandum non erit, lubet, aut opus est rem ad fundum excavare. Duas autem in eiusmodi gurgitem bolides mittam. Tentabit prior quid in strictissimâ physiologiâ ex paternis qualitatibus possit in prolem generatione transire? Secunda verò quænam vrgeat obligatio conferendi meritis viris Provincias? Quid dissimulando peccetur, quid severius investigari debeat, & censoriè, vt insons electio fiat? Ex primô examine constiterit, inanem fuisse concipiendam Constantino spem ab Officialium meritis ad filios extollendos. Ex alterô non fore legem sceleris immunem, si dignitates transferret inscia meritorum. Porrò in re Politicis Scriptoribus celeberrimâ, si quid eruditioni pepercerim, nota omisi, & non fucato scrutinio consultò inhæsi.

§. I.

IMPRVDENTER præmiaret Constantinus Officiô paterno propter spem solam similitudinis cum parente. Vera quidem thesis; si parentes nil possunt ad filios transmittere, ex ijs quæ dignum administratione publicâ virum cōponunt. Igitur an & quid transfudatur perlustro.

Natura (vt primùm demus huic parti quantum te-
7 neat veri) hunc rebus omnibus fecit amorem * perennandi, & interitum deludendi: non quidem in semetipsis, quod ineluctabile est, sed in progenie, quô & intimi & extimi speculo sibi arrident principia, & velut æternis adulantur. Vt ex Themistio *Lib. 2. de Animâ.* Tradit Iosephus de Rusticis *in Proœm. L. Cum avus, Cap.* 1.
8 *in Princ.* * Quarè sicut vniversa causis (presertìm vnivocis) consonant, ita etiam in ordine humano nati respondent genitoribus; à quibus plura mutuari so-

lent, præter videndum vultum, corporis posituram, & temperiem; animi etiam delineamenta, quasi primas pingendis moribus lineas, indolisque propensionem in quodcunque Pythagoricæ literæ cornu feratur. Probi ex probis, pravi ex pravis eveniunt, vt interdùm nonnulli non tam iusti videantur, aut nequiores, quàm hæredes. Multis firmant, & illustrant Alciatus *de Præsumpt. Reg.* 1. §. 48. Menochius *in eodem Tract. Lib. 6. Cap.* 58. Simancas *de Catholic. Instit. Titul.* 50. *Num.* 10. *& de Primogenit. Hispan. Lib.* 1. *Cap.* 11. Bonus de Curtili *de Nobilit.* 4. *Part. Num.* 2. Paramus *de Orig. Inquisit. Lib.* 3. *Quæst.* 9. *Num.* 56. Hojeda *de Benefic. incompatib. Part.* 1. *Capit.* 23. *Num.* 69. Osualdus *ad Donell. Lib.* 24. *Comm. Cap.* 22. *Lit. R.* Escobarius *de Purit. & Nobilit. Prob. Quæst.* 1. §. 3. *a Nu* 11. Lara *de Anniverś. & Capellan. Lib.* 2. *Cap.* 4. *Num.* 9. Morenus de Vargas *in Discurs. de Nobilit. Hispan. Capit.* 9. Amaya *in L. Nullus* 60. *Num.* 55. *C. de Decurio.* Tympius *in Spec. Princ. Par.* 1. *Sign.* 19. Valenzuela *Cons.* 166. *à Nu.* 19. alijque innumeri.

Ratio est: Quoniam fœtus ex semine, cui virtus inest assimilatrix, compactus, parentum, vndè semen decisum, qualitatibus archetypis sigillatur, aut opere ceu fusili construitur; non solùm quà nudè corporeus est, sed adhùc quà hìnc itur ad indolem. Alfonsus de Castro *de Iustit. Hæretic. Punit. Libr.* 2. *Capit.* 9. Lara *de Vit. Hom. Cap.* 1. *Num.* 22. *cum Seqq.* Brevitèr & venuste *Libr.* 9. *Epist.* 23. Cassiodorus: *Rerum causa in semine sunt: fructus editus prodit auctores, & quicquid à divinitate meremur, de felici prole colligitur.* Fusiùs, & scitè admodùm

9 rem * Tiraquellus explicuit *in Leg. Connub. Glos.* 1. *Par.* 7. *Num.* 2. & nervos aperuit explicatione. Audias. *Tametsi sua cuique mẽs est divino creata arbitrio, pleraque tamẽ sunt animi vires, quæ simùl cum corpore à parentibus transfunduntur in filios. Sic enim naturà comparatum est (vt cum*

Fi-

Ficino loquamur) vt corpus, & anima proportione quadã harmonicâ, cõgruãt motusque corporis in animã, sicuti & animæ in corpus (quod Medici adstruunt) facillimè, & vehemẽtissimè penetrent. Ideoque quanquàm non educitur anima filij, aut à corpore parentis, aut ab animâ, ex Orthodoxorum sententiâ: tamen corpus tale, & cum tali quadam proclivitate, à tali quodam corpore parentis educitur. Sic vvas acerbas comederunt patres, & dentes filiorum obstupuerunt, vt scribitur Hierem. 3. Ca. Porrò proclivitatis illius corporis anima ob cognationem quandam, affectumquè erga corpus propriũ, particeps quodammodò redditur, præsertim secundum vim eius inferiorem; quâ corpori propinquat, multumque consentit. Deindè vis superior animæ naturali quodam amore, inferiori sæpè obsequitur fermè, sicut illa corpori. Obsequitur (inquam) ferè similitèr, sed non æquè. Motus enim qui in animâ actio est, fit in corpore paßio, qui in corpore paßio est, fit in animô sensus, atque compaßio. Indè ad illustrationem multam excurrit. Sed dictis perdoctè complectitur quô pacto poßit inclinatio paterna generari: Cùm enim in vi superiori, & inferiori animæ, spiritales, materialesque potentiæ comprehendantur, iam discernitur qualitèr illas istæ attingere poßint, nempe ratione commercij, contubernij, & convictûs inter vtrasque versati:
10 Vnde * plura oportet esse, vbì altera alterius opem imploret: cùm tot sint animi ianuæ, quot sensus sunt. Hìnc devictâ conditionis distantiâ plurima capita scaturiũt, vndè corporeę facultates superiorũ vsui, aut auxiliares accedãt, aut infestę: Quæ Physiologis relinquo. Eandem Tiraquelli rationẽ, quàm & Cassenæus transcripsit *in Catalog. Glor. Mund. Part. 2. Consf. 24.* Provehit
11 * D. Thomas *Lect. 4. in fin.* super illa verba Aristot. *Lib. 1. Polit. Putant enim vt ex hominibus hominem, & ex bestijs bestiam, sic ex bonis bonum generari*, inquiens: *Provenit ex bonâ corporis complexione, & naturâ, quòd aliqui inclinantur magis, vel minùs ad opera virtutum, vel vitio-*

rum

rum; ſicut aliqui naturalitèr ſunt iracundi, & aliqui manſueti. Et hæc quidem ſcilicet natura corporalis à patre derivatur ad poſteros, vt in pluribus, ſicut & alia diſpoſitiones corporis, puta pulchritudo, fortitudo, & alia huiuſmodi.

Et hæc ſunt equidem, non quæ continuò, aut inuiolabili decurſu tranſcurrant in progeniem, ſed maxi mum quod natura poteſt audere: in ſummà enim traductionis licentià, eò ſolùm ſimilis illius vi evaſiſſet pa
12 tri filius, quem paternarum dotium generatio feciſſet hæredem ex aſſe. * Rara tamen avis, quicquid à Patre capi poteſt, id totum haurire. Alij partìm ſimili, alij par tìm adverſo genio exoriuntur, tam corporeo, quàm al terô non oculis obnoxio. Alfonſus de Caſtro *vbi ſup. Pagin.* 1256. O quanti optimos parentes decolorant? vt e regionè ſæpè corruptum genus in caſtam ſobolem gemmaſcit. Non minor hìc eſt naturæ, quàm fortunæ inconſtantia: cùm & roſam inter vepres, & rubum de vite parœmiæ vulgent. Multa Ariſtoteles 2. *Rhetor. Capit.* 15. Spartianus *in Severo*, qui nullum propè magnorum virorum optimum, & vtilem filium reliquiſſe ob ſervat. Oſorius *de Reg. Inſtitut. Lib.* 3. Beſoldus *in Diſc. Polit Diſſertat.* 1. *de Educat. Capit.* 3. Gabriel Zinanus *de Rat. Optim. Imper. Lib.* 11. *Cap.* 4. Matthæus Lopez Bravo *de Rege & regen. rat. Libr.* 2. *Pag.* 34. Exempla itèm degenerum conglomerant Tiraquellus *de Pœn. Temp. Cauſ.* 51. *Num.* 44. Iacobus Tapia *de Triplici bono, Lib* 3. P. Gaſpar Sanchez *in* 1. *Reg. Cap.* 8. *Verſ.* 3. & 2. *Reg. Cap.* 12. *Num.* 40 Contzenus *Polit. Lib.* 1. *Cap.* 25. §. 14. Beyerlinchus *in Theatr. Lit. D. Pag.* 185. *cum ſequentib.* Acacius *de Privileg. Paren. & Liber. Priu.* 3. *Capit.* 6. *Num.* 1. Mendoza *in* 1. *Reg. Cap.* 8. *Num.* 3. *An-*
13 *not.* 30. *circa Lit. Sect.* 1. & 2. * Qui refert in divinam providentiam, illam, quæ accidit originarijs virtutibus inconſtantia, ne forsàn ad præclaræ frugis hæreditariè

con-

conſpectum otiareris, Maiorum ſudores depaſcens. Quarè ne quis indole niſus paternâ, honeſtæ vitæ prætereat ſtudium, habeat ipſe cui colluctetur, noveritque animum non hæreditariò, ſed in diem vivere.

Quòd ſi ex ipsâ naturâ; huius incertitudinis cauſæ inquirantur, ſolida eſt ratio S. Thomæ *vbi ſuprà. Contingit*(ait)*quòd filij diverſificantur à parentibus in bonitate, vel malitiâ, non ſolùm propter diſpoſitionem naturalem corporis, ſed etiam propter rationem, quæ non ex neceſſitate ſequitur naturalem inclinationem. Vndè contingit quòd homines qui ſunt ſimiles parentibus in diſpoſitione naturali; propter aliam inſtructionem, & conſuetudinem ſunt diſsimiles in moribus*. Duo cernis: Primùm fortuitam eſſe cum patre conformationem(hìnc elicit Divus indolem à paternâ ſæpius diſſentire) ob accidentia plurima, quæ convenire accidit, & accidit abeſſe, quorum cuilibet ineſt
14 vis ad organa fœtus varianda. * Nam iſta vel confuſis vtriuſque parentis ſeminibus in tertiam combinationem coagulantur, vel ab externis agentibus invertuntur. Certè intra conceptionis, & formationis tempus queiſcunque caſibus facillimum eſt tenellum corpuſculum. Quòd ſi aſtris quid liceat in humana, hìnc quoque miſcebitur concentus humorum. Aliud cernis: Quicquid formalitèr(vt aiunt) honeſtum eſt, vel nequius, organico iuri nullatenùs ſubiacere: quia Ratio ſpontè, *Non ex neceſſitate ſequitur naturalem inclinationem*; quia humani arbitrij regna, nulli ſuccumbunt inteſtino tyranno, dum quicquid, aut laudem meretur, aut probrum, ſpontaneum eſſe oportet, & vt Remirez *de Leg. Reg. §. 29. Num.* 12. quicquid generatio inferat, vel importet, mortales à Deo cum arbitrio creantur, cuius nutu dotes animi germinant. Aliud adijcit Tertullianus *de Anim. Cap.* 20. vndè à parentibus deviatur, ſcilicet: *Porrò vt frugum ſeminibus vna generis cuiuſque*

forma est, processus tamen varij. Alia integrò statu euadũt, alia etiam meliora respondent, alia degenerant; pro conditione cœli, & soli, pro ratione operis, & curæ, pro temporum euẽtũ, pro licentia casuum: ita & animam licebit, semine vniformem, fœtu multiformem. Quod ergo in plantas cœ-
15 lum, solum, & cultura, id * educatio, & consuetudo in pueros valent. Illud autem tãti momenti esse solet, vt poma in aliâ plagâ vtensilia, in aliâ venenata fuerint, itaque anceps est an imago paterna filius erit, cum fortuitæ educationis imprimatur imago. Scis arte quâ fiet certa spes quòd parenti similis euadat? Nempè studio, disciplinâ. Sic *in Panegyr. ad Constantin.* de huius liberis Nazarius ait: *Quibus ad perficienda, quæ ingenerata sunt bona, non segnis virtutum opifex disciplina coniungitur, vt spes æquiparandi patris certa sit.* Non solùm ergo fortuitò prodit corporea ipsa filij cum parente concordia; sed imò facilius est aberrare naturam, cui quidlibet deficere satis est, dum ad perficiendum plura debent cohærere. Vndè, *Contingit dissimilem filium plerũquè generari*, Cassiodorus inquit *in Præf.* Longè magis ardua via est, quã morum conformitas euadat, quã complexiò non efficit securè, & tamen hæc dubio, & incertitudine non vacat. Cuius & alias causas Turturetus *de Nobil. Gent. Lib. 3. Cap. 2.* Nos etiam infrà latiùs *Cap. 15. huius Par.*

Attamen hucusque generatim processimus, summa rerum fastigia carpsimus, communia delibando. Iam lubet spem istam exenterare, & perlustrare medullitùs, an eæ potissimùm virtutes, quæ proximè Moderatorem perficiunt, ortum, vel non constantèr comitẽtur. Si comitantur, taceo, & à fascijs ad fasces puerum rapi non incusem. Sin illæ dotes minimè nascuntur, sed fiunt, vici: nec filium patiar patris munus implere, qui merita non impleat: etenim fundamento vacua spes versabitur, ineptoque augurio credemus Reip. gu

ber-

bernaculis rectè ad futurum, cuius genitor adfuit cũ
16 laude. * Idoneitatis enim præsumptio subsistit solùm iuxta terminos, vt dicitur habiles, vt optimè Menochius *Libr. 2. Præsumpt. 67. Num. 19. & 20.* * Ideoque
17 quoniam ius rectè dicere valdè literarium est, pro illiterato Iudice non præsumitur. Baldus *in L. Tutores 5. ff. de Confirm. Tut*, & Marsil. *Sing.* 438.

Ergo nè pro filio, quia filio præsumatur, primùm
18 operæpretium erit hominis * accidentia (vt dicunt) prædicata, alia ab alijs secernere. Quædam sunt, quæ speciem, seu vniversitatem humanam consequuntur; quæ quidem traduci oportet, quia intra hunc naturæ specificum ambitum, omnium est similia progignere. Sic oculati, auriti, ab auritis, & oculatis egredimur. Alia verò ad singulos spectant singillatìm (individualia vocant) quæ vel industrialia sunt, vt artes, scientiæ, vel corporis appendices, vt forma, robur, indoles, seu ingenium. Hæc vltima connasci (vt inferiùs ex *Cap.* 13.) illa minimè (quæ communis partitio est) cõsentitur vniversìm post D. Tho. 1. 2. *Quæst.* 81. *Art.* 1. *in Corp. & de Mal. Quæst.* 4. *Ar.* 8. *in Corp.*

Non itaque inter traducibilia numerantur qualitates illæ, quæ civilem, principemque virum compo-
19 nunt: Quas ad tria capita redigo, * *Virtutem, Sapiẽtiam, Prudentiam.* His enim non absentibus, de cætero parũ laboratur. Istęc igitur, si quid vsquàm aliud, assiduis vsu, & doctrinâ indipiscendæ sunt. Quod iam exagito, & de virtute primùm.

Quæ inter cæteras dotes Dea nulli hominum â na naturâ inest, nullos agnoscit parentes, quatenùs integra subsistit, & perfecta; sed duntaxàt penes quandam
20 * aptitudinem, seu inchoationem, aut fomitem, ceu delitent in silice igniculi elidendi. Receptissimum est cum S. Thomâ *de Virtutib. Quæst. Vnic. Art.* 8. & 1. 2. *Quæst.* 63. *Art.* 1. & 2. 2. *Quæst.* 108. *Art.* 2. Vbi ait Phi-

lo-

losophum comitatus, ex aptitudine, quæ mera nobis innaſcitur, per exercitationem eſſe pergendum ad virtutem. Nulla eſt in otio probitas, nulla in probitate à ſudore ſiccitas. Nuſquã virtus in ſinu manus habuit, aut in chœnice ſedit. Indoles imitatur aromata terẽda; eſt, vt fragrẽt: ſi à complexione non progrederis, hæres adhùc in honeſtatis littore: ſi ex eô, quod alvõ materna compactum eſt, aut additum alimentô, ad geſta non præterea, aut ſtatuam vivis, aut arborem. Tantum enim accepimus à naturâ (ſecundum S. Doctorem *D. Art.* 8. *ad* 6.) facultatem ad bonum, cùm potentia naturalis ſit: Velle autem, & ſcire ſolummodò provenit à naturâ penes inchoationem quandam, quæ niſi in facta explicetur, bonitas eſt inanimis. Vndè Cicero *Tuſcul.* 3. *ſunt* (inquit) *ingenijs noſtris ſemina innata virtutum, quaſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret.* Seneca *Epiſt.* 108. *Omnibus natura dedit fundamenta, ſemenque virtutis; omnes ad omnia iſta nati ſumus: cùm irritator acceſſit, tunc illa animi bona velut ſopita excitantur.* Quocircà de varijs priſcorum placitis videndus Maioragius *in Ciceron. Part. Orat. Fol. Mihi* 358.

21 Indiget ergo auctoramento, ★ alienâ ſcilicet informatione; eademque in re literariâ ratio eſt. Sic Divus idem *Art.* 9. *ad* 9. & 2. *Ethic. Lect.* 1. Et definierat Plutarchus *de Liber. educãd. Vt igitur ſummâ rem totam complectar, quòd de artibus, & ſciẽtijs ſolemus, idem & de virtute pronũciãdum eſt: ſcilicet ad eius perfectionem tria oportere cõcurrere, naturam nimirùm, rationem, & aſſuefactionẽ.* Concinit Venuſinus *Lib.* 4. *Od.* 4.

Doctrina ſed vim promovet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant:
Vtcunquè defecere mores
Dedecorant benè nata culpæ.

Ap-

Apprimè Adamus Contzen *Polit. Libr.* 4. *Capit.* 1. §. 4.

Deindè Virtus(vt Divi eiusdem dogmata perse-
quar) non tam ipsa honestatis efficientia est, quam effi-
22 cientiæ nutrix, & promotrix. * Nimirùm pronitas il-
la, & facilitas, quâ tanquam ad nil ignotum, ad lauda-
bilia expatiamur. Hunc habitum appellant. Certè
quanvìs absque instructione habituali, iustitiæ opus
possit exsilire per conamentum anomalum; in optimo
tamen administrô minimè illud sufficit; opus habet
virtutem firmæ promptitudinis, promptæque constan
tiæ(hæc est illa constans, & perpetua voluntas ius suũ
vnicuique tribuendi) non velivolam, non perfuncto-
riam, sed qualem eum decet; quô quiescunt publicæ
curæ, & hominum bona creduntur. Qualem habitus
exhibere solet diuturnus, & callosus. Hos verò(parco
supernaturalibus, & infusis) actuum frequentiâ, nec a-
liundè comparari, ecquis ignorat? Nam quemadmo-
dùm(adhùc ex D. Thomâ) in mechanicis, vt te prom-
tè geras, & ab errore securus, arte indiges, sic ad recti-
tudinem, habitu. Aptissimè dicta coronet Carolus Scri
23 banius *Polit. Lib.* 1. *Cap.* 28. * *Quòd si*(inquit) *cum opi-
bus, imaginibus, præclaraque memoria sui, virtutem relinquè
re maiores possent, esset cur meritò magnorum liberis, prima
quæque in Rep. munia; etiam reluctantibus traderentur.
Nunc cùm sola virtus sit, quæ neque dari, neque accipi potest,
& illa sola sit, quæ purpurâ vestiri mereatur; perfacile qui-
vis videat, qui præfici debeant.* Idem prætereà, verbosè nõ
abs re *Lib* 3. *Cap.* 10. Scio quenque bonum in Iure præ-
sumi, sed hæc generalis præsumptio ad strictum offi-
ciorum examen minimè sat est. Quatenùs in optimi fi-
lio conferre possit, *Capit. Seq. in sol. ad* 4. *Argum. in
Fin.*

Ad Sapientiam deveni, quæ non minùs, quàm vir-
24 tus, eget pædagogo, non minùs abhorret* à carneis na

talibus: qui ab æternâ mente dilapsus splendor, corpore occlusus, tenebrosa volumina patitur, & longo infantiæ carcere, tantùm non torpescit in brutum: donèc ab intectis facultatibus pulsâ caligine, emicet mentalis apex: donec nebulis animum tempora tergant, isque, materiem subijciente doctrinâ, ignes concipiat, queis sibi prælucat. Nec omnes facem expediunt, sæpè obruitur ignaviâ. Quarè nisi doctus appareas, indoctus habebere. Nõ ex ijs rebus sapientia est, queis accidit fides bona, queis præsumptio suffragatur, *L. Si quis 20. C. de Profess. & Medic. Lib. 10* Glossa *in Capit. Si forte 11. de Elect. Lib. 6.* Baldus *in L. Ex personâ 3. Num. 2. C. de Probat.* Alciatus *de Præsumpt. Reg. 3. Præs. 3. in Fin.* Menochius *in Eod. Tract Lib. 3. Præs. 91. Num. 17. & 18.* Amaya *in L. Fin. Capit. 1. Num. 39. C. de Decur.* Fabius Capycius Galeota *Lib. 1. Contr. 52. Num. 4.* Sapiens quidem naturâ est nemo, iuxta Philosophum *6. Ethic. Cap. 11.* Conducit Seneca *de Ira Lib. 2. Capit. 10. Non irascetur sapiens peccantibus. Quare? Quia scit neminem nasci sapientem.* Quanvìs à sapiente nascatur. *Nemo est sapiens* (inquit D. Thomas *de Regim. Princip. Libr. 1. Cap. 4.*) *propter sapientiam, quam pater eius habuit, vt in filio Salomonis patet, quod fuit valdè stultus, cùm pater eius fuerit sapientissimus: nec aliquis dives propter divitias, quas parentes habuerunt, quæ ad eum non pervenerunt.* Ennodius optimè *Orat. 5. Nullo teste nobilitatis vtitur, cuius sanguinem non prodit instructio. Quia bonorum sempèr meritorum labes est habere lucem sanguinis, & noctem rusticitatis includi, prodi stemmatum vultibus, & imperitiâ fuscante delitescere. Aurum nihil est, nisi manu componatur artificis, & fulvo pretium metallo, limâ fabricante, iungatur. Cessante industria, exigua est claritas, quæ venerit a naturâ.* Isthùc Plinius *Lib. 3. Epistol. 3. Quantum in me fuerit, enitar, vt filius tuus avo similis existat, equidèm malo materno: quanquàm illi paternus etiam clarus spectatusque conti-*

gerit: pater quoque & patruus illustri laude conspicui. Quibus omnibus ita demùm similis adolescet, si imbutus honestis artibus fuerit; quas plurimum refert a quò potissimùm accipiat.

25 Civilis præsertìm ★ sapientia ea est, quæ nisi praxeos assecutioni diù præluseris, perstabit informis. Nequit populi digerere causas, nisi quem impensè lassavit causarum notitia. Nequit moderari pugnas ignorans quid ferrum sapiat. *Non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre* (Seneca fatur *Epist.* 13.) *qui nunquàm sugillatus est. Nullus artifex* (pergit Osorius *de Reg. Instit. Lib.* 3.) *ad summam artificij sui pervenire potest, nisi à pueritia sese illi arti, cui studere vult, tota mente applicuerit: ita regiminis ars, & disciplina ab illis tantùm rectissimè percipi potest, qui a pueris nihil aliud egerũt, quàm vt tandem Reges, Rectores, atque Gubernatores evaderent.*

26 At, inquis, plura supplet ingenium. ★ Imò si polles ingenio, hòc ipso eges directione, vt Socrates apud Xenophonta docebat. Consonat Adamus Contzen *Lib.* 1. *Polit. Cap.* 8. ibi: *Quãvis alij, meliore ingenio, indole, maiori prudẽtia nascãtur, quàm alij, nemo tamen nascitur artifex. Doctrina itaque, & exercitatione ad artem artium, artem omnium dominam, hoc est Politicam erudiendi sunt.* Egregiè annotavit D. Thomas *de Regim. Princip Lib.* 2. *Cap.* 15. Adeò ★ naturæ vires transcendere gubernan-

27 di artem, vt vix ad eam perveniatur, nisi à Deo illapsâ agendorum notitiâ. Nisi (inquam) validissimæ vires labantur, vix satis eris ad omnium rerum negociosissimam hominum moderamen. Certè si operc aliquò divina potentia defatiganda esset (quod vel sic dicere absonat) id nil aliud foret, quàm mundi gubernatio. Saltèm veteribus ea moles visa est ★ Deos ipsos superare.

28 Vt apertè Cicero *in Orat pro Sext. Rosc.* vbì Sullam, si quid in Consulatu defecit, excusat à Iove, qui etiam suam provinciam non sine erratis gubernat: *Etenim si*

Iup-

Iuppiter Optimus Maximus, cuius nutu, & arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur sæpè ventis vehementioribus agitatus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit; quorum nihil perniciei causâ, sed vi ipsâ, & magnitudine rerum factum putamus: Quid miramur L. Sullam, cùm solus Remp. regeret. aliquid animadvertere nō potuisse? Nisi hoc mirum est, quod vis divina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit. Hùc allusisse videtur Ovidius 2. *Metam.* Cùm Phaëthonti paternum officium petenti, responsum est; tantam esse muneris difficultatem, vt nec Iuppiter ipse regendi obligationem posset adimplere:

——Vasti quoque Rector Olympi
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextrâ,
Non aget hos currus.——

Si quid autem tot ingruentibus difficultatibus obiectare valemus, id profectò prudentia est: imò nil aliud adversus eas potest quenquam protegere, quā prudentia, nuperæ sapientiæ ductrix, tertiaque inter rectrices artes nobis petita, quæ antonomasticè virtus * Præsidis
29 nuncupatur Aristoteli 3. *Ethic. Cap.* 11. Platoni *in Menexeno.* Conrado *in Templ. Omn. Iudic. Libr.* 1. *Cap.* 1. §. 2. *Num.* 6. & Politicorum vulgui, mirè hanc in viris publicis commendantium. Illa, si virtutis vultum intueare, cæteris imperat, si artis, cæteras docet. Ex supremo mentis solio minoris humani mundi machinam gubernat: regalis sanè animi portio. Adeò innectenda Magistratui, vt cui hæc, vel solitariò floreat, dignus possit haberi; cui desit, repudietur; quidquid alioquin ornatus. Sed quid erit quò instructus appareat impru-
30 dens, * si omnes fere qualitates, vndè Præfectus conflatur optimus, prudentiæ partes sunt? vel integrales,

vel

vel subiectivæ, vel potentiales. Quæ notiones, divisio, & doctrina sunt, quas sanxere D. Thomas, & Ecphrastæ 2.2. *à Quæst* 49. Integrant Memoria, Docilitas, Ratio, Providentia, Circunspectio, Cautio. Subijciuntur quæ, vel vniuscuiusque erga se regimen curant, vt est Monastica: Vel aliorum moderamen, qualis militaris, Oeconomica, Politica Regnativa, & Politica, seu Civilis simpliciter dicta, quæ cives inter ipsos intercedit; Ex potentialibus prudentiæ partibus, Eubulia consilium, aut dat, aut petit: Sinesis secundum communes leges iudicat: Gnome extra leges, ipso naturæ ductu. Edovardus VVestonus *in Theat. Vit. Civil. Libr.* 2. *Cap.* 25. Contzenus *Polit. Lib.* 3. *Ca.* 2. Valentia *To.* 3. *Disp.* 4 *Quæst.* 1. *Punct.* 5.

Hæ prudentiæ sunt partes. Vndè illa tam arctè
31 poscit *exercitium, vt licèt alia quævis, aut à parentibus ducerentur, aut advenirent deimprovisò, hæc vna contumax sit prehendi, nisi diuturno labore defatigata. Aristoteles *Ethicor. Lib.* 6. *Cap.* 13. *Vbi quòd semen
32 tantùm habet à naturâ D. Thomas *vbi sup. Quæst.* 47. *Art.* 15. Plutarchus *in Tract. Virt. doc. poss.* ridiculum forè afferens, qui cum vel mechanica omnia tempore indigeant, & magistro, vnam prudentiam doctrinà negaret indigere; Multa Menochius *de Arbitr. Iudic. Lib.* 2. *Cent.* 5. *Cas.* 426. & expansis velis politici omnes: Quid enim aliud est politica prudentia, quàm scientia, & experientia? His binis, si operandum est, prudentia vtitur manibus, si prævidendum, aut providendum, hisce oculis. Chokier *Thesaur. Polit. Lib.* 2. *Cap.* 19. Amiratus *de*
33 *Regn. Regisque institut. Lib.* 2. * Vndè adolescentibus rara contingit, vt cum Philosopho 6. *Ethicor. Cap.* 6. D. Thomas *Lect.* 6. docuit: Fusè Bobadilla *in Polit. Lib.* 1. *Cap.* 7

Quarè mentem subeunt illi nostri officialium liberi, quos iuventam agere (patribus adhùc arma tenenti-


bus) ideoque valdè non prudentes suspicor: nec prudentiorem Constantinum, qui eos ad rerum habenas reponeret, credo; nec prudētissimos, qui id de Imperatore cogitarent, autumo.

Cùm ergo excursæ dotes minimè generationi subsint, iura prudentissimè agunt, * dum sanguinis solâ
34 præsumptione munera conferre repugnant. Hùc eligans extat, & aptissima, *L.7. Titul.2. Lib.7. Ordin.* illìc: *Porque puesto que se presuma, q̃ la persona que tiene la Alcaldia, ò el Officio publico, es digno, y habil para exercer, no se sigue por eso, que lo serà el fijo, ò el hermano: ca la escritura, y la esperiencia nos faze ciertos, que muchos fueron buenos, y tuvieron fijos malos, y muchos fueron amigos de Dios, que sus hermanos fueron aborrecidos del. Y seria muy errado pensamiento, pensar que el don, y gracia de bien governar se dirige de padre en fijo, de una persona en otra.* Optimè quoquè Baldus *in Cap.1. Lect.2. Num.15. de Iudic. Si autem* (inquit) *non est iurisdictio orientalis, sed accidentalis, in eâ non succedit hæres, etiam filius: nisi ex consuetudine, vel ex privilegio: quia non est eadem persona patris, & filij in prudentiâ, neque fide. Imò à communitèr accidentibus nimìs sapiens generat stolidos, vt patet in Roboam filio Salomonis. Ideoque iuramenta fidelitatum renovantur à filijs: quia nescimus quales sint futuri. Porrò prudentiæ virtutes non sunt ex radice, sed ex animi virtute, ff. de Curat. furios. L. Cuius bonis, de Supplend. neglig. Prælat. Cap. Grandi. Et notat. in L. Tutela, ff. de Tutel.* Ad rem multa Nevizanus *in Sylv. Nupt. Lib.4. Num.127.* Et ex multis quòd * in adven-
35 titijs nemo præsumatur idoneus, vt scientiâ, & prudentiâ Mascardus *de Probat. Conclus. 878. Verb. Idoneus Num.4. & Concl. 526. Verb. Divitem, & Conclus. 737. Verb. Facultates*, Menochius *de Præsumpt. Libr.1. Quæst. 24. Nu.51. & 52. & Præsumpt. 58. Num.12. Lib.6.* Raudēsis *Decis. Pisan. 37. Num. 301.* Capycius Galeota *Lib. 1. Contr. 32. Num. 31.* Hyeronimus à Laurentijs *in Re-*

pe-

pet. L. Si emancipati 9. C. de Collat. Num. 128. qui constantèr asseverat, quòd nemo nascitur Artifex; Clericus, neque Notarius. Et est videre hominem solicitum, vt theorema muniat Auctoribus Innocentio. Panormitano, Decio, Craveta, & Chassenæo. Verùm quidne nos in illum iocamur, tanquam in eum incideremus Philosophum, qui face meridiē illustraturus per errabat, nos, inquam, qui nō longè obscurioribus diem faciendum inculcavimus?

Lineæ igitur omnes huius §. eò coincidant, vt verosimile non sit Imperatorem nostrum in paternum munus quoscunque natos inexplorata sufficientia citasse. Enormis enim error fuisset, in munijs distribuendis, negocio in primis Reip. intimô, parentum duntaxàt meritis duci, & spe, quòd proles à maioribus avia non fiet, spe, inquam, cuius fundamina quàm infirma inspeximus: cùm illæ dotes, quæ maximè meritum reddunt moderantem, non qualis fuerit auctor familiæ curent, sed quales præludium fecerint vigilantia, disciplina, cùm animi mera ornamenta immaterialia non sint obnoxia genitori, cùm nec morum quicquam, nisi prout inclinaverit, aut connixerit corporeus ipse genius, quem etiam perfectâ cum parilitate prodire, ambiguum, incertum est, quin arduum, & rarius.



§. II.

§. II.

INIVSTE etiam ſe geſsiſſet, illâ ſpe natos eri-
gens ad officia Lex noſtra, in divinam enim le-
gem deliquiſſet, quâ minis lethalibus cave-
tur, ne munera conferantur indignis. Quod aſſertum,
vt pleniùs eluceſcat, iuvat rem altiùs exordiri, & Chri-
36 ſtiani iuris apicibus teneri: * quid Principi liceat, quid
electori in candidatorum merita? quatenùs ea rigenti
examine perſcrutanda, prænoſcenda, quantæque ex
oppoſitâ eligendi ratione, Reip. clades oboriantur.
Illi ergo, qui licentiùs dixere, hoc ſummũ eſt, quod
auſi ſunt: Cùm plures ex dignitatis petitoribus apti, ca-
paces reperiuntur, & digni; tum quidem fas eſt quen-
que deligere; etiamſi aliquis eorum cæteris ſuperemi-
neat, qui abſque repellentis crimine repudiari poteſt:
quia ſatìs obligationi fit lecto capaci. Sed non tamen
tantâ cum latitudine id pronunciant Doctores, vt om-
nes dignitatum, electionumque rationes circumeat:
plures enim hâc vtuntur diſtinctione: Ad ſacra digni-
tates ſpectant, an ad prophana? Si primum; in Eccleſia-
ſticis, alia ſunt, quorum curæ non incumbit animorum
ſalus, * queis digniſsimum imponi non vrget obli-
37 gatio; ſecùs ſi animæ curandæ ſint. Ab hâc parte ſtant
multi apud Sanchez *in Conſ. Moral. Lib. 2. Cap. 1. Dub.
2. Num. 20.* Cardin. de Lugo *de Iuſtit. Tom. 2. Diſp.* 35.
Sect. 2. à Num. 11. Gutierrez *Canon. Quæſt. Libr. 2. Cap.*
11. *Num.* 12 *&* 28. Dianam 1. *Tom. 2. Part. Tract.* 15.
Reſolut. 37. Sententia laxari ſinitur eis, queis ius ineſt
38 conferendi liberali promotione beneficia, * vt Summo
Pontifici, Regibuſque, vtì nempè plus poſsint in ad-
mittendo præ digniori dignum. Reginaldus *Tom. 2.
Lib. 30. Cap. 14. Num. 197.* Diana *Reſolut. 40. D. Tract.*
39 15. Qui prætereà 3. *Part. Tract. 15. Reſol.* 110. * Reſtri-

ctio

ctiones adducit duodecim alias, de quibus Sanchez *vbi proximè Dub.4. cum seqq.* Lugo *Sect.* 3. Ioannes Maria Novarius *in Collect.2. ad Pragm. de Offic. & quæ his probib.* Vlteriùs Raudensis ad novem & decem cōgessit *Decis. Pisa.* 35. Quibus circūsepiuntur quotquot in hâc materie disputationem subire possunt.

40 In sæcularibus verò (sic prophana vocant) * meritissimum amovere, & ab eô dignos admovere posse collatorem, sectantur Burgos de Paz *in Proœm. Leg. Taur. Num.* 175. Caietanus *in Summ. Verb. Electio Officialis.* Probabilem censent Vazquez *Opusc. de Benefic. Cap.* 2. §. 3. *Dub.* 13. *Num.* 97. Ledesma *in Summ* 2. *Tom. Tract.* 7. *Conclus.* 16. *Diffic.* 5. Tutam prætereà in praxi Turrianus 2.2. *Disput.* 23. *Dub.* 1. *Num.* 5. & 6. Et in totâ, quâ patet amplitudine, Lugo *de Iustit. & Iur. Disputat.* 34. *Sect.* 2. licèt praxeos incommoda non inficiatus.

Secunda sen tentia, huic, sequētique media primam 41 coërcet: vt si officia deferat * Princeps, vel ex exteris adciscere valens, liberum ipsi sit digniori omisso, dignum adsumere. Sanchez *vbi suprà Num.* 15. *Dub.* 36. Diana 4. *Part. Tract.* 4. *Resolut.* 172. In quam adduci potest Bañez *ad* 2.2. *Quæst.* 63. *Art.* 2. Dub. 6. *Versic. Quarta Conclusio.* In eam capiendus Caietanus *vbi sup.* dum vinculum culpæ mortalis, in sufficiente idoneum, nullum videt. Quòd si non ad Principem pertineat; sed * 42 ad suffragia devolvatur provisio, & intrà cives, seu Reip. membra contrahenda sit; tunc etiam subdivisio locum habet: Vel munera non conferunt iura dare, iustitiam exercere, vel id ijs adnectitur: in vltimô eventu nefas erit dignissimi repulsa, aliàs in aliô .. Salonus *in* 2.2. *Quæst.* 63. *Art* 2. *Contr.* 9. Mercado *de Contract. Lib.* 6. *Cap.* 17. Sanchez D. *Cap.* 1. *Num.* 11. & 12. *Dub.* 36. Villalobos *in Summ. Tract.* 8. *Diffic.* 6. *Num.* 7. Bartholomeus à S. Fausto *in Specul. Confess.* Disp. 28. *Quæst.*

34 *Num.* 1. Lefsius *de Iust. Lib.* 2. *Cap.* 32. *Dub.* 4. *Num.* 21.

Acceptior tamen sententia tuetur generatìm * nõ
43 licere salvâ conscientiâ, meritissimum electione præterire, quantunvìs promotus dignus fuerit; qui tamen repulsum non æquet. Molina *de Hispan. Primog. Libr.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 66. Menchaca *Contr. Illust. Libr.* 1. *Cap.* 43. *Num.* 12. Turrianus *in* 2. 2. *Disp.* 23. *Dub.* 1. *Num.* 6. Fontanella *Decis.* 212. *Num.* 11. & 12. Gutierrez *Lib.* 2. *Canonic. Capit.* 11. *Num.* 42. Capycius Galeota *Resp. Fisc.* 12. *Cap.* 3. *Num.* 59. Plurimique coacti â Dianâ 1. *Tom. Tract.* 15. *Part.* 2. *Resolut.* 63. *Vers.* Dico *Secundò.*

44 Hæc de scelere omittentis dignissimum. * Nec ob noxium fieri restituere noxam Reip. aut Ecclesiæ, ipsive omisso vt verius, & praxi tutius defendunt Covarruvias *in Cap. Peccatum, Part.* 2. §. 7. *Num.* 6. Gutierrez D. *Cap.* 11. *à Num.* 49. Malderus 2. 2. *Quæst.* 62. *Ar.* 2. *Disp.* 5. *Conclus.* 2. Pesantius 2. 2. *Tract.* 9. *Cap.* 2. *Dubio* 4. Castro Palao *Tract.* 13. *de Benefic. Disp.* 2. *Punct.* 11. §. 4. *Num.* 3. Sanchez *Dub.* 45. *Num.* 15. contrariâ ex multis suâ cum probabilitate relictâ, quæ probabilior apparet Ioanni Crucio *in Direct. Confessor. Præcept.* 7.
45 *Quæst.* 7. *Art.* 2. *Dub.* 11. *Conclus.* 3. Maximè * in beneficijs per concursum, vbì Lugo censet longè verissimam *Disput.* 35. *Sect.* 6. *Num.* 86. & Dianâ *Part.* 4. *Tractat.* 4. *Resol.* 210. Acceduntque ad partes plurimi ex Solorzano *de Indiar. Guber. Lib.* 3. *Cap.* 15. *Num.* 66. Com
46 pos vero voti * dignus, dummodò digniorem excludat absque dolô; nec culpâ, nec restitutione implicatur; vt apud citatos auctores certius habetur.

En qui plus divina iura lentavere, solùm inter dignos diggladiãtur; quippe aliàs cunctis statutum est,
47 nullum licere mortalium * indignum ad Ecclesiastica, vel sæcularia munera præferri, *Cap. Cum in cunctis* 7. &

Cap.

Cap. Nihil est 44. & ibì passim *de Elect. L.* 1. *C. de Infam. L. Si aliquid* 12. *C. de Susceptor. Libr.* 10. *L.* 2. *C. de Dignitatib. L.* 2. *C. de Palat. sacr. larg. Libr.* 12. cum innumeris. Qui secùs faxit, in vtranque iustitiam impinget Distributricem, Commutatricemque. Restitutioni manet obstrictus. Quò in facinore communicant, tam supremus, quàm subiecti rerum moderatores. Quæ dogmata sunt D. Thomæ 2. 2. *Quæst.* 63. *Artic.* 2. & *Quæst.* 185. *Artic.* 3. vbì & interpretum. Conveniunt vtriusque professionis Auctores, quorum innumeros cõglobant relati.

Sed rogitabis: quisnam censendus est indignus? Quid in candidato scrutandum erit, vt hoc nomen effugiat? Et quidem in genere dictum esto: * Indignus
48 est qui dotibus caret ministerio, cui præficitur, necessarijs. Sanchez *D. Cap.* 1. *Dub.* 2. *Num.* 13. Gutierrez *D. Cap.* 11. *Num.* 64. Enimverò animi bona naturam humanam perficientia (vt ait D. Thomas 2. 2. *Quæst.* 63. *Art.* 2. *in Corp.* & *Quæst.* 485. *Artic.* 3. & *Quodlibet.* 6. *Quæst.* 5. *Art.* 9.) duas considerationes sortiuntur. Prima est absoluta, quatenùs animi dotibus existit vir bonus; sicque dignior erit Deo gratior, & bonis supranaturalibus instructior. Alia respicit hominem, vt optimum civem, quoquò publici muneris admovendus
49 sit. * In hâc ergo consideratione desumitur dignitas; seu conformitas ad officium; ideoque qui hâc parte præpolleat, cæteris, vel iustioribus præponetur. Carolus Maranta *Par.* 2. *Resp.* 2. *Num.* 26. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 2. *Cap.* 1. *Num.* 66. & 67. Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 4. *Cap.* 12. *Num.* 30. Optimum itaque civem efformant, hæc potissimùm: Morum puritas, pro muneris qualitate scientia; rerunque agendarum industria. Sic cum D. Thomâ citati iam. Ad eas namque reducuntur virtutes, quascunque in Magistratu desiderant civilis artis peritissimi, inibì ambitiosè diserti.

Con-

Consule Contzenos, Scribanios, ChoKierios, Besoldos, Tympios, Lipsios, Marquezios, Cominæos, Bovadillas, Mastrillos. Accuratè D. Bernardus *de Considerat. Cap.* 4. Omphalius *de Vsurpat. Leg. Lib.* 3. *Cap.* 13. Adamus Kellerius *de Offic. Iuridico-Politic.* Ioannes Maria Campana *de Requisit. ad Commẽd. Iud. Creat.* Plures tibi habe: Vbì de cæteris secundæ clasßis dotibus: stirpe, ætate, opibus, formâ, gratiâ populi, patriâ, & si quæ alia.

51 Deindè, illa * considerantor non metaphysicè, sed moraliter; id est non prout abstrusam quandam excellentiam efficiunt, in sese volutam; sed prout in aptitudinem practicam conspirant. Qualitèr inter Academicorum suggestuum petitores, non semèl quisquam occurrit, argutioribus studijs, & in literariâ pugnâ vincere compositus: qui alteri iure postponatur, ingenij quanvìs ignobilioris, magìs tamen realibus, quàm phantasticis literis versato: quippe doctrinæ suæ communicandæ aptior. Non enim simplicitèr doctior dignior putatur; sed simplicitèr aptior ministerio, D. Thomas, Covarruvias, Gutierrez, Bañez, Lugo, Sanchez, & alij locis adductis.

Prætereà adnotandum est circa easdem qualitates,
52 * harum minimè intuendam seorsìm vllam, sed totum simul corpus earum: Vsuvenit enim non semèl in aliquô à cæteris quandam summum versus aberrare, quem non ideo præstàntisßimum dixeris, sed imparem ei, è cuius meritis nullum est invidiosè conspicuum, sed omnia parilitas iusta decôrat. Quæ prudentis arbitrio subijcienda. Hæc, cæteraque, vndè dignitas, & merita velut staterâ pendantur, ad quæ diggredi non vacat, facilè à suprà datis Auctoribus erudieris.

Deniquè requisitas qualitates dispensatori munerum esse prævisas oportet. * Ideoque, quod ad animi
53

rea-

reatum pertinet, tantundem est debitam explorandi sedulitatem prætermittere, ac immerito explorato munus supponere: Vt optimè Mercadus *de Cōtractib. Lib. 6. Capit. 17.* Sequitur Gutierrez *vbi supr. Num. 42.* Vt cuique perspectum. Nempè elector incuriùs se discrimini exponit incidendi in ineptum; ideò lethali damnatur à Salono *de Iustic. & Iur. Quæst. 63. Art. 2. Contr. 1. & Contr. 6. in fin.* Bañez *eod. Tract. Quæst. 63. Artic. 2. Dub. 1.* Armilla *Verb. Electio*, ex Panormitano *in Cap. Bonæ memoriæ 4. de Postulat. Prælat. & in Capit. Scriptum 40. de Elect.* Bartholomeus de S. Fausto *D. Disput. 28. Quæst. 7. Num. 6.* Sanchez *vbi sup. Dub. 36. Num. 5.* Lugo *Tom. 2. de Iustit. Disput. 34. Sect. 2. Num. 12.* Lessius *D. Cap. 32. Dub. 3. Num. 17.* Ledesma *D. Tract. 7. Conclus. 5. Diffic. 3.* ⋆ Nec quid pollebis perpenditur, sed
54 quid polleas. Hìc superventuræ aptitudinis nulla ratio habetur, sed existentis duntaxàt. Raudensis *Decis. Pisan. 33. Num. 11.* Fabius Monteleo *in Prax. Arbitr. Part. 1. Quæst. 6.* Rodericus Suarez *Allegat. 12. Num. 23.* Rovitus *Sup. Pragm. 7. de Baronib. Num. 25.* Valenzuela *Cons. 76. Num. 47.* Mastrillus *de Magistratib. Lib. 2. Cap. 1. Num. 68.* firmat ex notissimis Iuris principijs Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib. 2. Cap. 7. ex Num. 60.* Nec sufficit eligendum non indignum apparere, sed incumbit electori nosse (vt vocant positivè) merita promovendi. Ratio est; nam electio actus est volūtatis: igitur præire debet intellectus, qui de occultis nequit iudicare *Auth. vt iud. sin. quoq. suff. §. Eos autem.* illìc: *Testimonium habens quidem, quia sit optimus.* Nec transeunda, *L. 1. Titul. 4. Lib. 7. Recopil. Mandamos que en los oficios, que vacaren por renunciacion, que se reciba informacion de la calidad, y habilidad de la persona en quien se renunciare, y seyendo tal, le proveeremos: y en los que vacaren por muerte, ó en otra manera, ternemos informaciō de las personas convenientes.* Penetrarat quidem quantum curæ

rei debeatur sublimis ille artis Regiæ Professor, non
55 tam imperio, licèt summo, quàm consilio potens ★ Philippus II. cuius in muneribus dispensandis, entheis maximè dignitatibus providentiam accuratissimam, Hispania florenti adhùc memoriâ celebrat, scriptisque commendarunt Cardinalis de Lugo *D. Disp.* 35. *Sect.* 2. *Num.* 8. & Gutierrez D. *Cap.* 11. *Num.* 2.

Iam ad ictum argumenti perventum est. Eccè enim mortiferè delinqueret Lex nostra, si in officia quæ cunque sustulisset inexploratos Officialium liberos, indignos sanè. Quandoquidèm tam inter scelera ponitur de promovendo non inquirere, quàm notam indig nitatem non repudiare. Nec in aptitudine præsumptivâ sistere valuit religiosus Princeps desumptâ ex similitudine, derivatione, communicatione, & imitatione morum, vt non rarò patrissari solet. Iniquum enim se Imperator gessisset, committendo mendaci presumptioni populares habenas, prostituendoque commune bonum sortis ludibrio, vt sub incertitudine casuri Magistratûs in vitam degenerem, Resp. inter spem, atque metum, sub fortunâ precariò viveret. ★
56 Porrò quanta sit hæc inconsulta honorum delatio malorum origo, ad fastidium politici Scriptores, quorum plures Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 4. *Cap.* 4. *Num.*
57 7. & nos confestìm. ★ Verè contingentibus futuris provincias committere, quid aliud est ac eas sortiri? Incognitò capiti fasces traduntur, aleam iecimus, si parentem imitatur, senionem habemus, si in canem degenerat, perimus. Affluentèr, & acritèr hanc electionum temeritatem, spesque fallaces admitti, insectatur Philo *de Creat. Princip.* vbi postquàm ad cæterarum artium vsum non fortunosæ notitiæ magistros quæritari perpendit, superaddit: *Civitates magnas, populosas, plenas habitatoribus, earumque administrationem, & curam rerum privatarum, ac publicarum, sacrarum, ac*

pro-

prophanarum, quam meritò quis artem artium, & scientiam scientiarum dixerit, committemus incertæ rei, fortuitæque, reiecto veritatis examine? Est autem veritatis examen rationabilis probatio. Ideò * pueris beneficia credi du-
58 rum est, & incommodum, etiam si optimè præparadiatæ indolis: Dignitas enim non spem, sed rem dicit. Dixit Sotus *de Iustit. Lib. 3. Quæst. 6. Artic. 2. in fin.* Salonus etiam *de Iustit. Quæst. 63. Artic. 2. Contr. 1. Pueri* (inquit) *& si sint bonæ indolis, non sunt digni in re, sed in spe: eligendus autem debet esse dignus in re.* Et Aragonius *in 2. 2. Quæst. 63. Artic. 2. Conclus. 4.* ait: Quòd id rarissimò audendum est, fallit enim vltra modum expectationis in-
59 genium. Beatè Seneca *Epist. 10. * Spes incerti boni nomen est.* Seu dubij pulchrius nomen. Non dubitatione labo-
60 rantibus, * non ipso munere periclitandis, sed expertis publica patent. Egregriè discernit D. Bernardus *de Considerat. Lib. 4. Cap. 4. Hoc tibi persuade, qui admittendi sunt difficilè in Curia posse probari: & ideò si fieri potest, viros probatos oportere eligere, non probandos. Nos in Monasterijs omnes recipimus spe meliorandi: at Curia bonos faciliùs recipere, quàm facere consuevit. Quòd si plures in eâ defecisse bonos, quàm malos profecisse probavimus, quærendi sunt, quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vt pote iam perfectis.* Hinc Magonius *de Rect. Patroc. rat. Capit. 41. Num. 29.* ex Barbatiâ, & Pennensi tradit neminẽ in Advocatorem collegium admittendum, nisi artem noverit, nèc excusandum quòd pòst addiscere possit. Addiscat vtique, sed privatus: nunc abeat.

Maneat igitur paterna merita solitaria non exple-
61 re dignitatem: propria vestiganda. Aliàs cùm * sanguis non primariò ad munus pertineat. (Sola enim virtus, *sola sapientia est* (teste Cassiodoro *Lib. 6. Epist. 10.*) *quæ honores meretur, totum aliud extrinsecus venit. Sola est prudentia, quæ rebus omnibus antefertur, quandò in homine feliciter invenitur*) qui tali titulo munus largiatur, per

so-

ſonam prorsùs accipeet iuxta D.Thomam 2. 2. *Quæſt.* 63. *Artic.* 1. *in Corp.* Audi Abulenſem *in Cap.* 1. *Deuter. Quæſt.* 9. *Conditiones perſonarum aliquæ ſunt pertinentes ad meritum rei, quæ datur: aliquæ ſunt impertinentes. Quandò autem aliquis aliquid concedit, vel diſtribuit propter cõditionem perſonæ impertinentem ad meritum rei, perſonam accipit: ſi autem conditionem perſonæ ad meritum pertinentem reſpiciat, perſonam non accipit: vt ſi aliquis Epiſcopus det alicui beneficium, quia potens, dives, vel conſanguineus, ſive dilectus, licèt conditiones perſonæ ſint, quia tamen nõ pertinent ad meritum rei collatæ, acceptor perſonæ eſt: ſi autem conferat, quia bonæ converſationis, & ſcientiæ convenientis eſt; quia ad ſuſcipiendum habilitant: cauſarum, & non perſonarum acceptor eſt. Si autem obijciatur, quòd in moralibus oportet perſonam conſiderare; quia eſt vna de circunſtantijs, ſcilicet cui. Reſpondetur, quòd perſona non eſt circunſtãtia actus accipiẽdo ſimplicitèr, ſed referẽdo perſonam ad cõditionem perſonæ meritoriam, vel demeritoriam, pertinẽtem, vel impertinentem.*

Quamobrèm ſi publico bono expediat filiorum
62 remuneratiò, non ita fieri oportet, vt publicô malô fiat: * Quod in favorem Reip. inductum eſt, ne in ipſius perniciem perficiatur *L. Nulla* 24. *ff. de Legib. L. Quod favore* 6. *C. Eod. Cum ſimilibus.* Gratianus *Forenſ. Cap.* 551. *Num.* 21. Surdus *Deciſ.* 195. Berlichius *Part.* 1. *Concluſ.* 74. *de Arreſto, Num.* 134. Eruditè Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 2. *Cap.* 24. *Num.* 68. Adeone nil omninò eſt, vndè his gentilibus petitoribus donaria ſint, niſi ex faſcibus, ex tribunalibus? Hùc potiſsimùm recaſura eſt petitionis ingratia? In aliô tertiô conſilio amicemur. Caveamus ne quid Reſp. detrimenti capiat. * Donentur quidem, ſed aliundè. Sciunt
63 vndè, ſciunt quæ conferenda ſint præmia, qui cætera conferunt. Si res ſic procedat, nemo eſt, cui non verterit felicitèr; ſin alitèr, nemini. Quòd ſi ad arbitros de-

fc-

ferenda est lis non ambigua, iuvat advocare, Tapiam Marquez, Scribanium, & Menochium. Primus *de Tripl. bono, Lib.3. Fol.384. Colum.1. Neque est* (inquit) *in liberà civitate ferendum censui, & imaginibus honores populi delegari, viris bonis spretis, qui animi alacritate, & moderatione vitæ, Reip. personam sustinere facilè possent, atque omnium saluti prospicere. Nam si ad generis decus animi accedat industria; nobilitati prorsus Resp. credenda est. In hoc enim ordine, vbi generosus ille animi ardor incalere cœpit, res arduas altasque suscipiens: magnæ sæpè virtutes, singularesque existunt. Quòd si qui fortè erunt, qui nobilitatis a Maioribus partæ prætextu aliquò, attenuati fortunis, fide lapsà, aut existimationis alioquì famà periclitante, credi sibi Remp. aut partem aliquam volent: ij publicarum rerum gubernaculis admovendi non sunt. Stultum est enim ob generis dignitatem sic gratificari cuipiam, vt publica salus in discrimē aliquod, periculumque incurrat. Qui si iam erunt, à populò beneficiorum memòre, præsidio fovendi: modis alijs sublevandi sunt, non cum publicò naufragio erigendi. Si tamen quis erigi honestè postulat, Reip. suæ statu labante. Præstat enim in vnum aliquem minùs videri officiosum: quàm salutis publicæ haberi parùm memorem. Cùm præsertìm multis in rebus eiusmodi viris commodari alitèr posit. Vt si iam de fortunis suis, capite, vel famà dimicare videātur (quòad æquitas feret) sint protegēdi: sarti tectique præstādi: dum modò intelligatur, hoc illis in gratiam datum esse parētum. Publicè siquidem interest, eorum aliquam haberi rationem, qui de Rep. aliquādò benemeriti sunt.*


In eandem sententiam Marquez *en el Gover. Christian. Lib.2. Cap.3. in Fin.* è vulgari Latinus: *Hæc verò præmiandi ratio* (nempè filium officiò paterno) *absque publici boni detrimēto tractanda est, quemadmodùm Deus in Aarone Mosseque fratribus se gesit, adiudicās speciali sacramento, alterius domus Sacerdotium, & ab alterius non leviori cōsilio regnum abducens, totque commodis perspectis in illò*

bus) ideoque valdè non prudentes suspicor: nec prudentiorem Constantinum, qui eos ad rerum habenas reponeret, credo; nec prudētissimos, qui id de Imperatore cogitarent, autumo.

Cùm ergo excursæ dotes minimè generationi subsint, iura prudentissimè agunt, ★ dum sanguinis solà
34 præsumptione munera conferre repugnant. Hùc eligans extat, & aptissima, *L.7.Titul.2. Lib.7. Ordin.* illic: *Porque puesto que se presuma, q̄ la persona que tiene la Alcaldia, ò el Officio publico, es digno, y habil para exercer, no se sigue por eso, que lo serà el fijo, ò el hermano: ca la escritura, y la esperiencia nos faze ciertos, que muchos fueron buenos, y tuvieron fijos malos, y muchos fueron amigos de Dios, que sus hermanos fueron aborrecidos del. Y seria muy errado pensamiento, pensar que el don, y gracia de bien governar se dirige de padre en fijo, de vna persona en otra.* Optimè quoquè Baldus *in Cap.1. Lect.2. Num. 15. de Iudic. Si autem* (inquit) *non est iurisdictio orientalis, sed accidentalis, in eà non succedit hæres, etiam filius: nisi ex consuetudine, vel ex privilegio: quia non est eadem persona patris, & filij in prudentià, neque fide. Imò à communitèr accidentibus nimis sapiens generat stolidos, vt patet in Roboam filio Salomonis. Ideoque iuramenta fidelitatum renovantur à filijs: quia nescimus quales sint futuri. Porrò prudentiæ virtutes non sunt ex radice, sed ex animi virtute, ff. de Curat. furios. L. Cuius bonis, de Supplend. neglig. Prælat. Cap. Grandi. Et notat. in L. Tutela, ff. de Tutel.* Ad rem multa Nevizanus *in Sylv. Nupt. Lib.4. Num.127.* Et ex multis quòd ★ in adven-
35 titijs nemo præsumatur idoneus, vt scientià, & prudentià Mascardus *de Probat. Conclus. 878. Verb. Idoneus Num.4. & Concl. 526. Verb. Divitem, & Conclus. 737. Verb. Facultates,* Menochius *de Præsumpt. Libr. 1. Quæst. 24. Nu. 51. & 52. & Præsumpt. 58. Num. 12. Lib. 6.* Raudēsis *Decis. Pisan. 37. Num. 301.* Capycius Galeota *Lib. 1. Contr. 32. Num. 31.* Hyeronimus à Laurentijs *in Re-*

pet. L. Si emancipati 9. C. de Collat. Num. 128. qui constantèr asseverat, quòd nemo nascitur Artifex; Clericus, neque Notarius. Et est videre hominem solicitum, vt theorema muniat Auctoribus Innocentio, Panormitano, Decio, Craverâ, & Chassenæo: Verùm quidne nos in illum iocamur, tanquam in eum inciderimus Philosophum, qui face meridiē illustraturus perrabat; nos, inquam, qui nō longè obscurioribus diem faciendum inculcavimus?

Lineæ igitur omnes huius §. eò coincidant, vt verosimile non sit Imperatorem nostrum in paternum munus quoscunque natos inexploratâ sufficientiâ citasse. Enormis enim error fuisset, in munijs distribuendis, negocio in primis Reip. intimô, parentum duntaxàt meritis duci, & spe, quòd proles à maioribus avia non fiet, spe, inquam, cuius fundamina quàm infirma inspeximus: cùm illæ dotes, quæ maximè meritum reddunt moderantem, non qualis fuerit auctor familiæ curent, sed quales præludium fecerint vigilantia, disciplina, cùm animi mera ornamenta immaterialia non sint obnoxia genitori, cùm nec morum quicquam, nisi prout inclinaverit, aut connixerit corporeus ipse genius, quem etiam perfectâ cum parilitate prodire, ambiguum, incertum est, quin arduum, & rarius.



§. II.

INIVSTE etiam se gessisset, illâ spe natos eligens ad officia Lex nostra, in divinam enim legem deliquisset, quâ minis lethalibus cavetur, ne munera conferantur indignis. Quod assertum, vt pleniùs elucescat, iuvat rem altiùs exordiri, & Christiani iuris apicibus teneri:
36 * quid Principi liceat, quid electori in candidatorum merita? quatenùs ea rigenti examine perscrutanda, prænoscenda, quantæque ex oppositâ eligendi ratione, Reip. clades oboriantur.

Illi ergo, qui licentiùs dixere, hoc summũ est, quod ausi sunt: Cùm plures ex dignitatis petitoribus apti, capaces reperiuntur, & dignitatum quidem fas est quenque deligere; etiamsi aliquis eorum cæteris superemineat, qui absque repellentis crimine repudiari potest: quia satis obligationi fit lecto capaci. Sed non tamen tantâ cum latitudine id pronunciant Doctores, vt omnes dignitatum, electionumque rationes circumeat: plures enim hâc vtuntur distinctione: Ad sacra dignitates spectant, an ad prophana? Si primum; in Ecclesiasticis, alia sunt, quorum curæ non incumbit animorum salus, * queis dignissimum imponi non vrget obli-
37 gatio; secùs si animæ curandæ sint. Ab hâc parte stant multi apud Sanchez *in Conf. Moral. Lib. 2. Cap. 1. Dub. 2. Num. 20.* Cardin. de Lugo *de Iustit. Tom. 2. Disp. 35. Sect. 2. á Num. 11.* Gutierrez *Canon. Quæst. Libr. 2. Cap. 11. Num. 12 & 28.* Dianam 1. *Tom. 2. Part. Tract. 15. Resolut. 37.* Sententia laxari finitur eis, queis ius inest
38 conferendi liberali promotione beneficia, * vt Summo Pontifici, Regibusque, vtì nempè plus possint in admittendo præ digniori dignum. Reginaldus *Tom. 2. Lib. 30. Cap. 14. Num. 197.* Diana *Resolut. 40. D. Tract.*
39 *15.* Qui prætereà 3. *Part. Tract. 15. Resol. 110.* * Restri-

ctiones adducit duodecim alias, de quibus Sanchez *vbi proximè Dub.4. cum seqq.* Lugo *Sect.* 3. Ioannes Maria Novarius *in Collect.2. ad Pragm. de Offic. & quibus probib.* Vlteriùs Raudensis ad novem & decem cōgessit *Decis. Pisa.* 35. Quibus circūsepiuntur quotquot in hâc materie disputationem subire possunt.

40 In sæcularibus verò (sic prophana vocant) * meritissimum amovere, & ab eô dignos admovere posse collatorem, sectantur Burgos de Paz *in Proœm. Leg. Taur. Num.* 175. Caietanus *in Summ. Verb. Electio Officialis.* Probabilem censent Vazquez *Opusc. de Benefic. Cap.* 2. §. 3. *Dub.* 13. *Num.* 97. Ledesma *in Summ.* 2. *Tom. Tractat.* 7. *Conclus.* 16. *Diffic.* 5. Tutam prætereà in praxi Turrianus 2.2. *Disput.* 23. *Dub.* 1. *Num.* 5. & 6. Et in totâ, quâ patet amplitudine, Lugo *de Iustit. & Iur. Disputat.* 34. *Sect.* 2. licèt praxeos incommoda non inficiatus.

41 Secunda sen tentia, huic, sequētique media primam coërcet: vt si officia deferat * Princeps, vel ex exteris adciscere valens, liberum ipsi sit digniori omisso, dignum adsumere. Sanchez *vbi suprà Num.* 15. *Dub.* 36. Diana 4. *Part. Tract.* 4. *Resolut.* 172. In quam adduci potest Bañez *ad* 2.2. *Quæst.* 63. *Art.* 2. Dub. 6. *Versic. Quarta Conclusio.* In eam capiendus Caietanus *vbi sup.* dum vinculum culpæ mortalis, in sufficiente idoneum, nullum videt. Quòd si non ad Principem pertineat; sed *

42 ad suffragia devolvatur provisio, & intra cives, seu Reip. membra contrahenda sit; tunc etiam subdivisio locum habet: Vel munera non conferunt iura dare, iustitiam exercere, vel id ijs adnectitur: in vltimô eventu nefas erit dignissimi repulsa, aliàs in aliô. Salonus *in* 2.2. *Quæst.* 63. *Art.* 2. *Contr.* 9. Mercado *de Contract. Lib.* 6. *Cap.* 17. Sanchez D. *Cap.* 1. *Num.* 11. & 12. *Dub.* 36. Villalobos *in Summ. Tract.* 8. *Diffic.* 6. *Num.* 7. Bartholomeus à S. Fausto *in Specul. Confess. Disp.* 28. *Quæst.*

34 *Num.* 1. Lessius *de Iust. Lib.* 2. *Cap.* 32. *Dub.* 4. *Num.* 21.

Acceptior tamen sententia tuetur generatìm * nõ
43 licere salvâ conscientiâ, meritissimum electione præterire, quantunvìs promotus dignus fuerit; qui tamen repulsum non æquet. Molina *de Hispan. Primog. Libr.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 66. Menchaca *Contr. Illust. Libr.* 1. *Cap.* 43. *Num.* 12. Turrianus *in* 2. 2. *Disp.* 23. *Dub.* 1. *Num.* 6. Fontanella *Decis.* 212. *Num.* 11. & 12. Gutierrez *Lib.* 2. *Canonic. Capit.* 11. *Num.* 42. Capycius Galeota *Resp. Fisc.* 12. *Cap.* 3. *Num.* 59. Plurimique coacti â Dianâ 1. *Tom. Tract.* 15. *Part.* 2. *Resolut.* 63. *Vers.* Dico *Secundò.*

44 Hæc de scelere omittentis dignissimum. * Nec ob noxium fieri restituere noxam Reip. aut Ecclesiæ, ipsive omisso vt verius, & praxi tutius defendunt Covarruvias *in Cap. Peccatum, Part.* 2. §. 7. *Num.* 6. Gutierrez D. *Cap.* 11. *à Num.* 49. Malderus 2. 2. *Quæst.* 62. *Ar.* 2. *Disp.* 5. *Conclus.* 2. Pesantius 2. 2. *Tract.* 9. *Cap.* 2. *Dubio* 4. Castro Palao *Tract.* 13. *de Benefic. Disp.* 2. *Punct.* 11. §. 4. *Num.* 3. Sanchez *Dub.* 45. *Num.* 15. contrariâ ex multis suâ cum probabilitate relictâ, quæ probabilior apparet Ioanni Crucio *in Direct. Confessor. Præcept.* 7.
45 *Quæst.* 7. *Art.* 2. *Dub.* 11. *Conclus.* 3. Maximè * in beneficijs per concursum, vbì Lugo censet longè verissimam *Disput.* 35. *Sect.* 6. *Num.* 86. & Diana *Part.* 4. *Tractat.* 4. *Resol.* 210. Acceduntque ad partes plurimi ex Solorzano *de Indiar. Guber. Lib.* 3. *Cap.* 15. *Num.* 66. Com
46 pos vero voti * dignus, dummodò digniorem excludat absque dolô; nec culpâ, nec restitutione implicatur; vt apud citatos auctores certius habetur.

En qui plus divina iura lentavere, solùm inter dignos diggladiâtur; quippe aliàs cunctis statutum est,
47 nullum licere mortalium * indignum ad Ecclesiastica, vel sæcularia munera præferri, *Cap. Cum in cunctis* 7. &

Cap.

Cap. Nihil est 44. & ibì passim *de Elect. L.* 1. *C. de Infam. L. Si aliquid* 12. *C. de Susceptor. Libr.* 10. *L.* 2. *C. de Dignitatib. L.* 2. *C. de Palat. sacr. larg. Libr.* 12. cum innumeris. Qui secùs faxit, in vtranque iustitiam impinget Distributricem, Commutatricemque. Restitutioni manet obstrictus. Quò in facinore communicant, tam supremus, quàm subiecti rerum moderatores. Quæ dogmata sunt D. Thomæ 2. 2. *Quæst.* 63. *Artic.* 2. & *Quæst.* 185. *Artic.* 3. vbì & interpretum. Conveniunt vtriusque professionis Auctores, quorum innumeros cõglobant relati.

Sed rogitabis: quisnam censendus est indignus? Quid in candidato scrutandum erit, vt hoc nomen effugiat? Et quidem in genere dictum esto: * Indignus
48 est qui dotibus caret ministerio, cui præficitur, necessarijs. Sanchez *D. Cap.* 1. *Dub.* 2. *Num.* 13. Gutierrez *D. Cap.* 11. *Num.* 64. Enimverò animi bona naturam humanam perficientia (vt ait D. Thomas 2. 2. *Quæst.* 63. *Art.* 2. *in Corp.* & *Quæst.* 485. *Artic.* 3. & *Quodlibet.* 6. *Quæst.* 5. *Art.* 9.) duas considerationes sortiuntur. Prima est absoluta, quatenùs animi dotibus existit vir bonus; sicque dignior erit Deo gratior, & bonis supranaturalibus instructior. Alia respicit hominem, vt optimum civem, quoquò publici muneris admovendus
49 sit. * In hâc ergo consideratione desumitur dignitas; seu conformitas ad officium; ideoque qui hác parte præpolleat, cæteris, vel iustioribus præponetur. Carolus Maranta *Par.* 2. *Resp.* 2. *Num.* 26. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 2. *Cap.* 1. *Num.* 66. & 67. Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 4. *Cap.* 12. *Num.* 30. Optimum itaque civem efformant, hæc potissimùm: Morum puritas, pro muneris qualitate scientia; rerumque agendarum industria. Sic cum D. Thomâ citati iam. Ad eas namque reducuntur virtutes, quascunque in Magistratu desiderant civilis artis peritissimi, inibì ambitiosè diserti.

Con-

Consule Contzenos, Scribanios, ChoKierios, Besoldos, Tympios, Lipsios, Marquezios, Cominæos, Bovadillas, Mastrillos. Accuratè D. Bernardus *de Considerat. Cap*.4. Omphalius *de Vsurpat. Leg. Lib*.3.*Cap*.13. Adamus Kellerius *de Offic. Iuridico-Politic.* Ioannes-Maria Campana *de Requisit. ad Commed. Iud. Creat.* Plures tibi habe: Vbi de cæteris secundæ classis dotibus: stirpe, ætate, opibus, formâ, gratiâ populi, patriâ, & si quæ alia.

51 Deindè, illa ★ considerantor non metaphysicè, sed moraliter; id est non prout abstrusam quandam excellentiam efficiunt, in sese volutam; sed prout in aptitudinem practicam conspirant. Qualitèr inter Academicorum suggestuum petitores, non semèl quisquam occurrit, argutioribus studijs, & in literariâ pugnâ vincere compositus: qui alteri iure postponatur, ingenij quanvìs ignobilioris, magìs tamen realibus, quàm phantasticis literis versato: quippe doctrinæ suæ communicandæ aptior. Non enim simplicitèr doctior dignior putatur; sed simplicitèr aptior ministerio, D. Thomas, Covarruvias, Gutierrez, Bañez, Lugo, Sanchez, & alij locis adductis.

Prætereà adnotandum est circa easdem qualitates.
52 ★ harum minimè intuendam seorsìm vllam, sed totum simul corpus earum: Vsuvenit enim non semèl in aliquô à cæteris quandam summum versus aberrare, quem non ideo præstantissimum dixeris, sed imparem ei, è cuius meritis nullum est invidiosè conspicuum, sed omnia parilitas iusta decôrat. Quæ prudentis arbitrio subijcienda. Hæc, cæteraque, vndè dignitas, & merita velut staterâ pendantur, ad quæ diggredi non vacat, facilè à suprà datis Auctoribus erudieris.

Deniquè requisitas qualitates dispensatori munerum esse prævisas oportet. ★ Ideoque, quod ad animi
53

rea-

reatum pertinet, tantundem est debitam explorandi se dulitatem prætermittere, ac immerito explorato munus supponere: Vt optimè Mercadus *de Cōtractib. Lib. 6. Capit.* 17. Sequitur Gutierrez *vbi supr. Num.* 42. Vt cuique perspectum. Nempè elector incuriùs se discrimini exponit incidendi in ineptum; ideò lethali damnatur à Salono *de Iustic. & Iur. Quæst.* 63. *Art.* 2. *Contr.* 1. *& Contr.* 6. *in fin.* Bañez *eod. Tract. Quæst.* 63. *Artic.* 2. *Dub.* 1. Armilla *Verb. Electio*, ex Panormitano *in Cap. Bonæ memoriæ* 4. *de Postulat. Prælat. & in Capit. Scriptum* 40. *de Elect.* Bartholomeus de S. Fausto D. *Disput.* 28. *Quæst.* 7. *Num.* 6. Sanchez *vbi sup. Dub.* 36. *Num.* 5. Lugo *Tom.* 2 *de Iustit. Disput.* 34. *Sect.* 2. *Num.* 12. Lessius D. *Cap.* 32. *Dub.* 3. *Num.* 17. Ledesma *D. Tract.* 7. *Conclus.* 5. *Diffic.* 3. ★Nec quid pollebis perpenditur, sed
54 quid polleas. Hìc superventuræ aptitudinis nulla ratio habetur, sed existentis duntaxàt. Raudensis *Decis. Pisan.* 33. *Num.* 11. Fabius Monteleo *in Prax. Arbitr. Part.* 1. *Quæst.* 6. Rodericus Suarez *Allegat.* 12. *Num* 23 Rovitus *Sup. Pragm.* 7. *de Baronib. Num.* 25. Valenzuela *Cons.* 76. *Num.* 47. Mastrillus *de Magistratib. Lib.* 2. *Cap.* 1. *Num.* 68. firmat ex notissimis Iuris principijs Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 2. *Cap.* 7. *ex Num.* 60. Nec sufficit eligendum non indignum apparere, sed incumbit electori nosse (vt vocant positivè) merita promovendi. Ratio est; nam electio actus est volūtatis: igitur præire debet intellectùs, qui de occultis nequit iudicare *Auth. vt iud. sin. quoq. suff.* §. *Eos autem.* illìc: *Testimonium habens quidem, quia sit optimus*: Nec transeunda, *L.* 1. *Titul.* 4. *Lib.* 7. *Recopil. Mandamos que en los oficios, que vacaren por renunciacion, que se reciba informacion de la calidad, y habilidad de la persona en quien se renunciare, y seyendo tal, le proveeremos: y en los que vacaren por muerte, o en otra manera, ternemos informaciō de las personas convenientes.* Penetrarat quidem quantum curæ

rei debeatur sublimis ille artis Regiæ Professor, non
55 tam imperio, licèt summo, quàm consilio potens *
Philippus II. cuius in muneribus dispensandis, entheis
maximè dignitatibus providentiam accuratissimam,
Hispania florenti adhùc memoriâ celebrat, scriptisquè
commendarunt Cardinalis de Lugo *D. Disp.* 35. *Sect.* 2.
Num. 8. & Gutierrez D. *Cap.* 11. *Num.* 2.

Iam ad ictum argumenti perventum est. Eccè
enim mortiferè delinqueret Lex nostra, si in officia quæ
cunque sustulisset inexploratos Officialium liberos,
indignos sanè. Quandoquidèm tam inter scelera poni-
tur de promovendo non inquirere, quàm notam indig
nitatem non repudiare. Nec in aptitudine præsum-
ptivâ sistere valuit religiosus Princeps desumptâ ex si-
militudine, derivatione, communicatione, & imita-
tione morum, vt non rarò patrissari solet. Iniquum
ènim se Imperator gessisset, committendo mendaci
presumptioni populares habenas, prostituendoque
commune bonum sortis ludibrio, vt sub incertitudine
casuri Magistratûs in vitam degenerem, Resp. inter
56 spem, atque metum, sub fortunâ precariò viveret. *
Porrò quanta sit hæc inconsulta honorum delatio ma-
lorum origo, ad fastidium politici Scriptores, quorum
plures Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 4. *Cap.* 4. *Num.*
57 7. & nos confestìm. * Verè contingentibus futuris
provincias committere, quid aliud est ac eas sortiri?
Incognito capiti fasces traduntur, aleam iecimus, si
parentem imitatur, senionem habemus, si in canem
degenerat, perimus. Affluentèr, & acritèr hanc ele-
ctionum temeritatem, spesque fallaces admitti, inse-
ctatur Philo *de Creat. Princip.* vbì postquàm ad cætera-
rum artium vsum non fortunosæ notitiæ magistros
quæritari perpendit, superaddit: *Civitates magnas, po-
pulosas, plenas habitatoribus, earumque administrationem,
& curam rerum privatarum, ac publicarum, sacrarum, ac*

pro-

prophanarum, quam meritò quis artem artium, & scientiam scientiarum dixerit, committemus incertæ rei, fortuitæque, reiectò veritatis examine? Est autem veritatis examen rationabilis probatio. Ideò * pueris beneficia credi du-
58 rum est, & incommodum, etiam si optimè præparadiatæ indolis: Dignitas enim non spem, sed rem dicit. Dixit Sotus *de Iustit. Lib. 3. Quæst. 6. Artic. 2. in fin.* Salonus etiam *de Iustit. Quæst. 63. Artic. 2. Contr. 1. Pueri* (inquit) *& si sint bonæ indolis, non sunt digni in re, sed in spe: eligendus autem debet esse dignus in re.* Et Aragonius *in 2. 2. Quæst. 63. Artic. 2. Conclus. 4.* ait: Quòd id rarissimò audendum est, fallit enim vltra modum expectationis ingenium. Beatè Seneca *Epist. 10.* * *Spes incerti boni nomen*
59 *est.* Seu dubij pulchrius nomen. Non dubitatione laborantibus, * non ipso munere periclitandis, sed exper-
60 tis publica patent. Egregriè discernit D. Bernardus *de Considerat. Lib. 4. Cap. 4. Hoc tibi persuade, qui admittendi sunt difficilè in Curia posse probari: & ideò si fieri potest, viros probatos oportere eligere, non probandos. Nos in Monasterijs omnes recipimus spe meliorandi: at Curia bonos faciliùs recipere, quàm facere consuevit. Quòd si plures in eà defecisse bonos, quàm malos profecisse probavimus, quærendi sunt, quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vt pote iam perfectis.* Hinc Magonius *de Rect. Patroc. rat. Capit. 41. Num. 29.* ex Barbatiâ, & Pennensi tradit neminē in Advocatorem collegium admittendum, nisi artem noverit, nec excusandum quòd pòst addiscere possit. Addiscat vtique, sed privatus: nunc abeat.

Maneat igitur paterna merita solitaria non explere dignitatem: propria vestiganda. Aliàs cùm * san-
61 guis non primariò ad munus pertineat. (Sola enim virtus, *sola sapientia est* (teste Cassiodoro *Lib. 6. Epist. 10.*) *quæ honores meretur, totum aliud extrinsecus venit. Sola est prudentia, quæ rebus omnibus antefertur, quandò in homine feliciter invenitur*) qui tali titulo munus largiatur, per

so-

ferenda est lis non ambigua, iuvat advocare, Tapiam Marquez, Scribanium, & Menochium. Primus *de Tripl. bono, Lib. 3. Fol. 384. Colum. 1. Neque est* (inquit) *in liberâ civitate ferendum censui, & imaginibus honores populi delegari, viris bonis spretis, qui animi alacritate, & moderatione vitæ, Reip. personam sustinere facilè possent, atque omnium saluti prospicere. Nam si ad generis decus animi accedat industria, nobilitati prorsus Resp. credenda est. In hoc enim ordine, vbi generosus ille animi ardor incalere cœpit, res arduas altasque suscipiens: magnæ sæpè virtutes, singularesque existunt. Quod si qui fortè erunt, qui nobilitatis a Maioribus partæ prætextu aliquò, attenuati fortunis, fide lapsa, aut existimationis alioquì famâ periclitante, credi sibi Remp. aut partem aliquam volent: ij publicarum rerum gubernaculis admovendi non sunt. Stultum est enim ob generis dignitatem sic gratificari cuipiam, vt publica salus in discrimē aliquod, periculumque incurrat. Qui si iam erunt, à populò beneficiorum memore, præsidio fovendi: modis alijs sublevandi sunt, non cum publicò naufragio erigendi. Si tamen quis erigi honestè postulat, Reip. suæ statu labante. Præstat enim in vnum aliquem minùs videri officiosum: quàm salutis publicæ haberi parùm memorem. Cùm præsertìm multis in rebus eiusmodi viris commodari alitèr possit. Vt si iam de fortunis suis, capite, vel famâ dimicare videãtur (quòad æquitas feret) sint protegēdi: sarti tectique præstãdi: dum modò intelligatur, hoc illis in gratiam datum esse parẽtum. Publicè siquidem interest, eorum aliquam haberi rationem, qui de Rep. aliquãdò benemeriti sunt.*

In eandem sententiam Marquez *en el Gover. Christian. Lib. 2. Cap. 3. in Fin.* è vulgari Latinus: *Hæc verò præmiandi ratio* (nempè filium officiò paterno) *absque publici boni detrimēto tractanda est, quemadmodùm Deus in Aarone Mosseque fratribus se gessit, adiudicãs speciali sacramento, alterius domui Sacerdotium, & ab alterius non leviori cōsilio regnum abducens, totque commodis perspectis in illò*

continuando, quàm in hòc amovendo. Aliàs enim si, quoniam parens Neapolitanus fuerit, aut Peruanus Prorex, & in hàc provinciâ sc. Principi valdè probaverit, natus hæreditariò iure subrogandus esset, ingenti periculo subiacere posset electio, & actum esse de credita Rep. accidit enim non semel totam cum maximis viris mori prudentiam, ita vt nihil omninò eius superstes sit pro filijs, apprimè fatuis. Impensè igitur vestigabit Princeps gravissimo munerum ponderi non impares humeros, qui si fors, nec filio defuerint, in munera vocari licebit; sin is evaserit, qui nec patris desiderium satiare possit, nec in ipsius locum sufficí; aliundè fiat ei satis à Principe opus èst. Sunt & Regi bona libera; sunt & diversa munera, quæ impertiatur, divinam æmulatus sapientiam, cuius viæ vniversæ veritas sunt, & misericordia, quæ scilicet (vt interpres est Augustinus) nec sæviùs punit, nec iniquiùs remuneratur.

Tertiò promissus Scribanius *Politico-Christ. Lib.* 1. *Cap.* 28. *Irrepsit* (inquit) *nescio quæ, & occupavit non vltima regna consuetudo, vt parentum merita transeant in filios. Inter Aulæ & Regni Proceres, inter togæ Principes, militiæ Duces aliquis numeratur, cuius virtute, fortitudine, consilio Resp. stetit. Numerosa huic soboles, & obstrictum se parentum obsequijs Rex arbitratur; nec immuneratum filium vult abire. E Regio ærario grave est: ex Ecclesiâ remuneratio fit. Hunc proindè Canonicum, illum Abbatem, tertium Decanum, quartum Præpositum, quintum Episcopum, meritorum parentis præmium statuit. Munificus nimirùm Rex est, nec virtus hic provocat, sed sola parentis merita, tanquam si quis ineruditus, docto alienò calamo eruditus audiat: imperitus pictor, magni pictoris penicillo peritus habeatur. At spes est, non indignos muneribus fore. Quis aurigam, nauclerum, pistorem deligat, quis culinæ suæ coquum spe futuræ aliquandò peritiæ? Peritos deligimus, nec nudâ futurorum spe, nec parẽtum industriâ, in delectum ruimus. Eadem videas in omni omninò hominum genere, nemo in delectu, Maiorum, sed*

pe-

peritiæ rationem habet, etiam in ovium pastoribus, aratoribus, vinitoribus, hortulanis, stabularijs, piscatoribus. Soli nō rarò Canonici, Abbates, Decani, Præpositi, Episcopi periti nascuntur, tanquàm non fiant, sed Ecclesiasticis nati dignitatibus sint; & imperare, in re omnium maximâ; omnium difficillimâ sciant, qui nullius imperium passi sunt; eaque doceant, quæ nunquàm didicerunt, ac ne viderunt quidem: quæ si materna vbera decanare, aut episcopare docuerint, & à lacte didicerint, quæ viri docerent. Docta ò nimis vbera, in quibus Episcopalis erudita est infantia! felix vterus, in quò tota Episcopata, Decanata, Præpositata, Abbatisata, Canonicata est progenies! Videāt Reges, & Principes, quomodò Deo Ecclesiæ, suis, suorumque animabus satisfaciant.

Tandèm P. Menochius *Instit. Polit. ex Sacr. Script. Lib. 3. Cap. 16. Num 5.* sic fatur. *Illud cavendum est, ne dum studemus bonorum parentum filijs, aut in eos beneficia conferimus, continuò etiam putemus eos sempèr ad ea munera idoneos esse, quibus parētes eorum cum laude præfuerūt. Nā à magnorum parētum indole, ac sapiētiâ, filij nonnunquàm degenerant.*

Et quidem, si modus ab his doctoribus præscriptus exactè non servetur; longa malorum Ilas humanis rebus paratur. Tenebrescit enim * Resp. quam nobilis ig-
6.4 norantia gerit; dolenti capite ægrotat, turbatur, discerpitur, novis sapientibus exclusis, vt rectè Iulius Antonius Brancalassus *de Philosoph. Regia, Lib. 3. §. 20. ex Num.* 18. Huius rerum perturbationis maximè in causâ est, quòd vbì ad dignitates non optimos, sed magnorum liberos seligi aspectant homines; facilè nullus virtuti curat studere, vt *L. 13. Titul. 2. Libr. 7. Ordin.* edocuit: *Quando conoscen, que los oficios de honra se han de dar à los que fueren fallados buenos, y virtuosos, y no por ser fijos de los Oficiales, ò Alcaldes. Todos se esforçaràn à exercitarse en las virtudes, y bondad, por alcançar el premio de la honra. E si conoscen, que por esta via no lo han de alcan-*

çar

çar: ligeramente se bolverán á seguir los vicios. Ipsis quo-
65 que * honoribus offunditur ignominia *Cap.* 1. *de Pri-
vileg. L.* 2. *C. Si serv. aut libert.* ad Decur. *aspir. Auth. de
Sanctiss. Episcop.* §. *Sed hac quadam.* Hoc est, quod Bu-
bulcus, & Æmilius in Livio *Lib.* 9. *Capit.* 30. ad popu-
lum querebantur: *Deformatum ordinem pravà lectione
56 Senatus.* Quid? vel * ipsi ad fastigium sublato, nil ma-
gis ad dedecus, quàm ipsum fastigium. *Ignominiæ locô
apud indignum est dignitas:* ait Valerius *Libr.* 3. *Cap.* 7.
Nam vt Cheronensis Philosophus: *Si quis statuas parvu
las, atque ridiculas pedamentis, & basibus magnificis, at-
que sublimibus imponeret, multò minores ad aspectum propo-
neret, multoque magis ridendas: Ita sanè qui indignos digni-
tate, & honore, atque virtutis meritò pusillos in sublime ex-
tollit.* Quod deridiculi præcipuè nobis offerunt qui pa-
terna munia, & insignia, iudiciò, & experientià parvu-
li tractant. *Etenim* (ait *in Præcept. ger. Reip.* Plutarchus
ipse) *cùm videmus parvulos pueros parentum crepidas cona-
ri subligare sibi, aut coronas eorum capitibus suis imponere,
per iocum ridemus.* Multa Chassenæus *in Catalog. Glor.
Mund. Par.* 8. *Cons.* 29. Ponte *de Potestat. Proreg. Tit.* 3.
Cap. 5. *Num.* 13. Velazquez *de Optim. Princ. Libr.* 1. *Ad-
not.* 8. & *lib.* 3. *Adnot.* 13. Tunc putas, quòd ineptus il-
le ascendat tribunal? Imò theatrum; non iudex, sed
spectaculum. Qui, vt è Senecà vidisti, noluit sub vm-
brâ Maiorum latere, sed petulantèr fuit ambitiosus in
diem. Porrò diversissima est perspectivę ratio, in mores
hominum, ac in alia quævis. Quæcunque propiora,
acriùs nos advertunt, elata segniùs irritant aciem ocu
lorum. Nil aucupis visum fallit in eius manu falco, sed
vt in aëra solvitur ad prædam, decrescit volatu; supe-
riùs eunte, languet obtutus; quòd si altiùs se invehat,
extra oculos abijt. At in mortalibus, qui in eodem for-
tunæ locô tibi adhæret, aut non dispicis, aut despicis; si
efferatur, iam distans, spectandus apparet: quòd si ad

sum-

summa supervolet; tunc ad solis radios locati iam atomos discernis. Civiliter Plutarchus *vbi supr. Non enim qui Remp. gerunt, ijs tantùm de publicè dictis, factisque ratio est reddenda, sed & in cœnam eorum inquiritur, & cubile, & matrimonium, & quidquid serij, iocive agunt.* Hinc sentiendum adlabitur, quàm grave fuisse debeat indigno fatigari: id enim, vel si nullum aliud, acerbum supplicij genus esset, arcana vitia in diem fundere cogi.

67 11 Nec solùm promoto * ruina, sed ipsi quoque promoventi periculum impendit: *Sicut* enim *qui ligat lapidem in funda; ita qui tribuit insipienti honorem*, *Proverb. 26. Vers.* 8. Sic septuaginta, vbi Vulgata: *Sicut qui mittit lapidem in acervum, &c.* Funditor enim imperitus, dùm lapidem contorquendum gyro trahit, tum sibi, tum ei, quem missile offenderit, periculum rotat. Explicant P. Salazar ex D. Ambrosij sententia *Epist. 7.* Baeza *de Christo figur. Lib. 7. Cap. 7. § 34.* * Vndè adnotat, in divinæ

68 providentiæ beneficijs esse moderatoris magni filios patrio muneri incongruos, ab illo averti, à Moysis filijs, quos parens, Dei præcepto, adscito Iosue à successione deiecit. *Num. 27. Sume ad te ipsum Iosue filium Nũ. Quasi in electione Iosue prospiciatur Moysi, & familiæ eius. At Moyses habebat filios, & consobrinos filios Aaronis fratris sui. Qualis ergo vtilitas, aut gratia Moysi, quòd filij eius & consobrini repellantur, & prorsùs à cognatione, & Tribu extraneus eligatur in Principem? Nonne magis sibi assumeret filios, aut cognatos in Principes? Absit, qui enim idonei non sunt principatui, vt certè non sunt, qui non tales iudicantur apud Deum, à magna Dei gratia, & favore illis, & familiæ facto venit, quod minimè principatum accipiant.* Vt enim latè Seneca *de Benefic. Lib. 2. Cap. 14.* differit: si beneficium nociturum est, beneficij locò reponi debet; illud denegare. Insipida enim, aut impia pietas esset virulentum donum dilecto largiri. Prudens enim cavet

ei qui donatur: *Ne posit quandoque dicere ille amando me occidit*. Quàm malè conveniat indigno dignitas, quàm fatalis, exitialis, vidisti *in Cap. 4. ex Num. 2.* latè D. Thomas *de Erudit. Princip. Lib. 1. Cap. 1.* Iacobus Tapia *de Tripl. Bon. Lib. 2. Fol. 174.* Guevara *in Matth. 1. Observat. 17. Num. 17.* Baeza *vbi supr. Lib. 5. Cap. 17. §. 7.* Escovarius *de Pur. Sang. Quæst. 1. Proœm. §. 5. Num. 13.* & alij plures.

Destinaram huic capiti exhilarando sertum mithologicum ★ Phaëthontæam fabulam scholijs locu-
69 pletem. Mira enim est Ovidiano textui civilium dogmatum vbertas, sed verebar ne longiuscula, aut insolens tractatio Momum evigilaret. Punctim tamen monebo Poëtam in Magistratus rectâ mente collimasse, vt politici monent, & observant Scholiastæ Pontanus, Nicolaus Renuardus, Claudius Minos *ad Alciati Phaëthonta* cum mithologicis. Adiunge Lucianum *in Dialog. Iovis, & Apollin.* Et speciatim quàm dissentaneum sit (cùm aliundè posint condonari) magnorum filijs immeritis largiri patrium locum. Totum ferè nostrum opus, hæc fabula mirà arte bilinguis, velut digito signat, hoc maximè sextum caput rithmicè circunvolvit, talis siquidèm argumenti est.

Phaëthon Phœbum filij duntaxàt titulos allegans, petit paternum currum.

Phœbe pater, si das vsum mihi nominis huius,
Pignora da genitor, per quæ tua vera propago.
Credar: At his genitor: quodvis pete munus, & illud
Me tribuente feres. Currus petit ille paternos.

Dissuadere nititur Phœbus puerum, cuius anni, inscitia, inexperientia inepta regimini sunt, sibique periculosa; vbì tot inter syrtes navigatur: quæ via ardua, terrifica, lubrica, vertigini obnoxia. Vbì reluctandum,

or-

orbique contrario resistendum, nec animo concipiendum invenienda dona, sed insidias, inimicitias, indomitam turbam, adversaque monstra.

Magna petis Phaëthon, & quæ non viribus istis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.
Ardua prima via est, medio est altissima cælo.
Adde quòd assidua rapitur vertigine cælum
Forsitan & lucos illic, vrbesque Deorum
Concipias animo, delubraque ditia donis
Esse: per insidias iter est, formasque ferarum;
&c.

Vt à curru dixertat ad alia petenda provocat, de cæteris queiscunque bonis se munificum gerere optat, publicos honores excipit, qui pœna, supplicium indignis, non honor, sed dedecus:

Denique quidquid habet dives, circunspice, mundus:
Deque tot, ac tantis cæli, terræque, marisque,
Posce bonis aliquid, nullam patiere repulsam.
Deprecor hoc vnum, quod verò nomine pœna
Non honor est: pœnam Phaëthon pro munere poscis.

Subit officium, sed leve pondus tanto muneri: nec is quem populus (illi etiam ignotus) moderatorem recognosceret: gravitate carebat, ideò succutitur, spernitur, novam vivendi normam libido facit, alius rerum ordo; nec scit quà moderamen ducat, nec si sciat præ imbecillitate valeret imperare: quid faciat? Stupidus, ignarus hæret, nec coërcere valet licentiam; nec iustè laxare cōsilij animorum, & suimet inops, Reip. navem sorti tradit. Vulgus rectore solutus ad vetita spatiatur, nulloque inhibente, quà furor, aut voluptas iussit, hac sine lege ruunt.

Occupat ille levem iuvenili corpore currum.
Sed leve pondus erat, neç quod cognoscere possent
Solis equi; solitaque iugum gravitate carebat.
Sucutiturque altè similisque est currus inani
Quod simul ac sensere ruunt, &c.

Quid tandem? Communis grassatur interitus.

Corripitur flammis, vt quaque altissima tellus.
Parva queror: magnæ pereunt cum mœnibus vrbes.
Cumque suis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt.

Qualis autem moderatoris exitus?

At Phaëthon rutilos flamma populante capillos.
Volvitur in præceps, longoque per aëra tractu
Fertur;

Vides ambitionem immaturam Rep. eversâ in præcipitium desinere; vtinam mentitus Phaëthon invecrum documentum irruerit. Talis exitus non semèl nobilium natos teneris manibus habenas corripientes excepit, vt non solùm illi incidant, sed in alios, tandemque opere docent quàm fragile sit quicquid spei ex paternâ peritiâ, pro liberis, ad munia concipitur, vt vsque hùc manifestum facere contendimus, & ex adversis rationibus solvendis clarescet omninò; dum pręced. cap. obiectas sequenti disijcio.



CAP. VII.

Pro eadem ſpe capite quinto obiectis occurritur.

SVMMARIVM.

Ad I. Arg.

1. *Olim Tribuni militũ pupilli.*
2. *Tribuni munera.*
3. *L. Vlt. C. de Teſt. mil. malè à Revardo legitur.*
4. De *Imaginariâ militiâ capitur.*
5. *Cuius vſus ante Cl. Caſ.*
6. *L. de verè militanti Tribuno locuta, & Nu. 16.*
7. *Minores annis XVII. ad arma non coacti.*
8. *Nec XXV. iudicare.*
9. *Etſi poſsint à XVIII.*
10. *Militaris ætas.*
11. *Ante quam ſtipẽdia non procedebant.*
12. *Tryphoninus expoſitus.*
13. *Penuriâ militis cẽturiati iuniores.*
14. *Principumque indulgentia.*
15. *Nobiles honoribus accelerãdis militiã præmaturabant.*
17. *Pupilli Tribunatum per Vicarios regebant.*

Ad II.

18. *Minores & Infantes Decuriones.*
19. *Honore adminiſtrationis experte.*
20. *Ni Princeps minori diſpenſaret.*
21. *Infans diſpẽſationis incapax.*
22. *Pro eò nec conſentiens parens obſtrictus.*
23. *Obligationi generali ſubducuntur, quæ veroſimilitèr obligare nolueris.*

Ad III.

24. *Quali spe ad munera opus sit.*
25. *Clarescit Spartianus.*
26. *Et Papyrius.*
27. *Explosus Amaya.*
28. *Dignitatis significata.*
69 29. *Arretinus suis etiam meritis cohonestatus.*
30. *Venãtius, Paulinus, Importunus.*
31. *Inexploratò ex nobilibus eligendos vrbanè Cassiodorus.*
32. *Senatorũ filij, vel indigni Prælati.*
33. *Vitellius cuncta patris claritudine adeptus ostentum fuit.*
34. Id satis videbatur *ironicè Tacitus.*
35. *Samuel haud levi spe natos præposuit.*
36. *Marci apud Iovem accusati defensio.*
37. *Futura ex præsentibus tãtùm præsentire tenemur.*
38. *De præsenti ad præterita, & futura tenet arg.*
39. *Quorum, ad expediẽda negotia idoneos elegeris, excessus tibi nõ imputantur.*
40. *Quatenùs arci Præfecto substituti delictum.*

Ad IV.

41. *Non est legis præmiari.*
42. *Sed cogere.*
43. *Virtus præmium sui.*
44. *Aliò tamen prosequenda.*
45. *Ad vitia paterna, quàm ad virtutes pronitas.*
46. *E Rep. est, & metum punire, & spem à muneribus remorari.*
47. *Vitia Præsidis populũ infectant.*
48. *Pœnarum genus duplex.*
49. *Pura nõ transit ad insontes.*
50. *Secùs medicinalis.*
51. *L. Quisquis punit, & medetur.*
52. *Filius genitoris pars.*
53. *Cuius damnis, præ suis pater afficitur.*
54. *Vitiatus sanguis ad paternos mores illicit.*

55. *Paternæ necis vindicandæ cupido.*
56. *Tristitia, dolore, metu atteruntur spiritus.*
57. *In reorum filios corporalis pœna barbaries.*
58. *Persequitur commissa supplicium, nō prævenit.*
59. *Error historicus Ignei.*
60. *Promulgādæ Legis occasio.*
61. *Illa corticis asperi, medullæ suavis.*
62. *Aliter ex Solorzano exposita.*
63. *Bonus quilibet præsumitur.*
64. *Maximè, qui ex optimis est.*
65. *Ni publicum periculum immineat.*
66. *An ea præsumptio præstet ad honores?*
67. *Legum in puniendis munerādisque filijs æquilibrium.*

Ad V.

68. *Naturæ fraternus amor.*
69. *Frater ultimum benevolentiæ nomen.*
70. *Illud, sororisque veteribus inter amatoria.*
71. *Adversus fratres, vel ex his nepotes nō urgeris ad tutelam.*
72. *Eisdem sermo generalis non obest.*
73. *Nex fraterna parricidium.*
74. *Patrimonij divisio fraternos animos abalienat.*
75. *Vel inæqualis parētū amor.*
76. *Ira fratrum crudelissima.*
77. *Etheocleos, & Polynicis, adhuc in uno ferali rogò, flamma, & fumus divisa inter sese dimicant.*
78. *Acerrima rixa coniugum.*
79. *Amantium.*
80. *Ratio Physica.*
81. *Fratrum osoribus locus in orco.*
82. *Fiduciaria tutela qualis, & quare?*
83. *Munera fratribus impertientium exempla.*

Ad VI.

Solvitur obiectio prima.



RIMVM tenuit ordine locum obiectio ex *L.Vltim.C.de Testam. Milit.* ostendenti; 1 * Tribunatus Numerorum concreditos fuisse pupillis ab strenuis parentibus susceptis ob bonã indolem, & optimæ frugis spem, vt Doctores ibidèm: vndè planè it paritas in Legem nostram. Sanè argumenti vis adeò non marcet, vt in varia studia Auctores discideret. Petrus Bellinus *de Re milit. 7. Part. Tit. 3. Num.* 1. ólim eiusmodi munera pupillis ex favoris libidine commissa fatetur, factoque succenset imprudenti. Cùm pro munere
2 incumberet * milites in castris continere, ad exercita-

tio-

tionem producere, claves portarum suscipere, vigilias interdùm circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensorum fraudem coërcere, delicta secundum suæ auctoritatis modum castigare, principijs frequentèr interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere: vt ait Consultus *in L. Officium 12. §. Fin. ff. de Re milit.* VVolfangus Latius *Lib. 4. Comm. Reip. Rom. Cap. 10.* Pancirolus *in Notit. Orient. Cap. 36.* Hopperus *de Ver. Iurisp. Lib. 8. Cap. 20.* Quæ munera graviora, & operosiora esse quàm vt puero credi possent, quis non videat? Certè Revardum hæc consideratio compulit, vt *Libr. 4. Variar. Cap. 8.* literam textûs inverteret, & pro *Tribunatum Numerorum* reponeret: *In Tribunatu Numerorum*, vt significet non Tribunatum gessisse pupillos, sed sub Tribunis meruisse. ⋆ Improbatur lectio ab Osualdo *in*
3 *Not. ad Donell. Lib. 6. Comm. Cap. 28. Lit. C.* & ab Amaya *in L. 1. C. Si serv. aut Libert. Num. 35.* ex eô, quòd apud Romanos non militabant pupilli lege C. Sempronij Gracchi Tribuni-plebis, quâ non valebant ad delectum cogi annos nondum nati XVII. ideoque in eâ sanctione Iustiniani assertum referendum esse conveniunt hi Auctores, simulque Elbertus Leoninus *Emẽdat. Lib. 4. Cap. 3.* ⋆ ad imaginariũ quoddam, seu ænig-
4 maticum militiæ genus, quò absentes, & supernumerarij milites honore tenus, & titulo fungebantur, militarium sudorum expertes: Quod Cl. Cæsaris inventũ fuisse testatur *in eiusdem Vit.* Suetonius *Capit. 25.* ⋆
5 sed invenio ante ea tempora huius titularis militiæ vsum. Nam Cicero *Lib. 7. Ep. 8.* Trebatio scripserat: *Et simùl sum admiratus, cur Tribunatûs commoda, dempto præsertim labore militiæ, contempseris.*

Mihi verò quod Revardus castigat, non placet; de Tribuno enim Legem exponam. Sed nec ratio illam lectionem eludentium, quòd scilicet pupilli non milita-

6 rent, magis arridet. Porrò quòd Iustinianus * de impubere Tribuno loquatur, & eò quidem milite, apertè cōvincitur ex ipsamet lege, & titulo, sub quò illa iacet. Deindè ex *L. Sed & milites* 8. §. *Iam verò, ff. de Excusat. tut.* illìc: *Et militi impuberi*. Etsi Tiraquellus *de Nobilitat. Cap. 6. Num.* 28. Antonij Augustini auctoritati, vel invitus concedat, qui pro *Impuberi* vertit *Minori*. Rursùm si pupilli non militabant, quò pacto ante Iustinianum *in* D. *L. Vltim.* postremum elogium conficere militari iure potes erant (quod apertè indicat titulus cui substat) adversus *L.* 1. 3. & integros Iuris titulos *de Testam. milit.*? Nec impedimento est Sempronij Gracchi sancitum, ex cuius tenore duntaxat evincitur * impu-
7 beres ad arma vi trahi non potuisse. Verba Legis ex Plutarcho sunt: *Ne quis minor XVII. annis ad nomen cogeretur respondere*. Aliud est minorem non fore cogendum, aliud, si ipse spontaneum nomen daret, sub signa non admittendum. Nec istud ex illò colligitur: imò si lex, ne compellerentur præcavit, indè potiùs colligitur
8 potuisse militare. Nonne Lege Iulia præscribitur * ne natus non annos XXV. iudicare cogatur? *L. Cum lege* 41. *ff. de Recept. Arbit.* At ideò affirmandum veniet ius dicere minori non licere; cùm constet ex *L. Quidam cō-*
9 *sulebant* 57. *de Reiudicat.* * XVIII. annorum adolescentes Iudices agere posse? Minimè: quin contrarium consequentius: Frustrà enim lex cavisset, ne cogaris ad id, quod fas omninò non est. Demùm impuberes militasse tenent ex multis Tiraquellus *vbi sup.* Connanus *Lib. 9. Comm. Cap.* 5. *Num.* 4. Lælius Taurellus *de Milit. ex cas.* Cotæreus *de Iur. & Privileg. milit. Libr.* 2. *Capit.* 15. Steuvechius *ad illud Veget. Lib.* 1. *Cap.* 7. *& moribus debet excellere*. Novisimè Athanasius Oteiza, & Olanus literaturæ non vulgaris Auctor *in Paral. & Elect. Iur. Civ. Libr.* 2. *Capit.* 11. *Num.* 10. qui iam his exactis ad manus mihi, statimque ad laudes pervènit. Silius

etiam adſonuit *de Bell. Pun. Libr. 2.*

Pubeſcit miles caſtris, galeaque teruntur
Nondùm ſignatæ flavâ lanugine malæ.

10 Non tamen diffiteri queo * militarem ætatem, quanquàm non iure ſcripto, ex inſtituto ſaltèm decimumſeptimum annum fuiſſe, â Servio Tullio veteri cenſione primùm præſcriptam Agellio teſte *Libr. 10. Cap. 28.* & docuere Servius *ad illud Virg. 7. Æn.*

Ante vrbem pueri, & primævo flore iuventus
Exercentur equis.

Lipſius *de Milit. Rom. Lib. 1. Dial. 2.* Savarus *Comm. ad*
Sidon. Lib. 1. Epiſt. 6. Petrus Gregorius *Lib. 19. Syntagm.*
Cap. 3. Num. 11. Camillus Borrellus *de Reg. Cath. Præſt.*
Cap. 32. Num. 53. & *de Magiſt. Edict. Libr. 1. Capit. 6.*
Num. 51. Gabriel Naudæus *de Stud. Milit. Libr. 1. Pag.*
11 *105.* * Nec antè ſtipendia proceſsiſſe Livius *Lib. 25. Ca*
pit. 5. vbì: *Tribuni-plebis ad populum ferrent, vt qui mino-*
res XVII. annis ſacramento dixiſſent, ijs perindè ſtipendia
procederent, ac ſi ſeptendecim annorum, ac maiores milites
12 *facti eſſent.* Hìnc intellige * Tryphoninum *in L. Qui duos*
9. §. Cùm bellò, ff. de Reb. dub. vbì patre cum filio ſimùl
in acie pereũtibus, parens priùs mortuus præſumitur;
quamobrèm mater excluſis agnatis, vtriuſque bona
tam patris, quàm filij vindicat. Vndè manifeſtò eruitur
filium puberem fuiſſe. Cùm; nam ſi fuiſſet impubes, pa
tri ſupervixiſſe non crederetur, nec mater agnatis præ-
valeret: D. *L. Qui duos, § Fin. L. Si mulier 23. in Fin. ff.*
eod. L. Inter 26. in princ. ff. de Pact. dot, Tum quia impube
res militiæ nomẽdare nõ ſolebãt. Quomodò D. L. rimã
tes prodidere Donellus 8. *Comm.* & Emanuel Coſta *D.*
§. Cum bellô.

Duplici verò ex capite permiſſum eſt, vt prætexta
13 ad militiæ tyrocinium valeret. Primùm ex militis * pe-

nu-

nuriâ, ob difficillima Reip. tempora, Livius *Lib. 9. Cap. 43.* & *Lib. 24. Cap. 18.* scribit; ex ijs qui sub initia secundi belli Punici XVI. annũ agebant, neque militarant, omnes ærarios factos. Quidnam sit *ærarium fieri* docuit Marcellus *in Dilucid. ad illum loc.* Extatque lex apud Plutarchum *in Gracch.* Vt cives Romani annos decem nati, cùm vsus Reip. postularet, militiæ inservirent.

14 Prætereà ex * Principis indulgentiâ, propter parentes optimè meritos, iunioribus patefacta est militaris conditio, honorum clarissima ianua. Augustus Senatorum liberis ante præscriptum tempus, sumendi virilem togam, auspicandi militiam, & capessendi Tribunatûs veniam dedit. Suetonius *in Vit. Cap. 38.* *Liberis Senatorum, quò celeriùs Reip. assuescerent protinùs virilem togam, latum clavum induere, & Curiæ interesse permisit, militiamque auspicantibus non Tribunatum modò legionum, sed & Præfecturas alarum dedit*, vt *ibidèm* Marcellus Donatus; & * tenerrimæ ætatis nobiles adscribi militiæ

15 solitos, citiùs ad honores ingressuros. Lipsius *de Milit. Rom. Lib. 1. Dial. 2.*

Pariformitèr *in D. L. Vltim.* ex Principibus indulgentibus originem tulisse, vt solitâ ætate pupilli nobi-

16 les absolverentur, * & centuriari simulque Tribunatus capessere possent, ibì communitèr Doctores contestãtur. Steuvechius, & Taurellus *vbi sup.* Restaurus Castaldus *de Imper. Quæst. 63. Num. 24.*

Hæc tamen non sunt vt argumenti difficultatem deprimam, sed vt elevem. Etenim si pupillis non modò militia, sed Tribunatus quoque in prosapiæ respectum & spem indè natam, imponitur, quod ego ipse ab aliorum sententijs ereptum, & liberatum argumento dedi; Eâdem ratione potuerit Constantinus Officialium liberos ad paternam functionem allegere. Sed facilè respondeo, in illô eventu Tribunatûs curas non ex pu-

pi-

17 pilli consilio pendere, * sed vicarios, & adiuvas illi admotos, ex ipso exercitu viros satis gnavos, rerumque peritos, Tribunitij muneris debita solvere, & operâ, consilioque suo cohortem, seu legionem moderari. Huic opinioni subscribunt Cuiacius *Lib. 17. Observat. Cap. 36. & ad Titul. ff. de Excusat. Tut. in L.* 8. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib. 3. Cap. 9.* Maynerius *in L. 2. §. 1. Num. 4. ff. de Regul. Iur.* Rodericus Suarez *Allegat.* 12. *Num. 20.* Quod (vt ait Paulus de Castro) minùs arduum permissu fuit instantibus paternis pupillorum meritis, maximè si miles patris memoriâ captus alium rectorem detrectaret. Itaque quod eiusmodi personam minor ageret, pervium non est ex mole muneris, & pueri inexperientiâ reprobari, cùm id minimè mandetur eius consilio. Et cum arduum magè fuerit pupillis militare, quàm honores gerere; primâ difficultate superatâ cur in verô Tribunatu concedendo hærebimus? Itaque nec de imaginario Claudij Cæsaris accipitur Iustinianus, nec doctrina nostra dignam aptitudinem solùm moderamen contrectanti deposcens, vllatenùs affligitur.

Solvitur Secunda.

INTER proximè discussa, semina iecimus solutioni argumenti ex *L. Pen. §. 1. ff. de* Decurion. cui adiungi possunt *L. Lucius* 21. *§. Imperatores, ff. ad Municipal. L. 1. §. Pro infante, C. de Muner. & Honor. non. cont. Lib. 10. L. Quoniam* 19. *C. Theod. eod.* à quibus
18 didicimus * infantes, & minores sæpè in Decurionum numerum relatos, de causâ scilicet, *L. Non tantum* 11, *ff. de Decurion.* quod à præclarâ indole numerus iniquè exigatur annorum, Cicero *Phil. 5.* cum ea spem Decuriæ bene gerendæ reponat *D. L. Pen. §. 1.*

Sed ea facilè fugabit qui dixerit: ob spectationem
19 illam nullatenùs * administrationẽ permitti, sed ea so-

lummodò, quæ honoris erant, aut lucri, *L. Spurij 6. §. Minores, ff. de Decurion. L. Ad Remp. 8. ff. de Muner. &
20 *Honor. L. 16. Titul. 3. Lib. 7. Recop.* * nisi Princeps cum minore dispensarit, L. *Quidam consubant 57. ff. de Re iudicat.* Petrus Gregorius *de Rep. Lib. 4. Cap. 5. Num.* 34. Bovadilla *Lib. 1. Polit. Cap. 7. Num.* 24. Acacius de Ripoll *de Regalib. Cap.* 23. Plures congerit Amaya *in L. 1. C. Si serv. aut libert. vbì à Num.* 29. accuratè discutit, quandò Princeps incapacem eligendo, putetur dispensasse. * Infantis verò naturalem inopiam iudicij supple
21 re dispensatione non poterit, ac proindè invalidè quoad Decurionatûs vsum illi dignitas conferetur, vt communitèr docemur *ad D. L. Quidam consulebant, &* L. *Fin. C. de Test. mil.* Suarez *Allegat.* 12. Mastrillus *de Magistrat. Lib. 2. Cap. 5. Num.* 59. Amaya *vbì propriùs Num.* 33. Besoldus *Dissert. Politico-iur. de Maiestat. in*
22 *gen. Cap. 7. Nu.* 8. Nec * parens consensum præstando, pro oneribus obstringi cogeretur, cùm nimirùm verisimile solùm credatur voluisse, quæque illi ætati mandari possunt, non verò vt intra infantiam Decuriam gerat, Municipalem Senatorem agat, custos, moderatorque Reip. suæ naturâ reluctante, & deridente præficiatur, *D. L. 1. §. Pro infante.* Vbì Amaya *D. L. Lucius, §. Imperàtores,* Rolandus *Cons. 8. Num. 3. Vol. 4.* Horatius Montanus *de Regalibus Officijs, Num. 73. in Fin.* Facit
23 Text. *in L. Obligatione 6. ff. de Pignor.* vbì * obligationi generali subducnntur, quæ verosimilitèr obligare nolueris. Mantica *de Tacit. Libr. 11. Titul. 4.* Simancas *de Primogen. Hispan. Lib. 4. Cap. 21.* Magerus *de Advocat. Arm. Cap. 13. Num.* 13. Valenzuela *Consil. 78. Num.* 52.

Ter-

Tertia.

PLVRES hic nobis obijciebantur ijs solùm meritis præfecti, quæ paternus sanguis commodarat, & referentium auctoritas, qui non solùm eventuum narratores agunt, sed etiam patronos.
24 Satisfactum iens præmoneo. * Spes aut levi nititur fundamento, aut solidô, rationisque sectario. Huius secundæ spei ratio habenda est, secùs primæ, quæ mendax est, vt penitùs obnoxia futurorum inconstantiæ: dum altera præsentibus insistit. Gloss. *in* L. *Gallus* 29. §. *Et quid si tantùm, ff. de Liber. & Postum.* Tiraquellus *post Leg. Connub. Gloss.* 2. *à Num.* 23. Arnulphus Ruzeus *de Iur. Regal. Priv.* 48. *Num.* 2. Raudensis *Decis. Pisan.* 33. *Num.* 75. Si quis rectè provinciam tractaturus speratur, non solùm consideratâ stirpe, sed etiam moribus, & artibus queis iam constat, prudentèr speratur, si stirpe solà imprudentèr, & levitèr. Hæc dubia vocator, illa certa spes: certa, inquam, non quia infallibilis, & immutabilis omninò, sed quia eá, quæ liberis futuris potest interesse, certitudine pollet. Ad quam si quis preclaris indicijs non iecerit fundamina, haud æquè eum dignitatis nomine insigniveris. Quod secum agi, vt iuvenis modestus modestus erat, persistebat Alexander Severus apud Lampridium hâc ratione: *Quis Ciceronem diceret mutum? Quis indoctum Varronem? Quis impium Metellum? Et (vt hoc Dij avertant) quis non æquitatem nomina ferat digerentem in spem clarissimam dignitatum.* Locum inter desperatos numeravit Salmasius, sed ab eô Medico relictum, ego suscipio, vt si convaluerit, serviat. * Censeo autem eô morbo laborare,
2 quem Hysteron proteron appellant Grammatici, hoc est preposteram, & anteposteram verborum locationem, ab illis: *Et vt &c.* quæ sic concinno: *Et quis ferat*

æqui-

æquitatem non digerentem nomina dignitatum in ſpem clariſsimam? Etenim cum Antonini nomen tunc temporis orbi dulciſsimum, & venerandum Senatus ei deferret, recuſat Severus, cauſſans ſe non adhùc ea dediſſe documenta, queis tanta poſsit appellatio credi, quaſi dixerit: ſi Nomen Ciceronis non largiemini, niſi probatæ eloquentię viro, Varronis & Metelli, niſi docto, & pientiſsimo: haud æquum erit me nullius, adhùc virtutis adoleſcentem Antonini cognomine onerare: Quis enim *ferat æquitatem*, hoc eſt, vt æquum toleret, aut æquitatem fore aſſerat *non digerentem* eam, quæ non diſpenſat *nomina dignitatum, in ſpem clariſsimam* in ſpē perſpicuam; ſcilicet in eum, cuius propriæ virtutes experimento cognitæ, ſpem faciunt apertam, & indubiam optimæ futuræ gubernationis, nulloque timore nebuloſam. Mihi autem non ſubluſtrior ſpes inſidet mentem Alexandri poſuiſſe in propatulo: dixerat enim paulò primùm: *Patres conſcripti ne me ad hanc certaminis neceſsitatem vocetis, vt ego cogar tanto nomini ſatisfacere.* Monebatque Senatum Commodi, & Heliogabali, qui Antoninum nomen primâ illa levi ſpe adepti, non modò indignè geſſere, ſed deturparunt: velut idem ſibi poſſet obtingere, cuius præſentes merendi titulos velabat modeſtia: Sed meritò Senatus acclamat: *Viciſti vitia, viciſti crimina, viciſti dedecora, Antonini nomen ornaſti, certi ſumus, benè præſumimus.* Certò ſperamus cum proprijs quas cernimus virtutibus, oculos in futura iacimus. Deniquè in id Cæſar, & Senatus convenere: certæ ſolùm ſpei favendum ad honores. Vt* & Papyrius
26 ex reſcripto Antonini, & Veri *in L. Penultim. §. 1. ff. de Decur.* quò locò, ex Cuiacij ſenſu, diſponitur: vt ſi ab exilio revertatur minor annis XXV. quamvìs ætas, & exilium obſtent ad Decurionatum obtinendum; Princeps tamen indole motus, & dignitate, quæ certam ſpem facit benè gerendi muneris; hoc illi permittere

poſ-

posſit, vt Decuriam obtineat. Quarè vbì vulgò legitur, *Nisi eius ætatis fuerint, vt nondùm Decuriones creari poſsint, & dignitas certa ſpem eius honoris id faceret, vt Princeps indulgere poſsit*: Cuiacius non *Certa ſpem*, ſed *Certa ſpes* legendum putat *Lib. 20. Obſerv. Cap. Fin. & Lib. 17 Cap. 34. & in L. Spurij 6. §. 1. ff. de Decurion. ſub Libr. 1. Reſp. Pap. & ad Titul. C. de Teſtam. milit.* quem ſequitur Gothofredus *in L. Lucius 21. §. Imperatores, ff. ad Municip. & in* D. L. *Pen.*

Eiuſmodi textûs litera in tam obſcurâ profunditate iacet, vt Delio natatore ſit opus, & quos eam aggreſſos viderim parùm, aut nil lucis offerunt. Cuiacius enim non adeò perſpicuus, nec facilè expediri videtur, Amaya verò *in* L. 1. *§. Pro infante ex Num. 44. C. de Muner. & hon. non cont.* nec in Cuiacij ſententiam concedit, quam vt incongruam, mentique Conſulti infenſam refutat; nec aliâ viâ textum extricat. Imò ſuccumbit, inquiens, non ſibi perſuadere literam non corruptam, aliquave deſiderari, vel inverſas eſſe periodos; ita vt multò indigeat Æſculapio.

At ipſe, quatenùs à Cuiacio diſcedam, quamque nullô ferè negotio, rationes Amayæ, quibus in deſperationem legem adduxit, evaneant, apparebit confido, ſi textum ſyncerâ, & mihi ferè planâ expoſitione donabo: Certè in difficultate inacceſsâ cuicunque interpretandi rationi adfaveri poteſt. Verba ſunt: *Imperatores Antoninus, & Verus reſcripſerunt, in tempus relegatos, & reverſos, in ordinem allegi, ſine permiſſu Principis non poſſe.* Hæc in legis capite. Nunc 1. §. vbì labor. *Item reſcripſerunt, relegatos non poſſe, tempore finito, in ordinem Decurionum allegi, niſi eius ætatis fuerint, vt nondum Decuriones creari poſſent: & dignitas certa ſpes* (ſic enim cum Cuiacio) *eius honoris id faceret, vt Princeps indulgere poſsit.* *
26 Explico. Sanctio, quâ lex incipit; ne relegati tempore exilij abſoluto adſcribantur in ordinem, abſque Prin-

cipis indulto peculiari, relegationis impedimentum amovente, in §. 1. restringitur: nisi fortè ab exilio reversus minor sit. Cuius si Princeps indulgeat ætati, ob adolescentis dignitatem, & spem illam, quàm concepit certam Decuriæ optimè administrandæ, aliò indulto peculiari non indiget ad relegationis obicem removendum.

At ô inquies, duplici impedimento hic minor vincitur, & qui duobus onustus alterô expeditur, non ideò vtroque dissolutus censetur, L. *Si domus* 21. *ff. De Servitut. præd. vrban.* L. *Si non lex* 83. *ff. de Hæred. Instit.* L. *Siquandò* 35. *C. de Inoffic.* Surdus *Decis.* 77. *Num.* 4. Mieres *de Maiorat. Part.* 1. *Quæst.* 3. *Num.* 6. *&* *Quæst.* 38. Sanchez *de Matrim. Lib.* 8. *Disp.* 24. *Num.* 5. *Vers. Tertiò quia*, Alexander *Cons.* 195. *Num.* 6. *&* 7. *Libr.* 2. Tiraquellus *Retract.* 2. *Par.* §. 2. *Num.* 62. Alfanus *Numer.* 632. Cæsar Manente *Decis.* 63. Ni vnum ab aliò necessariò dependeat L. *Quæro* 32. §. *Lucius, ff. de Test. tut.*

At in lege nostrâ specialis ratio militat, vt ætatis venia supra relegationem etiam cadat. Idque impedimentum adeò infirmetur, vt iuxta nostram opinionem veniat relaxandum. Qui enim & post relegationis tempus absolutum minor reperitur, facilè conspicias teneriori ævo causam relegationi præbuisse: ac proindè magis, magisque veniæ affinem; cùm annorum immaturitas malè facta maximè diluat: Vndè ille faciliùs relegationis damnis, nempe inhabilitate illâ liberari meruit iuxta ea, quæ Tiraquellus *de Pœn. Temper. Caus.* 7. Deindè ratio, quâ adducti sunt Imperatores ea est, vt facilè satis vtrique obici præstet. Vt enim Princeps soli ętati ignosceret, necessum non fuit, vt in tantam spem assurgeret benè gerendæ Reip. â iuvene ob dotium elegantiam, quæ adeò dignum eum constituerent, vt non dubia esset optimi eventûs expectatio.

Qua-

Quarè si quid meriti illi redundat ad ætatis gratiam promerendam; haud durum erit id ad tacitam alterius impedimenti solutionem valere. Nec mirum si cui iam Principi acceptus evaserat, mulctæ onera tacitè diluantur.

Sic enodata lex ista tam apertì intellectùs compàret, vt id ipsum religionem obijciat minùs veri inesse, quandò in hanc mentem viri tanti minimè inciderũt, Cuiacius enim in rei superficie persistens, difficultatem nosse noluisse videtur, sed tamen non ita se gessit, vt tuta tantùm percurrens, non eò deveniret, vbi vestigium falleret. ★ Quamobrem Amaya rei difficultati
27 submersus, non modò dum textum ipsum, sed & dum Cuiacium quoque taxat, nil certô impetu librat, sed hùc illùc impingit andabata, quin in nervum difficultatis deveniat, quì nempe hîc impedimentum alterum, alterum debilitet, quod vt vides lævigatum manet. Nam ætatis directa dispensatio indirectè in relegationem fertur. Si fortè relegationis obstaculum, in minore ópus habet, vel dispensatione indirectâ: Cur enim non dicem minori nequaquàm officere relegationem, vt Decuriâ fungatur? Certè nil, quòd me falsi arguat, è Iure apertè ducetur. Nam vniversale illud D. L. *in princ.* relegatos reversos in ordinem non referendos, *in D.* §. 1. restrictionem patitur in minori, cui cum relegatione infamia finita est. Ideoque statìm eligi potest ob eam dignitatem, vndè certa spes oritur. Perperàm igitur obijcit Amaya: Relegatus minor ignominiâ notatur; quænam ergo dignitas potest cum infamiâ concurrere? Sed hæc opponens planè vlteriùs ignoravit, quod lexica docent scilicet vocis ★ *Dignitas*
28 significata; non solùm functionem publicam, sed honestatem, decorem, indolem, & quodcunque animi, vel corporis ornamentum. Nam cùm dignitas illud sit, quod dignum constituit, totque sint dotes dignum

com

componentes, totidem erunt species dignitatis. Cuiacius de indole Consultum accepit, quod, vt vt non probari ab eô contendat Amaya, tamen quid manifestius, quàm locus ille ex Philoxeni glossis, vbì talis habetur indolis definitio *καλὴ ἐλπὶς ἐν νεότητι* *pulchra spes in iuvene*. Sed dignitas hîc nō solùm pro indole, sed pro quibusvis etiam ornamentis capiēda, quæ firmā spem Principi fecerint rectè tractandæ Reip. sicque Papyrius in nostram omninò sententiam, spem certam appellavit eā, quæ in dotibus probatis innititur, hoc est quicquā vltra meram indolem supergressum.

Nam licèt ab indolis expectatione spes desumpta in Iure ad plura valeat extra communem normam obtinenda, vt ad Doctoratum (vt vocant) ob spem futuran doctrinæ possunt promoveri ingeniosiores nō valde progressi. Alciatus *de Verbor. Significat. Lib.* 1. *Num.* 51. ex Innocentio *in Cap. Cùm in cunctis, de Elect.* Felinus *in Rubr. Decretal. de Magistr.* Rebuffus *de Privileg. Schol. Privil.* 84. Nevizanus *in Sylv. Lib.* 5. *Num.* 54. Lenauderius *de Privil. Doctor. Part.* 1. *Quæst.* 15. *Num.* 57. Cui non absimile legum candidatum studiosum, & bonæ spei, imperito Doctori præferendum esse ex Glossa *in L.* 1. *C. de Annon. Civil.* Alciatus *vbì proxim.* Actius *de Lud. Stacchor. Quæst.* 8. *Num.* 83. Bonus de Curtili *de Nobilitat. Num.* 61. *&* 109. Item Patrono Ecclesiastico aptiorem eligere obstricto, minorem filium eligente, & proindè indignum, si tamen Pontifex se contentum velit, indolem minoris contemplatus, præsumendum erit maiorem idoneitatem in eum superventuram: ait Raudensis *Decis. Pis.* 38. Licèt, inquam, ad ea spei ratio deserviat, muneribus tamen publicis insufficiens est, incertitudine prædictâ laborans, ad dignitates enim, etiam præiecimus non indolis florem, sed fructum quæritari.

Iam ad exempla *Cap.* 5. Ea, quibus præfata interfuit

fuit ſpes certa, laudo, queis incerta, condemno: nec ali-
29 tèr faxo ſenſerint illi Auctores. In* Arretino Clemẽte
Certam reperit Mutianus, ad munia ſufficienti, militię
que acceptiſsimo. Idem Tacitus *Lib. 4. Hiſtor. Cap. 68.*
*Arretinum Clementem domui Veſpaſiani per affinitatem in-
nexum, & gratiſsimum Domitiano; Prætorianis præpoſuit,
patrem eius egregiè functum eâ curâ dictitans. Latum militi
bus idem nomen. Atque ipſum quanquã Senatorij ordinis ad
vtraque munia ſufficere.*

30 Similitèr* Venantius, Paulinus, Importunus ſpei
certitudinem ad honores per acquiſita pignora ſibi vẽ-
dicarunt, quæ ipſi quidem Caſsiodoro non delituere.
Ait enim de Venantio *Epiſtol. 16. Libr. 2.: Hinc eſt, quòd
illuſtrem Venantium tam ſuis, quàm paternis meritis elucen-
tem Comitivæ Domeſticorum vacantis dignitate ſubvexi-
mus: vt natalium ſplendor inſitus ornatior redderetur hono-
ribus.* Plura dixerat, & anteriori *Epiſtol.* Sed his apertè ſo-
lidam ſpem proprijs ſimulque paternis meritis aſpicis
elucere. De Paulino *Lib. 9. Epiſto. 23. Et ideò P.C. alum-
num veſtrum Paulinum laureâ dignitatis veſtimus, vt iu-
ventus eius, quæ fulget meritis, trabeâ quoque reſplendeat
triumphali.* Importunum verò *Lib. 3. Epiſtol. 6.* poſt fa-
miliam præconijs aſperſam, eiuſque vniverſos alum-
nos prædicatos: *Qui quamvis fulgeant communione meri-
torum, invenies tamen quem poſsis laudare de proprijs*, ip-
ſum etiam ex bonarum artium culturâ, alijſque com-
mendat. Vndè noſci datur peridos illas Theodorici no-
mine præter generis claritatem examen omne reſpuen
31 tes merum eſſe (vt ſic loquar) * vrbaniſmum, meræ co
mitatis, & non nihil aſſentatorias. Gothus enim Prin-
ceps Romanorum, quos externus regebat, gratiam ve-
naturus, id ſemper antiquiſsimũ habuit, vt Senatui inte
gram poteſtatem, libertatem, auctoritatemque illiba-
32 tam linquere videretur. Non me latet * etiam citra
merita propria Senatorum filijs olim honores deferri,

vt obſervat, & ornat Savarus *ad Sidonij Epiſt. 6. Libr. 1.* Sed nec laudo, nec in Caſsiodoro condemnô, in quô ta le nihil agnoſco.

Non ſegniùs obijci potuiſſet quod poſtmodùm occurrit, de Poſtumo alterius clariſsimi filio, cui Valerianus Tribunatum Vocontiorum commiſsit ſperans in provinciâ patris virtutes relaturum; quaſi filijs ſpes digna ſit conferre Magiſtratus, ipſo gubernandi vſu dignificandis. Ait enim Imperator apud Trebellium *in Poſthum. 2. Tyran.* parente laudato: *Huius filio, Poſthumo nomine Tribunatum Vocontiorum dedi adoleſcenti, qui ſe dignum patris moribus reddet.* Sed de hôc iuvene cùm id nobis annales tradiderint eruditione eloquentiaque claruiſſe, cuius declamationes Quintilianæis miſceri meruerint, vt idem Pollio. Verò proximum eſt iam tum præclaris dotibus adoleſcentem floruiſſe.

Alitèr in Vitellij provinciâ res ſe habuit, cui minimè diffitear id honoris ob vnum nataliuin ſplendorem obtigiſſe. Nec illud ſolùm ei ſolicitavit parentis memoria, ſed omnigenam honorum copiam. *Pater illi* (Tacitus 3. *Hiſtor. Cap. 86.*) *L. Vitellius: ſeptimum, & quinquageſimum ætatis annum explebat. Conſulatum, Sacerdotia, nomen, locumque inter Primores, nulla ſua induſtria, ſed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei detulere, qui ipſum non noverant.* Sed ideò ritè rectè factum putabis? Qualis eligendi ratio, talis evaſit electus. Quàm provida delationis ratio, pobavit eventus. ★ Quis e-
33 nim ignorat in ſuorum everſionem, ingenſque gloriæ Romanæ probrum, Imperatoriâ chlamyde obvolutum fuiſſe? De hôc helluonum portento, monſtrorum principe clariſsimo præter alios, ſigillatìm adeas Xiphilinum *in Epitom. Dion. in Vitell.* Quis turpiùs, quis ſe geſſit ineptiùs: De pluribus hanc eiuſdem Taciti *eod. Libr. 3. Cap. 56.* clauſulam traduco, qui ſub rerum declina-

tio-

tionem ad Flavianos aliqua oborta portenta enarrans, subiungit: *Sed præcipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiæ, improvidus consilijs: quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo, trahendove bello modus alios rogitans; & ad omnes nuntios vultu quoque, & incessu trepidus, deinde temulentus*. Placetne moderamen nobilissimæ pecudis? Tales sunt nudæ stirpis promotiones, id est stirpem, clariùs, nudum præponere truncum. Restat
34 vt credas Tacitum adprobasse, dum aiebat * *Id satis videbatur*. Scilicet ille Taciti nasus est, qui hæc syncerissimè pronuntiarit. Illius nempè Taciti, qui vt aliquid satis probaret, nil vnquàm omninò fuit satis. O Politicum quali felle tinxeris, illud *satis*! Sed de Auctoris sensu, Vitellianæque electionis peste, floridissimè dissertat Scipio Amiratus *Libr.* 17. *Dissertat. Disc.* 3. Adde ChoKier *in Thesaur. Polit. Libr.* 5. *Cap.* 3. *in Exempl. Not.* 4.

Iam de Samuele in exemplis superstite, si fortè levi etiam illa spe motus, scilicet de suo stomacho mores filiorum probans, &(vt Lyra *in* 1. *Reg.* 8. inquit) *Credens eos fore iustitiæ suæ imitatores*, neutiquàm senem excusarem pessimæ incuriæ; indeque promerem quantum simile iudicium fallere soleat: Illi enim *declinaverunt post avaritiam, acceperunt munera, & perverterunt iudicium*. Sed cum sanctissimi viri factis obmurmurare non
35 oporteat, * libentèr dixero cum Mendoza, Claudio Rangolio ad *D. Cap.* 8. *Vers.* 1. & 2. sat speciminis dedisse filios, syncerisque virtutibus floruisse ante Principatum transfusum; mòx verò (quæ humana inconstantia est) ad deteriora consilia mentem curvasse. Eadem in re hàc Samuelis causa est cum Marci Aurelij Antonini Imperatoris causâ apud Iovem olìm accusati à Sileno, quòd filio indigno dedidisset Imperium:
36 idemque responsum posset vsurpare. *Audi Iulianum Cæsarem in Libro illo quem *Cæsares* inscripsit, qui &

scen-

scennam inducit, & Marcum sic loqui facit: *Neque ego alioquin filium meum tam improbum futurum suspicatus sum. Quod si adolescentia magnis in vtranque partem inclinationibus agitari solita, ad deteriora flexit, nondùm sanè corrupto, & depravato imperium demandavi. Contigit autem ipsum post acceptum imperium perversum fieri.* Rectè: quid etenim hìc sanctissimus Propheta deliquit, cui propheticum lumen ad filiorum corruptionem Deus non distendit? Certam quidem ad hæc spem poposcimus, sed quantùm ventura versùs humanus intuitus potest certior fieri. Quippe divinare non tenemur, *L. Si fidei iussor* 29. *§. Si cùm, ff. Mandat. L. Si putator* 31. *in fin. ff. ad L. Aquil.* Franciscus de Petris *Cons.* 47. *Num.* 6. Valenzuela *Cons.* 39. *Num.* 13. Nemini obiectandum est: Illud, aut aliud accidere tamen poterat, cur non prę videras? Spatiosissima est futuri potentia, immensaque amplitudine oculis mentis eripitur. *Si secundum
37 ius instantis temporis rem æstimasti, rectùm præstitisti, *L. Continuus* 137. *§. Cum quis, ff. de Verbor. Obligat.*
38 Ideoque *de præsenti ad futura, & præterita, vt plurimùm, argumentum consistit, iuxta quæ latè prosequũtur Menochius *de Præsumpt. Lib.* 1. *Quæst.* 24. *à Num.* 2. & Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 9. *§.* 5. *Num.* 38. *& Gloss.* 45. *§.* 1. *Num.* 44. Nec expectandos aliter adversos, & infelices casus dixit Consultus *in L. Inter stipulantem* 83. *§. Sacram, ff. de Verbor. Obligat.* Alciatus *de Præsumpt. Reg.* 2. *Præsumpt.* 27. *Num.* 3. Surdus *de Alim. Titul.* 7. *Quæst.* 9. *Num.* 14. Valenzuela *Cons.* 179. *Numer.* 97. Ludovicus Sanctius à Melo *in Tract. de Induc. debit. Quæst.* 9. *Num.* 22. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 9. Et probatur argumento Text. *in L. Cum hi* 8. *§. Fin. ff. de Transact.* vbì Cuiacius. Nam solùm (in quam) futurus eventus venit considerandus, si præsens status ad illum propendeat, *L. Si quis domum* 9. *§. Idem quærit, ff. Locat. L. Qui bona* 13. *§. Cum inter, ff. de*

Dam.

Damn. infect. L. Lucius 78. *§. Penult. ff. ad S. C. Trebell. L. Sed etsi per Prætorem* 26. *ff. Ex quib. cauſ. maior.* Cravetta *de Antiquitat. Tempor. Part.* 1. *§. Viſo de verbis, Num.* 59. Franciſcus de Ponte *Conſ.* 137. *Num.* 62. *Tom.* 2. Diodorus Tuldenus *de Iuriſp. extemp. Lib.* 1. *Capit.* 19. *in fin.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 1. *Cap.* 17 *Num.* 31. Ne igitur imputetur Samueli natorum prævaricatio: * Neque enim minorum, aut Reip. Curato-
39 ribus vertuntur detrimenta, fidesve fracta eorum; quos pro negocijs expediendis vſurparunt pro eô temporis compertò idoneos, *L. Si res pupillaris* 51. *ff. de Adm. Tutor. L.* 2. *§. Si eo, ff. de Admin. rer. ad civ. pert. L. Qui ſub cõditione* 111. *ff. de Condit. & Dem. cum ſimilibus,* Bovadilla *Lib.* 3. *Polit. Cap.* 8. *Num.* 52. Lara *de Vit. Homin. Capit.* 19. *Num.* 61. Ioſephus Ludovicus *Deciſ.* 67. *Part.* 2. *Num.* 27. & generalitèr queiſcunque cura electionis incumbit, ſi adaptarunt cenſitos opportunos Gregorius Lopez *in L.* 7. *Gloſſ.* 2. *Titul.* 18. *Partit.* 2. Vbi de arcis * Præfecto, quatenùs cùm ſubſtituti delicto com-
40 municet: quô ſuper Marius etiam Giurba *Conſ.* 36. *N.* 17. Fulvius Conſtantius *in L. Nullus* 60. *à Num.* 63. *C. de Decur.* Amaya *in ead. L. à Num.* 47. Vbì ad rem multa converrunt.

Quarta.

ARGVMENTVM, cui quartus obrigit locus, ortum habuit ex *L. Quiſquis* 5. *C. ad L. Iul. Maieſt.* vbì paternum delictum per poſteros malignè ſerpit, eorum famam, & opes perdendo; nimirùm metûs causâ; qui generationem comitatur prolis in patris æmulationem adulturæ: vndè ad ſpem convertebatur obiectio, quatenùs in optimorum liberis ad paterna munera videtur ſufficere.

Id obiecti multifariàm hebetari pervium eſt. Pri-

mò declinare illud possem, si responderem: Ingenti discrimine leges præmia virtutibus proponere, & supplicia criminibus, hæc scilicèt ex suo primariò munere, secùs illa. * Nam punire potiùs, quàm præmiare legi tri
41 buitur, *L. Legis virtus 7. ff. de Legibus*. Quippe quicquid vi cogenti pollet, cùm soli Principi competat: vis enim coactiva solius est potestatem habentis, vt Iuris lato-
42 rum; ideò propria Legum * coerciva vis appellatur; præmiari autem nullam auctoritatem legitimam in donante requirit. Sotus *de Iustit. & Iur. Lib.* 1. *Quæst.* 2. *Art.* 2. Camillus Borrellus *de Reg. Cathol. Præst. Cap.* 31. *Num.* 35. Osualdus *ad Donell. Lib.* 1. *Comm. Cap.* 5. *Lit. C.* Matthæacius *de Viâ & Rat. Iur. Lib.* 1. *Cap.* 32. *Numer.* 8. Quippe etiam * virtus sibi ipsi, & pretium sit, &
43 præmium. Seneca *Lib.* 4. *de Benefic. Cap.* 1. *Rerum honestarum pretium in ipsis est, & Epist.* 81. *Virtutum omnium pretium in ipsis.* Quò illud Horatij *Lib.* 3. *Carm. Od.* 2.

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Nec sumit, aut ponit secureis
Arbitrio popularis auræ.

Vndè apud Maronem *Lib.* 5. *Æn. Vers.* 471. iuxta observatum à Scaligero *Lib.* 3: *Poët. Cap.* 12. victus Dares luculentiori augetur dono, quàm victor Entellus:

——Galeamque, ensemque vocati
Accipiunt: palmam Entello, taurumque relinquunt.

Quoniam victoria non minima fuerit præmij portio. Hinc vrbanè Martialis minùs deberi, ait Advocato causam vincenti, quàm qui eà cecidit. *Epigram.* 17. *Libr.* 8.

Narrasti nihil, inquis, & à te prodita causa est
Tantò plus debes Sexte quòd erubui.

Videas quæ pià eruditione P. Eusebius *in Theo polit. P. 1. Lib. 2. Cap. 19.*

Verùm licèt virtus non legibus, sed honestatis nomine potissimùm persuadeatur, & benè facti conscientia gloriam sat innutriat. ★ Ast sub optimò Principe, se-
44 cundum Traiani Panegyristem: *Non benè factis tantùm ex conscientià merces, sed etiam præmia sunt*. Indè Alethes strennuis militibus pollicetur non præclari facinoris nudâ conscientià eis fructum constiturum, verùm & insupèr ab *Æneâ*, & Ascanio præmijs, & honoribus afficiendos. Virgilius *Æn. 9. Vers. 253.*

Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus ausis
Præmia posse rear solvi? pulcherrima primùm
Dij moresque dabunt vestri: tum cætera reddet
Actutùm pius Æneas, atque integer ævi
Ascanius, meriti tanti non immemor vnquàm.

Huius ratio non ægrè subodoranda subit. Etenim conscientiæ præmium purius est, & divinius, quàm vt humano palato sempèr aptetur. Crassior hominis cupiditas, magis sensile pinguiorisque condimenti dona reposcit. Et iamdiu marescens virtutis amor, notioribus illecebris evigiletur oportet. Virtus etiam minùs avara habet plura, queis præmia quærat. Præclarè Scipio Amiratus *Lib. 2. Dissertat. Polit. Disc. 2. Id profectò* (inquit) *non ambigimus vberrimum virtutis præmium, fructùque ipsam esse virtutis possessionem: sed quemadmodùm anima dum corpus hoc habitat, cibi materialis indiget, non quidem propter se ipsam, quæ cibo æthereo vescitur, sed vt sibi adiunctum corpus rectiùs sustentetur; sic homo virtute praditus non propter se ipsum, sed propter patriæ, familiæ, consanguineorum, amicorum; denique propter ipsius virtutis gloriam, ne scilicet in se ipso eadem virtus debito fulgore, ac pulchritudinis suæ ornamento destituta compareat; hoc hono-*

ris

ris signum concupiscit. Eusebius *ubi supr. Part.* 2. *Lib.* 3. *Cap.* 2.

Deindè maior legis ad animadvertendum in filios proclivitas indè posset emanare, ★ quòd filij non sic
45 propendent ad virtutes, quā ad vitia genitorum teste Iuvenale *Satyr.* 14.

Abstineas igitur damnis huiusce; etenim vel
Vna potens ratio, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac pravis omnes sumus: & Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunque sub axe
Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus unquàm.

In hoc aduc illud tritum, cuius te non latet:

Nec velut in ramos ex imo stipite succus
Influit, in natos sic orta parentibus ipsis
Descendat virtus.

Rem explicat vrgenti, & doctà facilitate Abulensis *ad Exod.* 20. *Quæst.* 5. *Non magis* (inquit) *filij boni possunt imitari bona patrum, quàm mali filij mala patrum: Imò facilius est mala patris, quàm bona imitari. Esse malum nullus labor est; sed esse bonum valdè magnus: Sicut sagittatores ad signū: percutere signū non valdè facile est; imò multò difficile: nec quilibet homo facere potest, sed solus bonus sagittator: deviare autem à signò valdè facile est, & quilibet illud facere potest.* Optimè in rem Carolus Scribanius *Polit. Libr.* 2. *Pag* 99. & Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 14. *Num.* 99. Mendoza *in* 1. *Reg. Cap.* 1. *Annot.* 12. *circ.* Lit. *Sect.* 3. *Num.* 4. Hàc de causà, quoniam ad prava parentum dulciùs natura labitur, sensit Theodoricus Rex tantò magis munerandum fore filium, qui sibi relictus ad optimum parētem adspirasset, *Lib.* 2. *Epist.* 1. Cassiodorus *Ideò dignus largitatibus nostris, quòd in ipso pueritiæ flore lubricam frenavit ætatem, & quod raròcontinentiæ bonum*

est,

est, patre privatus gravitatis factus est filius.

Quamobrèm hæc quæ videri posset Iuris iniquitas, dum in mulctam quàm in præmium æquè non se habet, ob filiorum naturalem propensionem in deterius, excusaretur vtique, imò excusatione non egêret. Sed addidero: Etiam si prædicta ratio in medio non esset, in æquali ad scelera, & virtutes natorum propensione, æquius foret timorem gravare paterni supplicij reliquijs, quam spem officiô paterno prosequi. Vtrobi-
46 què enim * Reip. versatur salus, & vbì filium perduellis infringit, & filium benemeriti à paterno munere remoratur. In vnius enim depressione, vnus affli&ctatur, in vno indigno præficiēdo, tota Resp. offertur naufra-
47 gio, tota contagio iungitur à capite descēsuro. * Vitia enim eorum, qui populi manuducunt habenas, multitudinem impensè inficiunt. Vt in locô communi egregiè versantur. Tiraquellus *de Nobilit. Cap. 20. Num. 136. & seq. & de Pæn. Temp. Caus. 31. Num. 39. & Caus. 51. Num. 95.* Petrus Gregorius *de Republ. Lib. 2. Cap. 6.* Borrellus *de Reg. Cathol. præst. Cap. 6. Num. 4.* Escribanius *in Polit. Lib. 2. Capit. 6. Fol. 116.* Æneus Robertus *Rer. Iudic. Lib. 1. Cap. 4.* Chokier *in Thesaur. Aphor. Polit. Lib. 1. Cap. 9.* Arnisæus *de Republ. Lib. 2. Cap. 3. Sect. 3 à Num. 18.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib. 2. Cap. 24. ex Num. 45.* Staibanus Iunior *Resol. 100. Num. 328.*

Deniquè persistēdū est in eruēdâ ratione, L. *Quisquis*; qualitèr minimè sit in eâ iniquum, filios propter scelera genitorum plecti, vt elucescat exindè æquè se habēre iura in virtutibus, ac in vitijs; nec maiori ad supplicium propensione, quàm ad gratiam, & beneficientiā ex se duci.

S. Thomas 1. 2. *Quæst.* 87. *Art.* 8. inter disceptandum an ob alienam culpam, absque iniustitiæ notâ possit puniri, qui nullo proprio crimine nocens est?
48 Hanc statuit distinctionem: * aut de pœnis agitur,

componentes,totidem erunt ſpecies dignitatis. Cuiacius de indole Conſultum accepit,quod,vt vt non probari ab eô contendat Amaya, tamen quid manifeſtius, quàm locus ille ex Philoxeni gloſsis, vbì talis habetur indolis definitio καλὴ ἐλπὶς ἐν νεότητι *pulchra ſpes in iuvene.* Sed dignitas hîc nõ ſolùm pro indole, ſed pro quibuſvis etiam ornamentis capiẽda,quæ firmã ſpem Principi fecerint rectè tractandæ Reip. ſicque Papyrius in noſtram omninò ſententiam,ſpem certam appellavit eã, quæ in dotibus probatis innititur, hoc eſt quicquã vltra meram indolem ſupergreſſum.

Nam licèt ab indolis expectatione ſpes deſumpta in Iure ad plura valeat extra communem normam obtinenda,vt ad Doctoratum(vt vocant) ob ſpem futuran doctrinæ poſſunt promoveri ingenioſiores nõ valde progreſsi. Alciatus *de Verbor. Significat. Lib.* 1. *Num.* 51. ex Innocentio *in Cap. Cùm in cunctis, de Elect.* Felinus *in Rubr. Decretal. de Magiſtr.* Rebuffus *de Privileg. Schol. Privil.* 84. Nevizanus *in Sylv. Lib.* 5. *Num.* 54. Lenauderius *de Privil. Doctor. Part.* 1. *Quæſt.* 15. *Num.* 57. Cui non abſimile legum candidatum ſtudioſum, & bonæ ſpei, imperito Doctori præferendum eſſe ex Gloſſa *in L.* 1. *C. de Annon. Civil.* Alciatus *vbì proxim.* Actius *de Lud. Scacchor. Quæſt.* 8. *Num.* 83. Bonus de Curtili *de Nobilitat. Num.* 61. *&* 109. Item Patrono Eccleſiaſtico aptiorem eligere obſtricto, minorem filium eligente, & proindè indignum, ſi tamen Pontifex ſe contentum velit, indolem minoris contemplatus, præſumendum erit maiorem idoneitatem in eum ſuperventuram; ait Raudenſis *Deciſ. Piſ.* 38. Licèt, inquam, ad ea ſpei ratio deſerviat, muneribus tamen publicis inſufficiens eſt, incertitudine prædictâ laborans, ad dignitates enim, etiam præiecimus non indolis florem, ſed fructum quæritari.

Iam ad exempla *Cap.* 5. Ea, quibus præfata inter-

fuit

fuit spes certa, laudo, queis incerta, condemno: nec aliter faxo senserint illi Auctores. In* Arretino Clemēte
29 *Certam* reperit Mutianus, ad munia sufficienti, militięque acceptissimo. Idem Tacitus *Lib. 4. Histor. Cap. 68. Arretinum Clementem domui Vespasiani per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano; Pratorianis praposuit, patrem eius egregiè functum ea cura dictitans. Latum militibus idem nomen. Atque ipsum quanquā Senatorij ordinis ad vtraque munia sufficere.*

30 Similitèr* Venantius, Paulinus, Importunus spei certitudinem ad honores per acquisita pignora sibì vēdicarunt, quæ ipsi quidem Cassiodoro non delituere. Ait enim de Venantio *Epistol. 16. Libr. 2: Hinc est, quòd illustrem Venantium tam suis, quàm paternis meritis elucentem Comitivæ Domesticorum vacantis dignitate subveximus: vt natalium splendor insitus ornatior redderetur honoribus.* Plura dixerat, & anteriori *Epistol.* Sed his apertè solidam spem proprijs simulque paternis meritis aspicis elucere. De Paulino *Lib. 9. Episto. 23. Et ideò P. C. alumnum vestrum Paulinum laurea dignitatis vestimus, vt iuventus eius, qua fulget meritis, trabea quoque resplendeat triumphali.* Importunum verò *Lib. 3. Epistol. 6.* post familiam præconijs aspersam, eiusque vniversos alumnos prædicatos: *Qui quamvis fulgeant communione meritorum; invenies tamen quem possis laudare de proprijs*, ipsum etiam ex bonarum artium culturâ, alijsque commendat. Vndè nosci datur peridos illas Theodorici nomine præter generis claritatem examen omne respuentes merum esse (vt sic loquar) * vrbanismum, meræ co-
31 mitatis, & non nihil assentatorias. Gothus enim Princeps Romanorum, quos externus regebat, gratiam venaturus, id semper antiquissimū habuit, vt Senatui integram potestatem, libertatem, auctoritatemque illibatam linquere videretur. Non me latet * etiam citra
32 merita propria Senatorum filijs olìm honores deferri,

vt obſervat, & ornat Savarus *ad Sidonij Epiſt. 6. Libr. 1.* Sed nec laudo, nec in Caſsiodoro condemno, in quô ta le nihil agnoſco.

Non ſegniùs obijci potuiſſet quod poſtmodùm occurrit, de Poſtumo alterius clariſsimi filio, cui Valerianus Tribunatum Vocontiorum commiſsit ſperans in provinciâ patris virtutes relaturum; quaſi filijs ſpes digna ſit conferre Magiſtratus, ipſo gubernandi vſu dignificandis. Ait enim Imperator apud Trebellium *in Poſthum. 2. Tyran.* parente laudato: *Huius filio, Poſthumo nomine Tribunatum Vocontiorum dedi adoleſcenti, qui ſe dignum patris moribus reddet.* Sed de hôc iuvene cùm id nobis annales tradiderint eruditione eloquentiaque claruiſſe, cuius declamationes Quintilianæis miſceri meruerint, vt idem Pollio. Verò proximum eſt iam tum præclaris dotibus adoleſcentem floruiſſe.

Alitèr in Vitellij provinciâ res ſe habuit, cui minimè diffitear id honoris ob vnum nataliuin ſplendorem obtigiſſe. Nec illud ſolùm ei ſolicitavit parentis memoria, ſed omnigenam honorum copiam. *Pater illi* (Tacitus 3. *Hiſtor. Cap. 86.*) *L. Vitellius: ſeptimum, & quinquageſimum ætatis annum explebat, Conſulatum, Sacerdotia, nomen, locunque inter Primores, nulla ſua induſtria, ſed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei detulere, qui ipſum non noverant.* Sed ideò ritè rectè factum putabis? Qualis eligendi ratio, talis evaſit electus. Quàm provida delationis ratio, pobavit eventus. * Quis enim ignorat in ſuorum everſionem, ingenſque gloriæ Romanæ probrum, Imperatoriâ chlamyde obvelutum fuiſſe? De hôc helluonum portento, monſtrorum principe clariſsimo præter alios, ſigillatìm adeas Xiphilinum *in Epitom. Dion. in Vitell.* Quis turpiùs, quis ſe geſſit ineptiùs: De pluribus hanc eiuſdem Taciti *eod. Libr. 3. Cap. 56.* clauſulam traduco, qui ſub rerum declina-

tionem ad Flavianos aliquot oborta portenta enarrans, ſubiungit: *Sed præcipuum ipſe Vitellius oſtentum erat, ignarus militiæ, improvidus conſilijs: quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo, trahendove bello modus alios rogitans; & ad omnes nuntios vultu quoque, & inceſſu trepidus, deinde temulentus.* Placetne moderamen nobiliſsimæ pecudis? Tales ſunt nudæ ſtirpis promotiones, id eſt ſtirpem, clariùs, nudum præponere truncum. Reſtat

34 vt credas Tacitum adprobaſſe, dum aiebat * *Id ſatis videbatur.* Scilicet ille Taciti naſus eſt, qui hæc ſynceriſsimè pronuntiarit. Illius nempè Taciti, qui vt aliquid ſatìs probaret, nil vnquàm omninò fuit ſatìs. O Politicum quali felle tinxeris, illud *ſatis*! Sed de Auctoris ſenſu, Vitellianæque electionis peſte, floridiſsimè diſſertat Scipio Amiratus *Libr.* 17. *Diſſertat. Diſc.* 3. Adde ChoKier *in Theſaur. Polit. Libr.* 5. *Cap.* 3. *in Exempl. Not.* 4.

Iam de Samuele in exemplis ſuperſtite, ſi fortè levi etiam illa ſpe motus, ſcilicet de ſuo ſtomacho mores filiorum probans, & (vt Lyra *in* 1. *Reg.* 8. inquit) *Credens eos fore iuſtitiæ ſuæ imitatores,* neutiquàm ſenem excuſarem peſsimæ incuriæ; indeque promerem quantum ſimile iudicium fallere ſoleat: Illi enim *declinaverunt poſt avaritiam, acceperunt munera, & perverterunt iudicium.* Sed cùm ſanctiſsimi viri factis obmurmurare non

35 oporteat, * libentèr dixero cum Mendoza, Claudio Rangolio ad *D. Cap.* 8. *Verſ.* 1. & 2. ſat ſpeciminis dediſſe filios, ſynceriſque virtutibus floruiſſe ante Principatum transfuſum; mòx verò (quæ humana inconſtantia eſt) ad deteriora conſilia mentem curvaſſe. Eadem in re hâc Samuelis causa eſt cum Marci Aurelij Antonini Imperatoris causâ apud Iovem olìm accuſati à Sileno, quòd filio indigno dediſſet Imperium:

36 idemque reſponſum poſſet vſurpare. * Audi Iulianum Cæſarem in Libro illo quem *Cæſares* inſcripſit, qui &

ſcen-

ſcennam inducit, & Marcum ſic loqui facit: *Neque ego alioquin filium meum tam improbum futurum ſuſpicatus ſum. Quod ſi adoleſcentia magnis in utranque partem inclinationibus agitari ſolita, ad deteriora flexit, nondum ſanè corrupto, & depravato imperium demandavi. Contigit autem ipſum poſt acceptum imperium perverſum fieri.* Rectè: quid etenim hic ſanctiſsimus Propheta deliquit, cui propheticum lumen ad filiorum corruptionem Deus non diſtendit? Certam quidem ad hæc ſpem popoſcimus, ſed quantùm ventura verſus humanus intuitus poteſt certior fieri. Quippe divinare non tenemur, L. *Si fidei iuſſor* 29. §. *Si cum, ff. Mandat. L. Si putator* 31. *in fin. ff. ad L. Aquil.* Franciſcus de Petris *Conſ.* 47. *Num.* 6. Valenzuela *Conſ.* 39. *Num.* 13. Nemini obiectandum eſt: Illud, aut aliud accidere tamen poterat, cur non prę videras? Spatioſiſsima eſt futuri potentia, immenſaque amplitudine oculis mentis eripitur. *Si ſecundum
37 ius inſtantis temporis rem æſtimaſti, rectum præſtitiſti, *L. Continuus* 137. §. *Cum quis, ff. de Verbor. Obligat.*
38 Ideoque *de præſenti ad futura, & præterita, ut pluriſmùm, argumentum conſiſtit, iuxta quæ latè proſequũtur Menochius *de Præſumpt. Lib.* 1. *Quæſt.* 24. *à Num.* 2. & Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 9. §. 5. *Num.* 38. & *Gloſſ.* 45. §. 1. *Num.* 44. Nec expectandos alitèr adverſos, & infelices caſus dixit Conſultus *in L. Inter ſtipulantem* 83. §. *Sacram, ff. de Verbor. Obligat.* Alciatus *de Præſumpt. Reg.* 2. *Præſumpt.* 27. *Num.* 3. Surdus *de Alim. Titul.* 7. *Quæſt.* 9. *Num.* 14. Valenzuela *Conſ.* 179. *Numer.* 97. Ludovicus Sanctius à Melo *in Tract. de Induc. debit. Quæſt.* 9. *Num.* 22. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 9. Et probatur argumento Text. *in L. Cum hi* 8. §. *Fin. ff. de Tranſact.* vbi Cuiacius. Nam ſolùm (inquam) futurus eventus venit conſiderandus, ſi præſens ſtatus ad illum propendeat, *L. Si quis domum* 9. §. *Idem quærit, ff. Locat. L. Qui bona* 13. §. *Cum inter, ff. de*

Damn. in fect. L. Lucius 78. §. *Penult. ff. ad S. C. Trebell.*
L. Sed etsi per Prætorem 26. *ff. Ex quib. cauf. maior.* Cra-
vetta *de Antiquitat. Tempor. Part.* 1. §. *Viso de verbis,*
Num. 59. Franciscus de Ponte *Conf.* 137. *Num.* 62.
Tom. 2. Diodorus Tuldenus *de Jurisp. extemp. Lib.* 1. *Ca-*
pit. 19. *in fin.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 1. *Cap.* 17
Num. 31. Ne igitur imputetur Samueli natorum præ-
varicatio: * Neque enim minorum, aut Reip. Curato-
39 ribus vertuntur detrimenta, fidesve fracta eorum, quos
pro negocijs expediendis vsurparunt pro eô temporis
compertò idoneos, *L. Si res pupillaris* 51. *ff. de Adm. Tu-*
tor. L. 2. §. *Si eo, ff. de Admin. rer. ad civ. pert. L. Qui sub cō-*
ditione 111. *ff. de Condit. & Dem. cum similibus*, Bovadilla
Lib. 3. *Polit. Cap.* 8. *Num.* 52. Lara *de Vit. Homin. Capit.*
19. *Num.* 61. Iosephus Ludovicus *Decis.* 67. *Part.* 2.
Num. 27. & generalitèr queiscunque cura electionis
incumbit, si adaptarunt censitos opportunos Grego-
rius Lopez *in L.* 7. *Gloss.* 2. *Titul.* 18. *Partit.* 2. Vbi de ar-
cis * Præfecto, quatenùs cum substituti delicto com-
40 municet: quô super Marius etiam Giurba *Conf.* 36. *N.*
17. Fulvius Constantius *in L. Nullus* 60. *à Num.* 63. *C.*
de Decur. Amaya *in ead. L. à Num.* 47. Vbi ad rem mul
ta converrunt.

Quarta.

ARGVMENTVM, cui quartus obtigit locus, ortum habuit ex *L. Quisquis* 5. *C. ad L. Iul. Maiest.* vbi paternum delictum per posteros malignè serpit, eorum famam, & opes perdendo; nimirùm metûs causâ; qui generationem comitatur prolis in patris æmulationem adulturæ: vndè ad spem convertebatur obiectio, quatenùs in optimorum liberis ad paterna munera videtur sufficere.

Id obiecti multifariàm hebetari pervium est. Pri-

mò declinare illud possem, si responderem: Ingenti discrimine leges præmia virtutibus proponere; & supplicia criminibus, hæc scilicèt ex suo primariò munere, secùs illa. * Nam punire potiùs, quàm præmiare legi tri
41 buitur, *L. Legis virtus 7. ff. de Legibus*. Quippe quicquid vi cogenti pollet, cùm soli Principi competat: vis enim coactiva solius est potestatem habentis, vt Iuris latorum; ideò propria Legum * coerciva vis appellatur;
42 præmiari autem nullam auctoritatem legitimam in donante requirit. Sotus *de Iustit. & Iur. Lib.* 1. *Quæst.* 2. *Art.* 2. Camillus Borrellus *de Reg. Cathol. Præst. Cap.* 31. *Num.* 35. Osualdus *ad Donell. Lib.* 1. *Comm. Cap.* 5. *Lit. C.* Matthæacius *de Viâ & Rat. Iur. Lib.* 1. *Cap.* 32. *Numer.* 8. Quippe etiam * virtus sibi ipsi, & pretium sit, &
43 præmium. Seneca *Lib.* 4. *de Benefic. Cap.* 1. *Rerum honestarum pretium in ipsis est, & Epist.* 81. *Virtutum omnium pretium in ipsis.* Quò illud Horatij *Lib.* 3. *Carm. Od.* 2.

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Nec sumit, aut ponit secureis
Arbitrio popularis auræ.

Vndè apud Maronem *Lib.* 5. *Æn. Vers.* 471. iuxta observatum à Scaligero *Lib.* 3: *Poët. Cap.* 12. victus Dares luculentiori augetur dono, quàm victor Entellus:

———Galeamque, ensemque vocati
Accipiunt: palmam Entello, taurumque relinquunt.

Quoniam victoria non minima fuerit præmij portio. Hinc vrbanè Martialis minùs deberi, ait Advocato causam vincenti, quàm qui eà cecidit. *Epigram.* 17. *Libr.* 8.

Narrasti nihil, inquis, & à te prodita causa est
Tantò plus debes Sexte quòd erubui.

Videas quæ piâ eruditione P. Eusebius *in Theo polit. P. 1. Lib. 2. Cap. 19.*

Verùm licèt virtus non legibus, sed honestatis nomine potissimùm persuadeatur, & benè facti conscientia gloriam sat innutriat. * Ast sub optimò Principe, secundum Traiani Panegyristem: *Non benè factis tantùm ex conscientiâ merces, sed etiam pręmia sunt.* Indè Alethes strennuis militibus pollicetur non præclari facinoris nudâ conscientiâ eis fructum constiturum, verùm & insupèr ab Æneâ, & Ascanio præmijs, & honoribus afficiendos. Virgilius *Æn. 9. Vers. 253.*

44

Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus ausis
Pręmia posse rear solvi? pulcherrima primùm
Dij moresque dabunt vestri: tum cætera reddet
Actutùm pius Æneas, atque integer ævi
Ascanius, meriti tanti non immemor vnquàm.

Huius ratio non ægrè subodoranda subit. Etenim conscientiæ præmium purius est, & divinius, quàm vt humano palato sempèr aptetur. Grassior hominis cupiditas, magis sensile pinguiorisque condimenti dona reposcit. Et iamdiu marescens virtutis amor, notioribus illecebris evigiletur oportet. Virtus etiam minùs avara habet plura, queis præmia quærat. Præclarè Scipio Amiratus *Lib. 2. Dissertat. Polit. Disc. 2. Id profectò* (inquit) *non ambigimus vberrimum virtutis pręmium, fructùque ipsam esse virtutis possessionem: sed quemadmodùm anima dum corpus hoc habitat, cibi materialis indiget, non quidem propter se ipsam, quæ cibo æthereo vescitur, sed vt sibi adiunctum corpus rectius sustentetur; sic homo virtute præditus non propter se ipsum, sed propter patriæ, familiæ, consanguineorum, amicorum; denique propter ipsius virtutis gloriam, ne scilicet in se ipso eadem virtus debito fulgore, ac pulchritudinis suæ ornamento destituta compareat, hoc hono-*

ris

est, patre privatus gravitatis factus est filius.

Quamobrèm hæc quæ videri posset Iuris iniquitas, dum in mulctam quàm in præmium æquè non se habet, ob filiorum naturalem propensionem in deterius, excusaretur vtique, imò excusatione non egêret. Sed addidero: Etiam si prædicta ratio in medio non esset, in æquali ad scelera, & virtutes natorum propensione, æquius foret timorem gravare paterni supplicij reliquijs, quam spem officiò paterno prosequi. Vtrobi-
46 què enim * Reip. versatur salus, & vbì filium perduellis infringit, & filium benemeriti à paterno munere remoratur. In vnius enim depressione, vnus afflictatur, in vno indigno præficiēdo, tota Resp. offertur naufra-
47 gio, tota contagio iungitur à capite descēsuro. * Vitia enim eorum, qui populi manuducunt habenas, multitudinem impensè inficiunt. Vt in locô communi egregiè versantur. Tiraquellus *de Nobilit. Cap. 20. Num. 136. & seq. & de Pœn. Temp. Caus. 31. Num. 39. & Caus. 51. Num. 95.* Petrus Gregorius *de Republ. Lib. 2. Cap. 6.* Borrellus *de Reg. Cathol. præst. Cap. 6. Num. 4.* Escribanius *in Polit. Lib. 2. Capit. 6. Fol. 116.* Æneus Robertus *Rer. Iudic. Lib. 1. Cap. 4.* Chokier *in Thesaur. Aphor. Polit. Lib. 1. Cap. 9.* Arnisæus *de Republ. Lib. 2. Cap. 3. Sect. 3 à Num. 18.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib. 2. Cap. 24. ex Num. 45.* Staibanus Iunior *Resol. 100. Num. 328.*

Deniquè persistēdū est in eruēdâ ratione, L. *Quisquis*; qualitèr minimè sit in eâ iniquum, filios propter scelera genitorum plecti, vt elucescat exindè æquè se habē re iura in virtutibus, ac in vitijs; nec maiori ad supplicium propensione, quàm ad gratiam, & beneficientiā ex se duci.

S. Thomas 1. 2. *Quæst.* 87. *Art.* 8. inter disceptandum an ob alienam culpam, absque iniustitiæ notâ posſit puniri, qui nullo proprio crimine nocens est?
48 Hanc statuit distinctionem: * aut de pœnis agitur,

quæ puram rationem pænæ sortiuntur, aut de illis, quę solùm in medelam adhibentur. * Priores quidem ne-
49 moluat, æquum est pro alienô commisso: quoniam peccare personale actum est, quod suos duntaxat inficit auctores, queis vt obnoxius fias, metus nihil agere valet præter delictum, *L. Sancimus* 22. *C. de Pœnis, L. Crimen* 26. *ff. Eod.* L. 2. §. *Nullum, ff. de Decur. L. Ob maritorum* 2. *C. Ne vxor pro mar.* Cum pluribus reliquis. Vndè in trivium venere versiculi.

Auctores proprios sua crimina iure tenebunt,
Nullus plectatur, nisi qui peccator habetur.

50 In his verò * pœnis, quæ medentur, contingit nec incongruè, quòd non commissi delicti sentiat effectũ aliquis, vt paterni filius, herilis subditus, aut obnoxius:

Ex hâc doctrinâ (cui communis Doctorum calculus favet; quam & tradit, & illustrat Cælius Rhodiginus *Lect. Antiq. Lib.* 3. *Cap.* 28. & 19. Adeas Pererium *in Genes. Cap.* 9. *Vers.* 25. *Disp.* 4. *ex Num.* 162. Vbertìm Salas *in eâdem* 1. 2. *Quæst.* 87. *Tract.* 13. *Disp.* 15. *Sect. Vltim.*) Leges præfatam vindictam decernentes redduntur rationi consentaneæ, iustitiæ, & æquitati concor-
51 des. * Quarè allata, L. *Quisquis*, & punit, & medicatur; punit parentes verâ, & strictâ pœnâ, filijs verò paterni expertibus flagitij, nec socijs, nec conscijs medicinam tantũmodò admovet æquè vtrobiquè vtrisque provida.

Punit (inquam) parentes in intimô eorum pignore.
52 videlicèt prole, * quæ certè aliquid patris est, verissimeque, & ex naturæ donô res ipsius, *L. Cùm scimus* 22. *C. de Agricol. & Cens. Lib.* 11. Gregorius *Gloss.* 12. *L.* 1. *Titul.* 20. *Part.* 2. Latè Scaccia *de Iudic. Lib.* 2. *Capit.* 9. *Num.* 1701. Terentius *in Heautontim. Act.* 1. *Scen.* 1.

Nec

Nec fas est vllâ me voluptate hîc frui
Nisi vbi ille hùc salvus redierit meus particeps.

Eruditè Federicus Scotus *Lib. 1, Resp. 32. Num. 6. Tom. 1*, Rusticis *in Proœm. ad L. Cum avus, Num. 10.* Robles *de Repræsent. Lib. 1, Cap. 7. per tot.* In filio igitur pater, tanquam in proprijs bonis optimè mulctatur. D. Thomas *D. Art. 8. in Corp. & ad 1. & 2. 2. Quæst. 104. Art. 4.* Vbi interpretes, Suarez *de Fide, Disp. 22. Sect. 1.* Lara *de Vita Hom. Cap. 1. Num. 50.* Cui ob insitum erga sobolem amorem gravissima est talis animadversio. Indeque magìs à delictis
53 terresit, * quò plus filiorum damnis, quã suismet afficitur, *L. Isti quidem 9. ff. Quod met. caus. L. Fin. §. Idem rescripserunt, ff. de Bon. eor. qui sib. mort. §. Fin. Inst. de Noxal.* Quarè apud Ovidium 2. *Metam.* rectè Phœbus:

Et patrio pater esse metu probor.

Optimè D. Chrysostomus *Homil. 29. in illud Genes. Capit. 9.* vbi peccante Chamo, filius eius Chanaamus ab avo maledictis accipitur, D. Ambrosius *Libr. de Noë & Arca, Cap. 32.* Mendoza *in 1. Reg. Cap. 1. Num. 28. Annot. 12. Sect. 2.* Acacius *de Privileg. parent. & liber. Priv. 3. Cap. 1. à Num. 45.* quem vide *Cap. 6. per tot.* Alijque perplures.

Filio verò medicamen adijcit, ne culpâ paternâ afflatus, in eadem scelera prærumpat. Id præstat saluta-
54 ris cautio. Verenda quippe fuit, sanguinis * infectio,
55 non rarò ingentilitia facinora prurientis: Verenda * patriæ vindictæ cupido, quâ liberi creduntur æstuare, vt aiunt Petrus Gregorius *Syntagmat. Lib. 35. Cap. 1. Numer. 2. & Lib. 44. Cap. 5. Num. 13.* Boëkelius *de Public. Iudic. Disquisit. 4. Quæst. 9.* Clapmarius *de Arcan. Rerump. Lib. 4. Cap. 15.* Vndè vulgatum proverbium de quô Chiliastes: *Stultus qui patre cæso, liberis pepercit.* Ærodius *Rer. iudicat. Lib. 7. Tit. 9. Cap. 15. & 30.* Et ideò eos

ex-

exarmari oportuit, vireſque accidi. Famâ igitur, ſubſtantiâ, & honoribus eraduntur, ſævioribus indè minis proterrentur, vt ſi fortè in gentis vindicias eferbuerint, inimici auſus pectore in ipſo ſuffocentur, & ab exulcerato animo corde ad tumultus vigente, manus flacceſcat, iræque rebelles, potentiâ, & auctoritate de-
56 ſtitutæ liqueſiant. * Quantùm ad id valeant, timor, triſtitia, & dolor, latè probat D. Thomas 1. 2. *Quæſt.* 45. *per tot.* & *Quæſt.* 47. *per tot.*

Quod autem Cæſarea mens *in L. Quiſquis*, hæc fuerit perduellium filios præſervare, idque nullatenùs æquitati reſiſtere, nec dubito, nec dubitandum reputo. Quòd verò * corporali pœnâ proſequendi eſſent, ver-
57 beribus, aliave carnificinâ, è iure neutiquàm eſſe fatear, ſed ex iniuriâ. Inhumanitas, barbaries, feritas, paterna crimina innocenti filiorum ſanguine expiare. Iuri divino adverſans *Deuteronom.* 24. Demoſthenes *Epiſt.* 3. iniquiſsimum eſſe ait, quarum rerum patrem accuſant, ob eas filios in vincula conijci. Iniquiſsima proindè Macedonum lex, vt inſidiantis Regi propinqui etiam tollerentur. Curtius *Lib.* 6. Genus huiuſmodi leges, non ſcelus puniunt, vt ait Philo *Lib.* 2. *de Spec. Legib.* Petrus Gregorius *Syntagm. Lib.* 35. *Cap.* 1. Adamus Contzen *Lib.* 10. *Polit. Cap.* 45. §. 11. Quid de Medico cenſeres, qui te iugulandum doceat; quia luem vẽturam timet? Sanũ eſt vt ſuſpectæ proli acerbiores, ſed ſalubres manus lex imponat, inſanum eodẽ ſupplicio timorem mactare, quò ſcelus.

Quamobrèm verba illa: *Filij verò eius, quibus vitam Imperatoria ſpecialitèr lenitate concedimus; paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla metuuntur* à ſenſu, quem in ſuperficie ferre videntur, non coërcitæ, in immane argumentum exſilirent. Nam quomodò præcariò vivent, quos nulli ſecuri malè conſcius animus ſubiecit? Qualis Cæſa-

rea

rea liberalitas, quod nullo non iure cogente relinquunt? L. *Donari* 82. *ff. de Regul. Iur. L. Rem legatam* 18. *ff. de Adim. legat.* Agè iudex, & in illum lege age, quem homicidam futurum suspicaris, hunc in crucem rapi
58 iube, quia fur, vt times, erit aliquandò. Etenim * mulcta peccata persequitur, non prævenit. Ideoque non gratis, sed ex totâ Iuris integritate filijs læsæ Maiestatis convictorum vita permittitur, Castro *de Iust. Hær. Punit.* Lib. 2. *Cap.* 9. Federicus Scotus *Lib.* 5. *Respons.* 21. *Num.* 67. Quæ sententia communis consistit, & irrefragabilis tam inter Theologos (cum D. D. Augustino, & Thomà Expositores omnes super *Cap.* 24. *Deuteron.* & *Exod.* 20. & *ad Quæst.* 87. *Artic.* 8. 1. 2. & 2. 2. *Quæst.* 108. *Art.* 4. Marquez *en el Govern. Christian.* Lib. 1. *Capit.* 31. quàm inter Iuridicos: Covarruvias *Libr.* 2. *Var. Cap.* 8. *Num.* 1. Simancas *de Cathol. Institut. Titul.* 29. Gutierrez *Lib.* 2. *Canonic. Cap.* 30. *ex Num.* 22. Andreas Knichen *de Iur. Saxon non prov. Cap.* 5. *ab Num.* 439. & ætatis nostræ eruditas apprimè D. Didacus Nabona *de Ætat. ad omn. act. human. requis. Ann.* 10. *Quæst.* 10. Qui vno impetu damnant, & detestantur, prælata L. *Quisquis* verba; exponunt *Cap. Vergentis* 10. *de Hæretic.* & refellunt Nicolaum de Lyra, qui solus ad contrariã partem defecit, in id tandem coëuntes propter gentilia scelera posteritatem cruentare, divinum tantùm decere tribunal, necvbì humanum.

Placet hìc * Ioannis Ignei aliàs doctissimi cõmentũ
59 memorare. Etenim *in* L. *Fideicõmissum* 26. *ff. ad S.C. Sillan. Num.* 38. ait: Nam & Honorius, & Arcadius, cùm Imperatores essent, & vi Imperium occupaverunt, vt faciliùs Imperium vsurparent, & firmarent, illam L. *Quisquis* ediderunt. Sic Igneus, sed ille næ parùm historicos delassavit; parùm laborasse videtur.

Quantum distet ab Inacho
Codrus——

Quis enim ignorat eos in dominationis ſuę primordijs religioſiſsimos extitiſſe, laudatiſsimoſque Principes? Qui parentis Theodoſij recentibus veſtigijs inſiſten-nihil antiquius habuerunt, quàm Chriſtianam Religionem, Orthodoxamque fidem ſartamtectam aſſerere, legibuſque communire: quod aliquâ licèt incuriâ ciuili nubilus ad exitum vitę Honorius perduxit, fratre demùm ad minùs ſanam frugem delirante. Neuter verò, aut vi, aut dolô malô in ſceptrum intruſus, ſed à Theodoſio patre adhùc vivente alius aliò tempore Imperatores creati, moxque defuncto, ſub ipſis ſolis manſit Imperium, cùm Arcadius duodecim, duos Honorius annos cum parente rexiſſent. Quæ omnia Chronicis comperta tradit Baronius *Ann.* CCCXCV. *Tom.* 5. Igneus igitur eorum temporum ieiunus, à verò aberravit toto cœlo. Cuius opinionis licèt meminerit doctiſsimus Valenzuela *Conſ.* 164. *Num.* 29. ei tamen adhæſiſſe, haud credendum eſt.

Si autem curij de ferendæ legis ★ occaſione ſciſcitentur: 60 exiſtimo Ruffinum iniquiſsimum proditorem in causâ fuiſſe, vt ea ſanctio ſtringeretur, qui Cæſaream purpuram exambiens Romanum Imperium infeſtavit, tacitum proditionis virus ita rebus infudit, vt penè conclamata fuerit Reſp. Præter alia enim tentata, immenſam Barbarorum colluviem armigeram allexit, oſtiaque Imperij pandit, vt cultiſsimè latèque perſequitur Claudianus. Et ſanè miſerrima tēpeſtas illa fuit, nil dum non tentatum remanſit ambitioni, & optimi Principes dum nimis Proceribus fidunt, nimìs fidos Proceres nuſquàm invenere. Vnde alienis vitijs ad ſuas virtutes coacti, iuſtè valideque in perduelles cruduere, hoc ſevero reſcripto evaginato, Cęſario & Attico Coſſ. anno paulò plus elapſo à nece Ruffini, quandò veroſimile eſt pendêre adhùc Ruffinianorum proſcriptionem.

Verba verò constitutionis sub * truculento vul-
61 tu mitiorem animum ferunt: terricula enim natis in-
ferunt, quasi eorum iugulum sub æquô Imperatorum
nutu, clementiâ dispenseetur. Terror est proferre quòd
eorum vita à legis supercilio dependeat, non reapse
sententia. Verbisque velut necis comminatorijs (quæ
etiam à Deo ipso in sacris literis prolata non veram a-
nimi determinationem afferunt, cùm adimpleta non
fuerint, sed terrorem solùm, & sicut Deus quod non
exequetur, effecturum se inquit, sic Imperatores posse
quod minimè possunt comminantur) avertere secu-
riusque ab scelere elongare cupiunt eos, qui cogi-
tabunt, non solùm in se ipsis perduelles puniendos, sed
in filijs quoque, queis & honor, & substantia tollentur
re ipsâ, & vita etiam, ni pietas Imperatoria succurrisset,
tolleretur. Indeque ex debitâ luendâ pœnâ facinoris
sceleratum pondus perpendi valeat, & culpa salubriùs
timeri, & vitari maneat proclivior.

Nisi, satisque congruè illud: *Quibus vitam Impera-*
62 *toriâ specialitèr lenitate concedimus*. Ita * capias, vt leni-
tas non indultum sonet, sed debitam pietatem, eâ, in-
quam, acceptione, quâ sæpè pios, & benignos Princi-
pes vocamus, quia Maiorum, aut similium tyrannica
facta non admittunt, iustitiamque colunt, & æquita-
tem; in nullum, vt apum Reges armantur malignâ cu-
spide. Quod quidem, licet exequi teneantur, tamen de-
bitum ritè peractum illis lenitatis laudem asportat.
Quô sensu pietatem, & æquitatem vsurpari nonnun-
quàm ex Cicerone, Senecaque ostendit. Doctissimus
Solorzano *de Guberna. Indiar. Lib. 1. Cap. 14. Num. 74.*
Cui vni hanc solutionem debemus. Ergo circa perfido-
rum liberos; Lex & de illis, & pro illis timet; quasi ita
censeat: ne paternus sanguis ad scelera incalescat, non
sanguine, non ferro, sed inediâ, pauperie, ignominiâ fi-
lijs medeamur, incutiamusque salutarem terrorem.

Et

Etenim liberi ipsi si sapiant legis medicinam gratantèr accipient: Quarè Politicus ille Regem informans, quî se gereret in eiusmodi homines. *Argen. Lib.* 3. *Nudos* dixerat *medius fidius relinques, cogesque oblivisci spirituũ, quibus nunc intumescunt*, & addit: *Ipsis quoque consules, ô Rex, si efficies, vt timore, aut fastidio culpa, paulatim inquietos mores dediscant*. Et infrà: *His artibus si eripies Purpuratis deficiendi consilia, atque vires, multum tibi debebunt*.

Iam liquet argumentum dilutum; Cùm ostensum sit ob generis delicta in filijs metuenda, à Iure non plecti: quô asserto tota vis adnitebatur adversaria. Vndè apparet etiam eàdem lance præmia, suppliciaque distribui: nec magìs infectæ proli timuisse leges, quàm de generosâ sperasse; in eademque parallelâ lineâ spe, & metu constitutis accepti, & expensi rationes constare. Æquè naturæ vaticinia præclara possunt, ac sinistra nocent. Nam neque quod verentur leges eas adducit, vt filijs paternis supplicijs exagitent, neque quod sperant, vt parentis munijs condecorent; quia sicut non prȩsumitur iã patris flagitia incurrisse, sed incursurus, ita hic præsumitur paternam provinciam meriturus, non adhùc meritus. In illum strictè non animadvertitur, sed in genitorem, cuius odio, fama, & opes auferuntur à sobole; in hanc non ipsius intuitu funduntur præmia, sed in parentis gratiam, & honorem. Quippe præter alius à paterno generis munera, indultaque statìm fruenda; ipsum etiam officium (de his latè 2. *operis Part.*) illi offertur, & quasi per sponsalia promittitur, tunc ritè posſidendum, cùm requisitæ dotes præsentes fiãt (vt *infr. Cap.* 8) quod in parentũ memoriã remunerandam cedit vtique. Deindè quemadmodùm paternæ luis contagia, præcaventur in eis, queis animi infringuntur, ne (vt lex propter sanguinis corruptelam derivatam metuit) ad paterna tentamenta enitantur: ita orientibus ex optimis acuuntur animi, vt (sicuti lex

pro-

propter derivati sanguinis generositatem sperat) ad paternas virtutes assurgant. Quid enim aliud est gratia illa, quâ leges illustrium virorum posteritatem prosequuntur (vt *infr. 2. Part. Cap. 22.*) quàm spe ex patre ductas, nobiles filij ausus vegetare, irritare ad eminentiora desiderium, & quasi iuvenibus mederi? quorum desidiam debilitant, confovent, & vividè concutiunt, vt latentes velut igniculi, quos in eorum mentibus insevit parentum virtus, disciplinis excitentur; emicansque flamma subsultet, quæ genti suæ, quæ Reip. vniversæ fomentum afferat, & nitorem.

Et si autem iuris in eiusmodi prolem benignitas ad paternum officium extendi non audeat, cùm spes exposità levitate succidua sit, & munia publica perspectam aptitudinem exigant; vt *supr.* tamen, vt id promereatur, patrocinari poterit, præ cęteris dignam præsumendo, credendoque non degenerasse in his, quę non adeò cadunt sub industriam, quæ bonum reddunt virum, scelerumque aversantem, quod vt assequare, nulla alia requiritur ars, aut scientia, quàm abstinere vi-
63 tia. * Enim verò cũ quisquis improbus non exeratur, iustis moribus præsumendus sit (iuxta D. Thomam 2. 2. *Quæst. 70. Art. 3. ad 2. L. Merito 51. ff. Pro socio, L. Quoties 18. §. 1. ff. de Probat. cum vulgat.* Latè Menochius *Lib. 5. Præsumpt. 1. cum seqq.* Pedroccha *Cons. 35. Num.* 83. Mastrillus *de Magistratib. Lib. 6. Capit. 10. Num.* 4. Osualdus *ad Donel. Lib. 24. Comm. Cap.* 19. *Lit. E.* De quò rationem reddit Maranta *Respons.* 18. *Num.* 61. *Part.* 1. ex Baldo *Cons. 402. Lib.* 5. Nam *virtus secundum naturam est*, Seneca *Epist. 50.* Et nullum aptius homini bonum, aut mentis veritati conformius; ideoque Horatio *Sermon. Libr.* 1. *Satyr.* 6. Natura maculosa culpis mendosa vocatur.

Atqui si vitijs mediocribus, ac mea paucis
Mendosa est natura, alioquis recta velut si
Egregio inspersos reprendas corpore nævos.)

In his nervosiùs præsumptio procedit, * si deducatur etiam ex genere, à Text. *in* L. *Quod si nolit* 31. §. *Qui*
64 *mancipia*, *ff. de Ædilit. edict.* Thomas Thomasetus *in Florib. leg. Reg.* 67. Fatinacius *in Prax. Crim. Part.* 1. *Quæst.* 47. *Num.* 282. Gilhausenus *in Arbor. iudic. crim.*
65 *Cap.* 6. *Part* 5. *de Fama*, *Num.* 197. quæ licet * insufficiens, vbì periculum vertitur Glossa *in Cap. Vnic. Verb.*
66 *Æstimare, de Scrutin. in ordin. fac.* tamen inde * ducta locum in deferendis honoribus habere poterit, in eâ consideratione, quâ tradit Bañez *de Iustit. Quæst.* 63. *Art.* 3. Electorem non teneri ad curiosissimam inquisitionem virtutis: nam hæc in conscientiâ sedet; arcanumque bonum nullos explorantes obtutus admittit. Idem asserit Aragonius 2. 2. *Quæst.* 63. *Art.* 3. de quô etiam consulendus Menochius *Lib.* 6. *Præsumpt.* 91. Iuxta hæc igitur nasci ex optimis ad munctum collationem, præsumptionem longiùs fautricem gignere poterit, exigereque vt lentiùs & mitiùs, quàm in cæteros, in eos inquiratur. His profuerit bona fides morum. * De cæ-
67 tero vidisti, & qualiter ratio timoris obsit, ex cunctis autem vndique inter sese compositis quãta sit in vtrorũque liberos sancta legum æqualitas perspexeris, & proximè suspexisti.

Quinta.

EX L. 3. *nostr. Tit.* de fraternâ spe, quâ natu maximo erogatur patrius locus, qui cæteros fratres velut parens alter habiturus sit, respõsum ferat; minùs ad paternum officium probari ex aliâ imitationis spe, quàm ex hâc fraternæ protectionis. Si fortè tã

pru-

prudentèr sperari posset, à paternis laudibus non deflexurum filium, quàm fratrum præsidio futurum fratrem, esset vndè argumentum præsumeret; nunc infirmari necesse est, cùm illâ expectatione intutò niti conspectâ, hanc qualitèr fulciatur videbimus.

68 Consistit illa in fraterno amore, quem * natura ipsa cælat in animis, cui sanguis pro arrhabone, ad quem ortu initiamur, vt præterquamquòd ipse viscerum sensus demonstrat, multis ostendunt Valerius *Lib.* 5. *Cap.* 5. *de Benevol. fratern.* Plutarchus *de Frater. Amor.* Tiraquellus *de Pœn. temp. Caus.* 22. *à Num.* 6. Menchaca *de Succes. creat.* §. 30. *Part.* 2. *Limit.* 34. *Num.* 226. Simancas *de Primogen. Hispan.* Lib. 3. *Cap.* 7. Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 13. *Num.* 261. Pedroccha *Cons.* 23. *Numer.* 71. Fridericus Solis *in Tract. de Dot. Quæst.* 21. *Numer.* 5. Plaza *de Delict. Lib.* 1. *Cap.* 22. *Num.* 36. Arnisæus *de Rep. Lib.* 1. *Cap.* 1. *Sect.* 2. *Num.* 42. Valenzuela

69 *Cons.* 98. *à Nu.* 18. * Frater summi adfectûs, charitatis, & benevolentiæ nomen. Savarus *ad Sidon. Libr.* 1. *Epistol.* 11. Indè apud Apuleium *Libr.* 8. *de Asin.* Thrasillus cæso Leopolemo, horrendum facinus mentitis questibus obtegens: *Illum amicum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique addito nomine lugubri ciere*, quasi (vt ibì Beroaldus) dulcissimis amandi notionibus gradatìm eiulans, emphaticeque ad doloris verticem raptus in fratre stiterit, nec vltra lugendi titulum superinvenerit. Suavissimum sonat amici vox, mellita humanissimi, aut sacri vinculi appellatio, sed quænam amicitia tantâ felicitate catenatur, vt germanescat? *Certè quotiès blandiri volumus* (*Declam.* 31. Quintilianus) *amicis, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen potest, quã vt fratres vocemus. Quid est aliud fraternitas, quã divisus spiritus?* Ad ethimon allusit: *Frater* enim dictus est quasi *fere alter*, vt post Nigidium docet Gellius *Lib.* 13. *Noct. Attic. Cap.* 10. Apud Ius nostrum summa amicitia fra-

ter-

ternæ necessitudini comparatur, *L. Cùm allègas* 4. *C. de Castr. Pecul. milit. Lib.* 12.
70 ★Indè fratris,& sororis voces ad amatoria mollitæ, vt puellæ amasijs suis fratrũ nomine consueßent, hi mutuò amicas sorores indigitarent. Tibullus *Lib.* 3. *Eleg.* 1.

Hæc tibi, vir quondàm, nunc frater, casta Neæra
Mittit, & accipias munera parva, rogat.
Teque suis iurat caram magis esse medullis,
Sive sibi coniux, sive futura soror.

Hinc stabiliere Leges, tutelam ★ adversus fratres,
71 vel ex fratre nepotes suscipere, neminem teneri *L. Humanitatis* 23. *C. de Excusat. tut.* Quà ex lege inducunt etiam Doctores ★ sub generali sermone nil in ipsos de-
72 trimenti præsumi dispositum. Alciatus *Lib.* 1. *Præsump.*
73 27. Hinc etiam ★ in fraternam necem ferascere, non minùs naturæ monstrum, minorve impietas habetur, quam patri filiove tale moliri, *L.* 1. *ff. ad L. Pomp. de Parric.*

Vt ex aceti acrimoniâ vini generositas, fraterni amoris potentia ex impotentiâ odij, si quandò inter ipsos exarsit, coniecta. Quos eiusmodi simultatibus ac-
74 cendere solet, ★vel ercifcundum patrimonium, vt meminit Sidonius *Epistol.* 1. *Lib.* 4. *ibique* Savarus eruditis-
75 simè. ★Vel parens alterum præ alterò diligens, de quò Alciatus *in Reg.* 1. *Præsumpt.* 23. Acacius *de Privileg. paren. & liber. Privileg.* 2. *Cap.* 6. *Num.* 17. Menochius *in Institut. Oeconom.* Libr. 2. *Cap.* 6. *Num.* 1. Vel similia.
76 Quàm ★ malignus indè rixarum abortus, quàm rabidę contentiones, inextricabilia iurgia, quales diræ, & iræ irreconciliabiles, immedicabiles, vt locum fecerint pro loquio: *Fratrum inter se iræ*: de quò Manutius, Salazar *in Prouer. Cap.* 18. *Vers.* 19. Martinus del Rio *in Adagial. Sacr. Adag.* 207. *Part.* 2. Federicus Scotus *Libr.* 4. *Resp.* 24. *Num.* 8. *Tom.* 2. Celeberrimum historiæ omnis

de-

de fraternis odijs exemplum habes apud Statianam
77 Thebaida, * Etheocleos, & Polynicis, qui de imperio dissidentes in singulari certamine, mutuis hinc indè vulneribus conciderunt. Nec modò supremo tenus spiritu efferati, sed vltra mortem odia processere. Quippe cum alterius ferali rogo, fratris alterius cadaver iniecisset Antigone soror, casu, insciaque, honore supremo prosequendum. *Thebaid.* 12. *Vers.* 439.

Ecce iterùm fratris, primos vt contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi, & novus advena bustis
Pellitur: exundant diviso vertice flammæ,
Alternosque apices abrupta luce coruscant.
Pallidus Eumenidum veluti commiserit ignes
Orcus; vterque minax globus, & conatur vterque
Longiùs. Ipsæ etiam commoto pondere paulùm
Secessere trabes. Conclamat territa virgo:
Occidimus, functasque manu stimulavimus iras,
Frater erat: Quis enim accessus ferus hospitis vmbræ
Pelleret? en clypei fragmen, semiustaque nosco
Cingula, frater erat. Cernisne vt flamma recedat,
Concurratque tamen? vivunt odia improba, vivunt.

Etenim quorum summus amor est, horum summa odia esse tradit Aristoteles *Lib.* 7. *Polit. Cap.* 7. & Tacitus *Ann.* 1. *Cap.* 55. *Quæ apud concordes* (inquit) *vincula charitatis, incitamenta sunt irarum apud infensos.* Alia Va-
78 lenzuela *Cons.* 41. *Num.* 328. Inde ferrea * coniugum dissidia, vt indicarunt Leo Bizantinus apud Erasmum *in Apophthegm. Lib.* 8. *Pagin.* 828. & Paulus Manutius *eod. Lib. Pagin.* 636. Maranta *Resp.* 33. *ex Num.* 27. ma-
79 xime *Num.* 36. *Par.* 2. Nec non * amantes mutatis ignibus acerrimè excandescunt, vt notat expolitè Cerda
80 *ad Virgilij Æneid.* 4. *Vers.* 314. *Not.* 6. Quorum * causam ex seriâ philophiâ edocet Aristoteles D. *Cap.* 7. Ne-

pe cùm in eàdem potentiâ, videlicet appetitu domum habeant irascibilis,& concupiscibilis,sub eodem genere vtraque inter se contrarietur facultas: eundemque in operando intensionis gradum sortiantur naturalitùs,quod maximè vbì idem frater potentiæ obijcitur vim habet;indè est, vt amor odiumque in eàdem sint acrimoniæ mensurâ, & sicut ille vividissimus esse solet,sic istud accerrimum; nec possit adfectus prosecutivus abradi,quin aversio eregionè in æqualem irascendi vim exsurgat;quemadmodùm quia frigori calor adversatur,nequit alter expelli,quin alterum in eundem impetùs gradum convaleat.Sic Philosophum capio. Vndè cùm tanta sit amandi magnitudo, cùm amatur;accidit vt qui naturæ præcepto, sanguinisque debito favere stringitur,si quid offenderit, vtpotè indignius,ægriùs feratur,vulnusque fiat, cùi nullus prosit Pæon,nullus Machaon,quod nec precibus, nec commodis deliniri,nec pudore fuscari,nec aboleri vetustate posit. Si humana membra diviseris,nullo postindè valent glutinô coalescere: Nec fratres eiusdem artus stirpis. Quod si fortè cohæreant, cute tenus plaga solidatur,nec amplius speres.Mendax obducitur cicatrix, quæ in sanitatis vultum bracteata, vulnus intùs alit. Iuxta Plutarchum *de Liber. educ.* Iam indè à primô ira
81 rum impetu,animi ei sunt * barathro destinati, vbì sua illis est statio reposita, *Æneæ* olim *6. Lib.* monstrata.

Hic,quibus invisi fratres,dum vita manebat.

Iura ergo quid mirer,si primævum fratrem sperent erga cæteros amantem,providum,& benignum,cùm tantam Naturæ parentis fideiussionem habeant. Nec Iuri nova est hæc fiducia. Impuberis namque manu-
82 missi post paternum obitum fratres non legitimi, *sed fiduciarij tutores sunt *Instit. de Fiduc. Tut.* Quod tute-

læ genus ſpeciatìm fiduciarium dicitur, quia Ius ſpeciatìm fratri erga fratres confidit. Quamquàm aliàs à contractà fiduciâ, ſeu ritu, quô emancipationem celebrabant, ipſa parentum tutela fiduciaria nominetur. Vlpianus *in Fragmen Titul.* 11. Agellius *Lib.* 5. *Capit.* 19. Cuiacius *in Not. ad Tit. Inſtit. de Fiduc. Tut.* & ex alijs Petrus Velleius Guevara *in Ciceron. Topic.* Quonam autem corde Lex diffidat patris obitô munere primò natum reliquis ſubventurum, ſciens quàm plures, & ſolidum etiam * officium fratribus ceſſerint,
83 aut in communionem aſciverint. Callias ille digniſsimus adoleſcens, in equitum Magiſtrum creatus, oravit quin potiùs fratrem honeſtari. Tradit Fridericus Solis *vbì ſupr.* Prætteritiſque Scipione Africano, Fabioque Vibulano apud Valerium *Lib* 5. *Cap.* 5. & cæteris; pulchrum rei ſymbolum fabulati ſunt veteres, in decan-
84 tatis * Caſtore, & Polluce, hôc anxiè deprecanti obtinentique de divinitate ercìſcundâ cum fratre dilectiſsimo, vtroque alternis tempore, & equo, fruentibus ſuperûm, & inferûm vices. *Æn.* 6. *Verſ.* 121.

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit;
Itque reditque viam totiès.

Quanvis autem finis intentus legi ſit paternæ, necis filijs habere gratiam, eosque cunctos protegere, alereque defuncti munere, & ſtipendijs; non tamen maximum in paternum locum reduceret, niſi eum habilem militiæque peritum præſupponeret, in quam noſtrâ
85 primâ lege datus fuerat * quæ cum primogenito loquitur potiſsimè arg. Text. *in L. Quicunque* 5. *C. de Co-*
86 *hortalib. Lib.* 12. Cotereus *de Iur. & Privil. Milit. Libr.* 2. *Cap.* 3. Regulariterque * præ cæteris fratribus habilis cenſetur, & conſentaneus muneri, adminiſtrando *Cap. Porrò* 6. 84. *Diſt.* Andreas *in Cap. Imperialem*, §. *Prætereà Ducatus. de Prohibit. feud. alien.* Tiraquellus *de Iur.*

Pri-

*Primigen. Quæst.*4.*Num.*31.Petrus de Gregorio *de Con*
87 *cess.feud.Part.*4.*Quæst.*2.*Num.* 27. Valenzuela *Consil.*
69.*Num.*17.Prætereà quoniam Lex tertia de* officiò,
reque individuâ sermocinatur: Ex not.per Suarez *in* L.
Quoniam in prioribus, *Ampliat.*10.*Num.* 26.Covarru-
vias L*ib.*3.*Variar.Cap.*5.*Num.* 3.Molina *de Primogen.*
L*ib.* 1.*Cap.*11.*Num.*9.*&* L*ib.*3.*Cap.*1. Gratianus *Dis-*
*ceptat.*834.*Num.* 10.Solorzanus *de Indiar.Guber.* L*ib.*
2.C*ap.* 16.*Num.*35.alijque exGamâ *Decis.*41.*Num.*4
Quarè digniore primogenito,in reque individuâ, ad ip
sum meritò devenit: vt in eiusdem Legis specie expres-
sit Pereira *Decis.*4.*Num.* 7. Siquidèm quod ad vnum
devolvendum est, vtporè impertiendi incapax, ad dig-
niorem vtique, L.*Si quæ sunt cautiones*5.*ff.Famil.ercis.*L.
*Fin.ff.de Fid.inst.*Petrus de Gregorio *D.Par.*4.*Quæst.*1.
*Num.*13.

An parentum* servitia iure hæreditario, an san-
88 guinis traducantur? ferri posset in quæstionem; exin-
dè quòd natu maior ad officium vocetur. Sanguinis iu
re deferunt,Gregorius Lopez *in* L.2. *Titul.*15.*Part.*2.
Verb. Sino el fijo maior,Versic.Tene etiam menti. Matien-
zus *in L.*5.*Tit.*10.*Gloss.*3.*Num.*2.*Lib.*5.*Recop.*Fulvius
Constantius *ad nost.Tit.Num.*33.At verò hæreditariò
iure Pereira *vbi sup.*

89 Vtrique sententiæ * mediator eas sic amicari posse
vellē. Vel merita talia sunt, quæ solam gratiam benevo
lentiæ evicerint, nec aliquod agendi ius pepererint, &
tunc sanguinis iure deferuntur. *Nov. de Exhib. Re.* §.
Optimum,Nov.de Adiutor.Quæst. Castro *de Annon. Ci-*
*vil.Notab.*7.*Num.*2. Fulvius Constantius *D. Num.*
33.Vel talia, vt actionem produxerint, quâ in iudicio
exigi valeat remuneratio: tuncque hæreditariò, *L. Pe-*
nult.§.*Fin.*C.*de Erogat. milit. annon. L. His Scholaribus*
14.*eod.L.*5.*&* 7.*Titul.*27.*Partit.*2.*& vtrobiquè* Grego
90 rius: Quò significatò procedit Pereiræ opinatio. * Ni-

si officium, seu dignitas petenda veniant, quæ quidem sanguinis iure, non hæreditariò deferuntur. *L. Fin. h. nostr. Titul. L. 20. Tit. 3. Libr. 4. Ordin.* Gregorius *in D. L. 21. Vers. Tenet etiam menti*, & Matienzus *vbi supr.* Valenzuela *Consil. 60. Num. 71.* ex Baldo *in L. Cum antiquioribus 19. Num. 18. C. de Iur. delib.* Vbì ait, in Dignitatibus, seu officijs magis filiationem, quàm hæreditatem attendi filijsque præstabuntur, quamvìs non hæredibus ex Text. *in Nov. 35.* Bartolus, & Molina, apud Solorzanum *de Indiar. Gubernat. Libr. 2. Capit. 16. Num. 24.*

91 Quandò * dignitas, seu officium quodvis aliud in parentum respectum erogatum, imputandum, conferendumque veniat, *sup. Cap. 6. à Num. 4.* prælibavi, cætera evolvendum relinquo Fulvio Constantio, sedulò perhibenti *in nostr. Titul. à Num. 59.* Addit Bobadilla *Lib. 3. Polit. Cap. 8. Num. 291.* Quamvìs munus venire, & renunciari incapax conferri non debeat. * Tamē

92 si parens filijs eam substantiam non reliquerit, quæ cōgruæ vivendi rationi sufficiat (vt sibi videtur) tunc natu maximum omninò solutum non fore aliquid alimentorum nomine cæteris fratribus erogare; dummodò munus onerum defectu, & compendij magnitudine id pateretur; * vt in Hispanis Maioratibus assolet

93 fieri, cum Primogenitus commodum victum fratribus elargiri teneatur. Molina *de Primogen. Libr. 2. Cap. 15. ex Num. 56.* Surdus *de Aliment. Tit. 1. Quæst. 27.* Castillo *Tom. 5. Controvers. Cap. 104. Num. 50.* Larrea *Disp. Granat. 47.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib. 2. Cap. 16. Num. 75.*

Sexta.

ETiam nos Seneca opperitur, quem quidem vt antiquitatis, acumine, dogmate, dictioneque facilè Principem, excusare vellem felicius, quàm Deos ipse suos excusavit. Sed cùm doctrina obiecta dissentanea omninò sit, & periculosa; quod interpretis est omisso, locum apertè debello. Ibi assertum, probationes, exemplaque inveniuntur. Asserit optimorum posteritatem, etiamsi turpissimam summis quibusque Reip. honoribus affici oportere. * Quæ doctri-
94 na, non solùm (quod levius) orbi politico enormis barbarismus est, sed etiam in Ius divinum, & naturale rebellis. Cùm in civili viro primas teneat vitæ probitas, vt latè D. Thomas *de Erudit. Princip. Lib. 1. Capit. 3. & Quodlibet. 8. Art. 6.* alias prorsùs erit ineptus. Quod Auctoribus vniversis sanctissimum est. Et ne omnes præteream, hæc *de Iustit. Lib. 3. Quæst. 6. Art. 4.* Dominicus Soto. *Nemo, qui impro bis est moribus, quacunque vel scientiâ, vel prudentiâ (quæ potiùs in viro pravo erit astutia) præpolleat, ad huiusmodi provincias est promovendus. Enim verò artes, quæ solo intellectu confident, potest quidem vir nequam probè exercere: vt fidibus dulcitèr canere, pulchrè pingere, adfabrè sculpere: illam verò practicam, quæ in iustitiæ administratione posita est, nemò, nisi virtutum vniversitate præditus, exequi valet iustè. Cuius ratio in promptu est; quòd (vt 6. Ethic. Aristoteles auctor existit) regere, atque imperare prudentiæ munus est. prudentia autem secum habet cunctas virtutes connexas, & potissimùm prudentia Iudicis. Est namque (vt 5. Ethic docetur) Iustitiæ custos: haud tamen iniquitates omnes Reip. ex agitare potest, ac secundum leges vindicare, nisi fuerit virtutum omnium decore perornatus. Nam qualis vnusquisque est, talis sibi finis esse videtur. Ob idque de officijs non potest quis iudicare benè, qui malignè il-*

lis affectus est. Quin verò (ut rerum usu, & experientiâ constat) corruptus animus non potest, non æquitatem iustitia labefactare. Qua utique de causa Aristot. Polit. 3. postquàm differuit non idem esse, ut quis bonus sit civis, atque vir bonus, exceptionem statim subdit, videlicet eum civem, qui præsidens est, & princeps, virtutibus omnibus viri boni indigere. Longius ille, sed hæc indubia, & vulgara.

Quod de divinâ providentiâ delibat, nil novi adtulit. ★ Illa indignis sæpè de his mundialibus munifica
95 est. Hic ô Seneca minimè hærēdum: nobis sic agere nō licet; sed hîc. Quid? Etiam novis hominibus, nec aliundè laudandis sæpè Dij (quos vocas) res potiundas dedere: ergo & nostra comitia eiusdem farinæ Principes eligant? Fatendum ergo est; quoddam supernum nescio quid, in Numinis penetralibus arcanissimè occludi, vndè hæc provenit munerum, & dignitatum atheis visa temeritas. Seu in perditorum supplicium similes præfert, seu temporale congiarium eis inijcit, æternis Diris eosdem præservans. Seu, vtì Seneca vult, in parentum præmium. Seu dominio liberrimus has mundi minutias (quid enim aliud sint in divinâ statera?) in quoscunque placuerit, iacit. D. Thomas 2. 2. *Quæst.* 63. *Art.* 1. *ad* 3. quocum interpretes communitèr, præsertim Bañez *sub Tractat. de Iustit.* Ergo quod ad providentiam cœlicam revocatum, abyssus est iudicij multa, ★
96 ab homine imitante operi mandatum, dementia esset, & nefas. Aptè Aragon *eadem Quæst.* 63. *Art.* 2. ibì: *Ad vltimum respondetur, quòd Deus tanquàm dominus absolutus, in cuius manu sunt omnia corda hominum, pro sua voluntate secundum abyssum suorum iudiciorum, potest eligere quem voluerit, ad quancunque dignitatem: Prælati autem eligentes non debent hoc attendere, sed secundum regulas magìs speciales iudicare, curareque tanquàm fideles dispensatores, vt tales ministri Deo inserviant, qui ei sint grati.*

In dogmata Senecæ hactenùs, nunc in ipsum Se-

necam, & ex ipso. Locus fulmineus, sed igneum armorum pessimus vsus. Nusquam iniquæ causæ melior patronus. Sed quodam velut œstro percitus raptus est in partem intutissimam, hyperbolique inserviens anxiè, iudicij temperiem dissolvit. * Neque
97 enim sibi ipsi satis constat, & si viscera textus timeris plura videas ægrè cohærentia. *Aliquando* incipit indignis danda in parentum honorem; & posteà id providentiæ cursu fluere testatur: *Quædam*, cum tamen, de Regno, de Consulatu, de Orbis terrarum Imperio sermonem intexat. Et ille devotissimus virtutis cultor, cuius laudum præco videtur emptus: ille, inquam, adeò virtutem diligit, vt scelerum portenta colenda iudicet: Ait: vt bonis abundet, pessimis reddendas habenas, id est, vt Reip. benè sit, inferamus ei Phaëthontæa incendia. *Hi sub vmbrâ suorum lateant*. Et quomodò latebunt? in Principum claritate constituti. Videt (quem enim prætereat) infensissimam luem populo fore impium Magistratum, tamen id æquissimum admonet in Maiorum beneficium esse, cùm 7. *de Benefic. Capit.* 20. docuisset: *Illum mihi servandum morem credam, vt si beneficium illi meum, neque vires maiores daturum est in exitium commune, nec confirmaturum, quas habet; id autem erit, quod illi reddi, sine pernicie publicâ possit, reddam.* Idem & Dijs servatum asseverat *de Provident. Capit.* 2. ibi: *Pro vniversis, quorum maior dijs cura est, quàm singulorum.* At dum singulos perdunt, vt vnum qui præterijt, honorent, ignoro Dij Senecæ qualitèr cohæreatis. Non calleo Stoice qualis sit tuus iste Deus? *Sed est aliquid in eò Stoici Dei, iam video, nec cor, nec caput habet.* Vt *in Apocolocynt.* dicebas. Excusare vis Divos istos, quos perindè famâ laborare sentis: sed errones errore defendis. Denique tantum generi tribuis, vt pluribus philosophatus nihil non stemmatibus concedas. Tunc idem ille es Seneca Philosophus, qui

Epi-

Epistol. 44. hæc ſcribis : *Quid aliud eſt in Philoſophia bonum? Hoc eſt quòd ſtemma non inſpicit. Omnes ſi ad priſtinam originem revertantur, à Dijs ſunt.*

98 Sed eas quas adducit * rationes ſpernere non eſt. Iam ſpicilegio ſingulas eradico. *Sacra eſt magnarum virtutum memoria.* Aſt ſacra hæc ſucceſſore prophanata, polluta vſum amiſere. *Et eſſe plures bonos iuvat, ſi gratia bonorum non cum ipſis cadat.* Et eſſe plures malos iuvat, ſi gratia Maiorum non cum vitijs proprijs cadat. *Hoc debemus virtutibus, vt non præſentes ſolùm illas, ſed etiam ablatas è conſpectu colamus.* Hoc debemus virtutibus ne eas in obſcœniſsimâ effigie colamus, vt nec Alexandrum in ære, aut pingui picturâ. *Illæ id egerunt, vt non in vnam ætatem prodeſſent, ita & nos non vnâ ætate grati ſumus.* Imò ſi ſoli illi probi fuerant, poſteritaſque pernicioſa, in vnam ætatem profuere, nocuerunt in plures. Ratio vltima eſt. Vt referatur gratia parentibus non exhibita. Sed rogem: Cur maior vis illis geſtis inſit, vt hæc ſcelera obruant, quā his ſceleribus, vt illa geſta deleant? ſi ob illum hęc flagitia vis diſsimulari, ob hunc ego, vt illæ virtutes diſsimulentur.

Iſtæ Senecæ probationes in duo capita reformantor: Nam vel ad parentum gratiam, & gloriam ſpectant, quorum nomen in queiſcunque genitis ſervatur, longeque ad æternitatem iterfacit; quorumque felicitas propagatur: vel ſpectant ad publicam vtilitatem, cuius maximè intereſt ad virtutem erigi plures, non ignorantes, quoſcunque dabunt poſteros, publicè colendos. Sicque induas acies argumentis diſpoſitis in ea impetum facio non aliundè, quàm ex
99 ipſiſmet ipſius auctoris *exemplis. Inter ſeſe civilitèr vtraque dimicent, dentatumque pręlium Cadmus reſpiciam, non pugnando victurus. Quantum autem publici boni pariant Senecę dogmata, in teſtem adduco

Caligulam illum *Humani ſanguinis avidiſsimum, quem non alitèr in ſuo conſpectu fluere ſinebat, quàm ſi ore exceptu-rus eſſet.* De quô vox vna, tum Romæ ſuæ, tum communis hiſtoriæ: Verè natus ad reliquias Romani ſanguinis hauriendas: monſtrorum omnium (ſi fas ſic eſſet loqui) monſtriſsimum, caræ quod in ſanguine gentis luxuriat. Ille Heliogabalûm, Sardanapalûm, & Neronũ epilogus, vnius Romani populi cervicis, quam vno ictu amputaret, optator. Porrò Cinna, quô etiam in exemplis vtitur, vltramodùm, proficuus fuit. O ſaluberrimum Reip. caput! Memini ex ipsô *de Clement. Lib.* 1. *Cap.* 9. hunc eundem Cinnam, ſub Octaviano, Imperium affectaſſe, & Auguſtum ſui quondàm ſervatorem de medio tollere, qui hominem ingratiſsimum ad ſe delatum, acerbiùs obiurgans, addidit: *Malè mehercle cum Rep. agitur, ſi tibi ad imperandum nihil præter me obſtat.* Quandò igitur Seneca noſter malè agi cum Rep. fatetur, & hanc argumenti partem retractat, ad alteram revertamur. Quòd nec privatũ parentis bonũ adiuvet nequã ſucceſſor exaltatus, reliqua oſtendent exẽpla. Vt gentis gloria perennet adducitur ſuillus Scaurus, *Maiorum ſuorum opprobrium,* vt 3. *Hiſt. Cap.* 66. Tacitus *in quô Scaurorum familia extincta eſt?* vt Seneca Rhetor *Suaſor.* 2. *in Fin.* Vt pater in prole felicitetur Tullius, *Cui ſoli melius fuerat filios non habere?* Spartianus *in Sever.* Sed Aridęus Cicerones filios, Scauros, & Caios emendabit. Cuius ad Regnum aſſumptio feliciſsimũ probabit Alexandrum, nempe dignum, vt eligeretur eius inexplorata poſteritas. Audiamus Curtium, qui *Lib.* 10. *Cap.* 11. de hâc Aridæi electione narrat, & de ſuffragantium ſententijs, aliquis forsàn nuperam hanc dicet: *Tum Phiton plenus lachrymarum orditur dicere: Nunc vel maximè miſerabilem eſſe Alexandrum, qui tam bonorum civium, militumque fructu, & præſentiâ fraudatus eſſet: nomen enim, memoriãque Regis ſui tantùm intuen-*

tes, ad cætera caligare eos. Qui locus, an fubluftris, an non fponte fuccedens, aperiat Curtium Raderus Scholia-ftes. *Maximè, inquit miferabilis nunc eft Alexander, non tam quòd mortuus, quàm quòd digno, & aptò regni hærede, & fucceffore deftitutus fit. Nam qui ex amicis eius clarifsi-mi, fortifsimi, fapientifsimi funt, à regni fucceſsione repellun-tur, vt eorum fructu carere cogatur, & eligituris, qui nihil præter nomen fratris, Regis habet, & memoriam patris Phi-lippi renovat, ad quod nomē, & memoriam ij, qui Aridæum regem iubent, refpiciunt; ad cætera omnia, virtutes, inquam, Regias, fortia facta, fapientiam, induftriam, res geftas cæcu-tiunt, & caligant. Quid enim Aridæus vnquàm dignum re-gnò, & imperio geffit, fecit, fuafit, cogitavit? Hæc mens, & fententia paucorum, & obfcurifsimorum verborum Pi-thonis.*

His iam ego de fpe certaminibus functus,
aliò metatum caftra difcedo, de cætero
ilicet ocyùs expedien-
dus.




CAP. VIII.

Opponitur quòd Constantinus ad officia vocaverit, meritos subintelligens.

SVMMARIVM.

1. *Muneris concessio aptitudinis conditionem imbibit.*
2. *Leges iuxta terminos habiles.*
3. *Amplissimis licèt verbis concepta.*
4. *Vt vitentur absurda.*
5. *Ne in conditoris mentem eatur.*
6. *Dotis promissio inidoneam ætatem non ligat.*
7. *Testari valent naturâ non impediti.*
8. *Hominis sermo generalis non restringendus.*
9. *Subintellecta pro explicitis.*
10. *Et iuxta expressi naturam consequentia.*



AM in hucusquè dicta insiliet aliquis, effatus: Quicquid adusquè contendebas, mari aquam attulisti. Quorsùm tanta de spe lassitudo, de meritisque petitis prolixa confirmatio? Etenim nec ob nudam spem Constantinus patrum munera filijs reddit, nec indignis honores repositos indicavit. Imò quia hæc apertiora sunt, quàm vt exprimi poscant, paterna munera effundit, sub eâ tacitâ conditione: si nati mereantur. Perperàm igitur officium non concedi indè prætenditur, quòd de dignitate promovendi conticetur, cùm potiùs si, vt probavimus, merita muneri con-

iun-

iuncta sint, pleonasmo laboratura esset Legis forma, 1 explicans aptitudinem. * In Iure nanque muneris ipsamet concessio latentèr, & in intraneis sempèr habet: Si ad illud gerendum fuerit instructus. *L. Vt gradatim* 11. §. 1. *ff. de Muner. & Honor. Etsi lege* (inquit Modestinus) *caveatur, vt praeferantur in honoribus certae conditionis homines: attamen sciendum est hoc esse observandum si idonei sint.* Estque regula Text. *in* L. *Qui testamento* 20. 2 *ff. de Testam.* * quòd in qualibet lege presumitur fore terminos habiles. Cavatius *de Indemnit. mulier. circ. dot. solv. Num.* 46. Atque in eà propter rationis defectum, 3 aptitudinis restrictio sempèr inest, * quantuncunquè verbis generalibus concepta sit, L. 1. *vbì* Glos. *C. de Sacros. Eccles. L. Quanvis* 11. *ff. de In Ius vocan. L.* 1. §. 1. *de Constit. pecun. L. Vnic. C. de Inoffic. dot.* Glos. *in* §. 1. *Instit. de Verbor. Obligat.* Tiraquellus *de Retract. Consang.* §. 1. *Gloss.* 7. *Num.* 29. *& in Tit. Le mort.* 2. *Part. Declarat.* 1. *Num.* 2. Surdus *Cons.* 10. *Num.* 28. Corasius *de Iur. civ. in art. redig. Par.* 4. *Cap.* 7. Albertus Bolognetus *de Leg. Iur. & Æquit. Capit.* 34. *à Num.* 23. Stephanus Federicus *de Interpret. Iur. Par.* 1. *à Num.* 120. Diodorus Tuldenus *de Iurisp. extemp. Lib.* 2. *Cap.* 6. Larrea *Alleg.* 87. *Num.* 45. Valenzuela *Cons.* 5. *Num.* 21. Adamus Contzen *Lib.* 5. *Pol. Cap.* 15. §. 6. Clapmarius *de Arcan. Re-* 4 *rump. Lib.* 4. *Cap.* 22. * Ne indè aliquid absurdi, *L. Quidam ignaviae* 26. *C. de Decur. L.* 2. *C. de Condit. insert. L. Aliud* 160. §. 1. *de Regul. Iur. L. Nam absurdum* 7. *ff. de Bon. Libert.* Acacius *de Privil. Iur. Civil. Cap.* 30. *Num.* 52. Marcus Mantua *Observat. leg.* 45. *Lib.* 5. Maresanus *Resp. cont. Dulph. Num.* 15. quod extat post *Controv.* 4. Floriani Dulphi. Et ille, quē non minùs olìm aperientem iura suggestus, quàm iura dantem veneratur tribunal; certa Ctorum mens, certa Reip. salus, idem vtrisque, vtrisque mirandus, in supremo Senatu Fiscalis Regius, D. Martinus de Larriategui *Select. Iur. Libr.* 2.

*Cap.6.Num.*4. Valenzuela *Consi.97.Num.*52. & *Cons.* 133. *Num.*4. ★ Et adversum verisimilem Legislatoris
5 mentem fiat, *L.Lucius* 2. §. *Lucius* 2. *ff. de Leg.* 2. Magerus *de Adv. Arm.Cap.*13. *N.*37. & 139. Vt cũ promittendo dotem ★ omnes omninò obligari decernitur, cu
6 iuscunque sexûs, conditionisve sint, ad idoneos ætate restringitur, *L.Promittendo* 41. *ff.de Iur. dot.* & cùm vnunquenque testari posse constituitur ★ impuberes, fu
7 riosi, cæterique naturâ impediti amandati intelliguntur, L.1. *vbi* Glos. *C. de Sacros. Eccles.* ★ Quanvìs in gene
8 rali hominis sermone plures alitèr iudicent. Quorum non paucos tradunt Tiraquellus *de Retract.Consang.* §. 1. *Gloss.*7. *Num.*29. Ponte *de Potestat.Prorreg.Tit.*2. §. 3. *Numer.*10. Franciscus de Petris *Consil.*38. *Num.* 25. Larreà *Allegat.*19. *Num.*8. Plurimaque abindè deducens Paulus Staibanus Iunior *Resolut.For.* 91. *Num.* 37.

Nostrâ igitur in Lege (quod vniversis accidit) conditio illa naturalis, quin exprimatur, suberit, & ab eâ filiorum aptitudinis restrictionem mutuabitur; ac si hoc
9 ipsum expressissimè nuncupatum fuisset: ★ Expressa etenim vocitantur; & evidentia, quæ subintelliguntur *L.Licèt Imperator* 77. *ff.de Leg.*1. L. *Si locuples* 57. *in fin. ff.de Manum. testam.* L.1. *C.de Testam.milit.* Tiraquellus *in* L. *Si vnquàm, Verb.Donatione largitus, Num.*158. Afflictis *Decis.*13. *Num.*24. Molina *de Hispan. Primog. Lib.*3. *Cap.*40. *Num.*40. & *Cap.*8. *Num.*5. & *Capit.* 13. *Num.*43. *Vers.Sed quanvis.* Mantica *de Coniectur. Lib.*6. *Titul.*1. *Num.*8. Plenè Menochius *Lib.* 1. *Præsumption. Quæst.*45. *Num.*3. Franciscus de Petris *Cons.* 38. *Num.* 21. & *Cons.*56. *Num.*8. Florianus Dulphus *Contr.* 18. *Num.*18. ★ Et in necessariam consequentiam veniunt,
10 & ex naturâ eius, quod expressum est. Angelus *Cons.*17 *Num.*6. & *Cons.*331. *in Fin.* Baldus *Cons.*330. *Num.* 2. *Lib.*3. Magerus *de Advocat.Cap.*11. *Num.*101. & *seqq.*

Ex quibus claruisse videtur non poposcisse aptitudinem Constantinum, mihimè obstiturum quominùs ad patrios honores liberos advocasse credatur.

CAP. IX.

Imò quia meritos non expressit, officium non erogat.

SVMMARIVM.

1. *Patrij honores Legibus non conferuntur, quin expressè aptis.*
2. *Sic* LL. 3. & 5. C. de Advocat. 2. & Num. 5.
3. *Iustinianus discendi Iuris rationem innovavit.*
4. *Iuris peritia profunditas.*
6. *Plura in Pandectis iterata.*
7. *Non verò reprobanda.*
8. *Exponuntur* LL. 11. & 13. C. de Adv. 1.
9. *Studia non tempore, sed profectu reputanda.*
10. *Aperta* L. 7. C. de Proxim. Sacr. *aptitudinem loquitur.*
11. Nov. 35.
12. L. 3. Nostr. Tit. *declarata Num.* 31.
13. L. 20. Tit. 3. Lib. 4. Ord.
14. L. 2. Tit. 4. Lib. 7. Recop.
15. *Augusti formula in liberis commendandis.*
16. *Aptitudo petita repetitur, quia vel sic vix obauditur.*
17. *Et monendi causâ.*
18. *Propter rei necessitatem.*
19. *Maioris periculi maior cautela.*
20. *Nimia non obest.*
21. *Necessariò subintelle-*

lectæ in casum exprominitur.

22. *Ius superflua non fert.*

23. *Vt Nec natura.*

24. *Leges interpretandæ, vt nil frustrà.*

25 *Privatorumque scripta.*

26. LL.3.& 5.C.de Ad vocat.2. *qualitèr clausula conditionalis, & Num.29.&49.*

27. *Tacita conditionis expressio nõ reddit actũ conditionalem.*

28. *Frustrà quæritur, cuius nil eventus operatur.*

30. Si *tempus etiam designat.*

32. Statìm *intervallum importans.*

33. *Gratia patribus debita, natis vel post tempus exhibenda.*

34. *Mortui gratia mẽtibus fluida.*

35. *Ratio ex Plinio.*

36. *Quidem ante obsequia ad præmia nituntur.*

37. *Plurium oblivionem Principibus cura gignunt.*

38. *Hebræorum, & Persarum Regum Commẽtarienses.*

39. *Romanis, Gallisque* Curiosi, & *Memoriales.*

40. *Præmium nõ procrastinandum.*

41. *Ne merita exsolescant.*

42. *Aut comperendinatione minuatur.*

43. *Serum donum minus.*

44. *Tardiùs solvens vsuris adstringitur.*

45. *Ex dilatione legitima damno cedẽti querela dabatur.*

46. *Exceptio pacti de non petendo à Principe tolli non potest.*

47. *Dilatio pro negatione habetur.*

48. *Dubia exceptio soluti conditionem parit.*

50. *Cæteris legibus ad singula officia petentibus idoneos, nostra potiùs ad quæcunque.*

SV-



VPERIVS obiectata ijs viribus videntur, vt nisi quædam occurrisset observatio, huic vni forsàn possem succumbere difficultati. Observavi ego quanquàm tot, & tantis Iuris decisionibus, tot con-
1 ditiones delitescant necessariò; * attamen vbì filius ad paternum munus cietur, non vnquàm, non vsquàm de aptitudine penitùs reticeri. Inductione itaque constanti elicio, nec Legem nostram de officiò cogitasse, cùm eiusmodi legum consuetudo ferat, aut formali, aut æquipollẽti dictione idoneos efflagitare. Recẽseo quot quot hùc potui subodorari.

Primùm * *in L. Iubemus pro tempore* 3. *C. de Advoc.*
2 2. Anasthasius Augustus Advocatorum, seu fisci Patronorum liberis præ quibuslibet alijs extraneis accommodat officia paterna, subdit verò: *Si & ipsi (prout dispositum est) solitò tempore legum doctrinam meruerint.* Hoc est si quinquenium, trabeatæ Pallados Olympiada, publicis Professoribus aures dederint, animũque Iuris con
3 ditorum libris adiecerint; iuxta * eruditionis inclitæ normam Digestorum fronti à Iustiniano præfixam. Priùs quidem (tumultuariè dixerò) quadriennium definitum, cuius, nisi qui fidem fecisset, studijs impensi, nemo in Advocatorum conventum recipiebatur. Cuiacius *Lib.* 12. *Observat. Cap.* 40. Notat Georgius Erhardus *ad illud Petronij in princ. Satyric. Parentes obiurgatione digni sunt.* Petrus Gregorius *Lib.* 49. *Syntagm. Cap.* 6. *Num.* 20. Tantum temporis hisce literis, & illa ætas petebat, quâ mores faciliores erant, iura, & verba forensia notiora, vt vernacula, & recentia. Quantum hodiè insumi oporteat, cùm Cimmeriæ foro incubant tenebræ, pluraque sub antiquitatis velamine proponuntur, cùm vivendi ratio, litiumque mæandri, sphyngibus scatent, quantò temporis spatiò fiet addiscens Oedi-

pus? Vt pendunt Anastasius Germonius *Pomerid. Sess.* 4 & Erhardus idem, sed nec adhùc prolixiori multò ævo perfecta huius artis notitia poterat olìm parari: Legimus enim Servium Sulpicium, qui de literario Principatu cum Cicerone certávit, Q. Mutium semel, & iterùm de Iure respondentem non intellexisse *in* L. 2. §. *Post hos Quintus, ff. de Orig. Iur.* * Adeò eiusmodi scien-
4 tia spatiosa, profunda, & opaca est, vt à paucissimis, vixque post longum annorum decursum impigrum, & insomnem penetrari queat. Vt ex prædicto §. ratiocinatur Vdalricus Zasius. Vide Federicum Scotum *Lib.* 5. *Resp.* 14. *Num.* 4. *Tom.* 2. & Hopperum *de Ver. Iurisp. Lib.* 4. *Tit.* 32.

Præmissam Anasthasius Constitutionem ad ver-
5 bum iterat * *in L. Petitiones* 5. *eod. Tit.* Vt nuperà desinenti: *Si & ipsi* filij (*prout dispositum est*) *solito tempore le-*
6 *gum doctrinam meruerint.* * Vt obitèr arguatur eorum infrunita religio, qui nil in Pandectarum libris incassùm iterari contendunt pertinaces. Quos & alijs similibus exemplis dedocere possint Antonius Muretus *Observat. Iur. Cap.* 4. & Innumera copulans Panciro-lus *in Thes. Variar. Lect. Lib.* 1. *Cap.* 78. At non reprobā-
7 das * geminationes huiusmodi propugnat Gregorius Lopez Madera *Animadv. Iur. Cap.* 36. Videndus Pichardus *in Disput. de Morâ, Num.* 169. Maximè cùm eadem sententia ad varios Iuris articulos respectet, vt doctè adversus Prateium *de Med. Iurispr. Libr.* 1. & Muretum *vbi proximè* scripsit D. Laurentius Ramirez de Prado *in Tess. Leg. ad Text. in L. Certa* 4. *C. de Iur. fisc. Pag.* 45.

8 Nequicquàm adversus asserta ferentur * *L. Nemini* 11. *&* *L. Petionem* 13. *C. de Advocat.* 1. Queis Leo, & Anthemius Imperatores, de filiorum capacitate nil præmonentes, ad officium advocationis supernumerarijs eos anteferunt. Etenim respondeam: Hic sermo se cum

cà

eâ restrictione gerit, & velut correctione quam mox Cæsareæ sanctiones addidere, nimirùm: *Si solito tempore legum doctrinâm meruerint*. Eiusmodi enim sunt leges priores, vt ad eas trahenda sit posterioribus addita de ipsissimâ specie temperatura; & ita procedant, ac si eisdem ipsis inesset, *L. Non est novum 26. & seq. ff. de Legib.* Cum his quæ dedimus *Rubr. Cap. 1. Nu. 16.* & in simili Acevedus *in L. 1. Num. 1. Tit. 4. Lib. 7. Recop.*

9 Priusquàm hinc recedas, præme verba illa: *Legum doctrinam meruerint*. * Non enim sufficit quinquennium meruisse, sed doctrinam. Non sat omninò præstat Advocati, seu Fiscalis Patroni filius, vt muneri paterno maturuisse constet, quòd studuerit, sed quòd laudabilitèr studuerit, *L. Milites 15.* vbì Platea *C. de Re milit. Lib. 12.* Glossa *in L. Vnicuique 7. C. de Proxim. sacr. Lib. 12.* Petrus Gregorius *de Rep. Lib. 18. Cap. 9. Num. 3.* *vbì* etiã quod spatiũ gymnasio deditũ ad præsumptionem probationis scientię conducat. Contzenus *Polit. Lib. 4. Cap. 16. §. 7.*

10 Rursùm * *in D. L. Vnicuique* dum Theodosius, & Valentinianus ita statuunt, vt deficientibus sacrorum scriniùm numerarijs, locum supernumerarij subeant, habitò gradùs, & antiquitatis respectu; Nisi fortè recentior in munere, in meritis potior probetur: *Nisi fortè ab eò, qui tempore vincitur, laborum comparatione superetur, vt quindecim Primatum eiusdem scrinij testimonio, cum sacramenti religione subnixus, præcedentibus dignior iudicetur*, addunt restrictionem hanc extra proximorum filios capiendam, quos perindè eò privilegio afficiunt; vt illorum in supernumerario munere vetustas, etiam si minùs elaborata, extranei superioribus meritis, & laboribus prævaleat: *Hanc quoque observationem extra filios proximorum volumus custodiri. Etenim vnicuique proximo vnum de suis filijs, qui temporis duntaxat suffragio nititur (licèt parùm observasse militiam cognoscatur) insequẽ*

ti-

tibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. Vbi appâret de dignitate vnicuique, filio etiam necessariâ, textum non dissimulasse, cùm inter magìs & minùs dignos duntaxàt, sicut inter magìs, & minùs antiquos præcedentiam disponat. Manifestum autem est merita non defutura, vbi meritorum fit comparatio. Iusque hìc solùm cum liberis capacibus, & sufficientibus dispensat, quatenùs ab aptioribus exceduntur. Nec te fallant verba illa: *De suis filijs, qui temporis duntaxàt suffragio nititur*, vt ex istimes filium præter temporis titulum nil aliud habuisse digni, Quippe minimè id Lex pronuntiat; sed tantùm temporis suffragio niti; quia scilicet hôc solum nomine præpollebat. Quod etiam de natô verissimè dici posset, etiamsi cæteris cætera foret æqualis. Quemadmodùm dum competitori præferri conamur, dictitare solemus: Non quidem his, aut illis virtutibus innitor, vt æmulo præferar; hæ namque in illô paritèr reperiuntur: sed hâc nitor, quâ eum apertè supero. Et verò cùm Legis huius merita potissimùm labores sint in ministerio transacti, vt *sup. qui laborum meritis muniuntur*; indubium est quin filij diuturnitas non exigua merita fecerit. Cùm etiam ipsum supernumerarium sacris scrinijs assidendi munus, quô ille iam fungebatur, non vulgaribus, vteretur ministris, viamque illò per non exiguos sudores emensis, vt notat D. Franciscus de Amaya *in L. Curialibus 66. Numer.* 43. *C. de* Decur. Videndus Salmasius *ad Lamprid. in Alex. Sev. Pag.* 124. *Vers.* 22. *& ad Vopisc. in* Car. *Carin. & Numer. Pag.* 150. *Vers.* 24. Hopperus *de Ver. Iurispr. Lib.* 7. *Titul.* 22. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Libr.* 3. *Cap.* 7.

11 In *Nov.* quoque * 35. *de Adiut. Quæst.* filium invenimus in paternum locum adigi, pariterque capacitatis memoriam non omissam. Rescribit enim Iulianus licere sex & viginti Quæstoris sacri Palatij, Adiutori-

bus

bus (hi proximis sacrorum scriniorum erant adminiculo, & velut vicarij. Hopperus *de Ver. Iurisp. Lib. 7. Tit.* 22.) alios suo muneri subrogare, superadijcit: *Idoneos tamen, & quos pro tempore Quæstor elegerit, propositis sacris Evangelijs.* Vt liceat etiam per ipsos officium licere, *dũ modò & is* (emptor) *qui subrogatur, electione Quæstoris fiat*, eiusque approbetur examine. Præterea aliquô ex Adiutoribus diem obeunte, vacuum locum filij defectu hæres suppleat, centum solidis pensis, sed ij etiam *electione Quæstoris militent* si illos scilicet idoneos iudicet. Eodẽque probante filij, & si non hæredes. *Sin autem liberi sint defuncti, idem iuris habeant* (hoc est electione Quæstoris militandi) *quamvìs hæredes parenti suo non extiterint.* Quòd si liberi inepti videantur, extraneus, qui subrogatur, illis eam centum solidorum summam præstare compellendus, *L. Vnicuique 7. L. Si quis in sacris* 11. *C. de Proxim. Sacr. L. Omnimodò 30. §. Vlt. C. de Inoffic. testam.* Cuiacius, & Gothofredus *in D. Nov.* Pancirolus *in Notit. Orient. Cap. 72.*

12 Sanctio quoque * nostri Tit. tertia quicquid præter aptitudinis voces exprimi valet, eius meminit abs dubio, dum Centenariam, & Ducenariam paterna munia natis non exhibuit, quia superioribus non credidit opportunum, qui nondùm primos gradus effecerat. Ideoque *Si pater* (inquit) *altiorem obtinuerit, veluti Ducenarij, aut Centenarij, filius eius fiat tantummodò Biarchus.*

Nec Hispanum Ius vbì in rem nostram obvertitur,
13 eiusdem conditionis memoriæ pepercit, * *L. 20. Tit. 3. Lib. 4. Ordin. L.* Nũc 10. *Titul. 4. Lib. 6. Recopil.* Henricus IV. defuncti vasalli primogenitis salarium, & agrum, sive terram à domino habitam erogari constituens, eis, subdit, *Que fueren habiles para ello.* Deindè * *L. 2. Titul. 4. Libr. 7. Recopil.* nequem officiò in alte-
14 rius gratiam se abdicare prohibens, exceptum voluit

patrem, qui in filium renunciare possit. *Seyendo idoneo para ello.*

Iam si Cæsarea rescripta, si quotquot (ni fallor) officiò paterno condonāt, ad singula singillatìm hanc expromunt hypothesin: *Si digni liberi reperiantur,* quis seriò credat, dùm omnia omninò munera patefiunt, Legem minùs cautam fuisse futuram? Nisi forsàn, cùm ad determinata munia determinata exigatur habilitas, ad quævis quęvis conducat: aut qui vnum nō adæquat, quibuslibet adaptandus sit! Haud quaquàm tantam incuriam Legi tribuero, sed reputo incunctantèr, si eiusmodi munera transferret, non fore, vt cæterarum concentum, conditionem tacente pausâ turbaret, quin celebrem, & speciosissimam illam * formu-
15 lam resonarent, quâ Octavius Augustus (vt *in Vit.* Suetonius *Cap. 56.*) sobolis suæ commendationem ad populum nunquàm non coniunxit, addens: *Si merebuntur.*

Vt tamen ingenuè versemur, cùm naturalitùs apertum sit intra capaces solùm delectum instituendum, molestè nimìs Iura videntur recalcasse aptitudinem, auditumque ad fastidium exasperare. Sed sanè res alitèr se habet, ac videtur: Vt vt appareat, prudentissima est, providentissimaque istæc aptitudinis inculcatio. Eamne crebram nimiùm incusas? At ego eius transgressionem crebriorem accuso. * Nunquàm satìs præ-
16 cipitur quod nunquàm satìs adimpletur. Nec sæpiùs dici credam quod rariùs auditur; ast num audiant, non comperio, fortè dissimulant; certè minimè obaudiūt. Ideo pervigil Iuris solicitudo eam aptitudinem in mētem revocat eò impensius, quò lubricior est ad meritæ progeniei examen incuriosum honorum vsus. Insidit illustrium natis splendor nescio quis, vndè facta, dicta, vt placeant, inaurantur: & à generis dignitate pretium affulget operibus. Sive idem peccat Principum boni-

tas, qui civium obsequia nimis amant; in quorum filios non interruptus amor, sæpè cùm muneribus, haud dignos inveniat, dignos diligendo facit. Sic iniquè factis amiculum, probè, lampada, & buccinam addit. Sic ex primis literarum elementis, ad Platonicam scientiam, ex moderatá iudicij tranquillitate ad prudentiam Catonianam evehit prodiga dilectionis fiducia, queis Remp. lethalitèr dispensat. Vndè cùm tam accuratè delectū expediat iniri, cōditio, licet insit, exprimitur, non tam vt conditionis personam agat, quàm vt illius figura denotet * admonitionem. Textus elegās

17 *in L. Muto 6. ff. de Tutel.* Menchaca *Controvers. Illustr. Lib.* 1. *Cap.* 40. *Num.* 19. Maynerius *in L. Actus legitimi* 28. *Num.* 23. *ff. de Regul. Iur.* Pancirolus *in Thesaur. Variar. Lect. Lib.* 3. *Cap.* 4. Menochius *Lib.* 6. *Præsumpt.* 91. *Num.* 9. Sesse *Decis.* 31. *Num.* 7. Capycius Galeota *Lib.* 1. *Controvers.* 27. *Nu.* 26. Legitimum quoque est,

18 vt rei gravitas, * & necessitas plurimâ repetitione commendentur: Quapropter consultò in iure, hâc de causâ pluriès plura geminari Iustinianus ait *in L.* 2. *§. Si quid autē, Vers. Aut enim ita lex necessaria erat, C. de Vet. Iur. enucl.* Federicus Scotus *Resp.* 15. *Nu.* 9. *Lib. &*

19 *Tom.* 2. * Nam vbì grandius instat discrimen, cautela est adhibenda maior, *Cap. Vbi periculum* 3. *de Elect. Lib.* 6. *L.* 1. *§. Sed & si quis, ff. de Carbon. edict. L. Additos* 29. *C. de Appellat.* L. 4. *Titul.* 17. *Partit.* 3. Vbì Gregorius Lopez *Gloss.* 2. *& in* L. 2. *Titul.* 11. *Part.* 6. *Gloss.* 4. *Quastion.* 2. Petrus Peckius *de Testam. Coniug. Libr.* 3. *Cap.* 1. Franciscus de Petris *Cons.* 46. *Num.* 12. Felicianus de Vega *in Relect. ad Cap. Si quis* 4. *de For. compet.* Canonherius *in Hipp. Aphor. Lib.* 1. *Aphor.* 1. *Pagin.* 518. *Tom.*

20 1. * Quæ licèt abundans minimè nocere traditur *in L. Testamentum* 17. *C. de Testament. L. Penult. C. de Evict. L. Non solent* 94. *ff. de Regul. Iur.* Speculator *in Titul. Depositi*, *§.* 7. *Num.* 8. Tiraquellus *de Vtroq. Retract.*

Part. 1.§. 36. *Gloss.* 2. *Numer.* 48. Magerus *de Advocat. Capit.* 14. *Num.* 32. Franciscus de Petris *Consil.* 62. *Num.* 11.

Ast hęc omnia, si mentem tibi omninò non tranquillaverint, putaresque adhùc quod necessariò subintelligendum esset, ★ superfluè Cæsaribus expromi,
21 *L. Non rectè* 3. *C. de Fideiussor.* ★ Iure id detestante, vt Iu
22 stinianus fatetur *in* 1. *Codicis Constitutione*, §. *Quibus in Princip.* & improbat *in* L. *Fin.* §. *In refutatorijs, C. de Appellat.* ★ Naturam ducum optimam imitatus, quam ni
23 hil frustrà conari naturalibus Auctoribus constantissimum est cum Philosopho. Plutarchus *de Amor. prol. & de Solert. anim. L. Qui bis idem* 18. *de Verbor. Obligat. L. Hac stipulatio* 14. §. *Divus. ff. Vt leg. nom. cav.* Alexander Turaminus *ad L. Iura* 3. *ff. de Legib. Numer.* 2. Augustinus Barbosa scriptor vberrimus, tot voluminum ad temporis epitomem redactor, plurium auctor, quàm alios lecta doctos efficiant *in Collectan. ad Proœm. Decretal. ex Num.* 28. Canonherius *in Hipp. Aphorism. Lib.* 1. *Aphorism.* 1. *Pagin.* 518. *Tom.* 1. ★ Ac pro-
24 indè ita Cæsares commentandos, vt inane nihil, ac prorsùs inutile effutierint. Cavatius *in Ocul. Reip. sive de Perfect. Iudic. Cap.* 6. *Num.* 44. ★ Quòd & in priva-
25 torum scriptis connitendum plurima ICtorum responsa demonstrant *L. Titia* 134. *ff. de Verb. Oblig. L. Si quãdò* 109. L. *Titia* 34. §. 1. *ff. de* Leg. 2. Maresanus *post Controv.* 4. *Floriani Dulphi Num.* 11. Valenzuela *Cons.* 113. *Num.* 83.

Si, inquam, haud mentem tranquillarint, licèt norim immeritò displicere, nec indè retrogredi vnquàm putem malè contentus, vt tamen pleniùs obiectiunculis inserviam, videro an parte aliâ illiusmodi repetitio possit excusari? De tribus eis iuribus, *L. Vnicuique. Novel.* 35. & *L.* 3. *nostr. Titul.* Prætequamquòd minimè vitiosæ geminationis arguentur; quippe incidentèr,

non

non quæsitò, mente, non verbis procedunt: Prætereà singula quicquam habent peculiare agere circa aptitudinem. Prima de dignitate inquirit, vt quid filio supplendum erudiat. Secunda, vt constet ad quem indago pertineat. Tertia, vt insinuet ineptitudinem ad paternum officium non ideò à cæteris inferioribus amandandam, queis non perstat ineptitudo. Vndè nulla iteratio, saltē incongrua ex constitutionum sensu, & tenore, citra probationis opus, compâret.

26 In legibus verò * 3. & 5. C. de Advocat. 2. discurramus, an sic autumari liceat? Verba proposita munus aliud exercere, quàm aptitudinem postulare, in largiusq; filiorum privilegium inducta, veram conditionem, & suspensionem proferre?

27 Vt plurimùm * conditiones tacitè inhærentes, cùm adaperiuntur, figuram conditionum, non effectum obtinent, *L. Aliquandò* 107. *ff. de Condit. & Demonstrat. L. Cornelius* 69. *ff. de Hæred. inst.* L. 3. *ff. de Leg.* 1 vbi Duarenus, Donellus *Lib.* 8. *Comm. Cap.* 32. vbi Osualdus *Lit. A.* Plures Magerus *de Advoc. arm. Cap.* 14. *Num.* 29. Lara *de Vit. Homin. Cap.* 16. *Num.* 38. Hinc

28 què dictum. * Frustrà illud quæritur, cuius eventus nihil operatur, *L. Hæc stipulatio* 141. *§. Divus ff. Vt leg. nocav. L. Ad probationem* 21. *C. de Probation. L. Aliquandò* 13. *§. Vltim. ff. Ad Velleian.* cum alijs per Decianum *Cons.* 18. *Num.* 155. *Lib.* 11. Valenzuela *Cons.* 135. *Num.* 109. Vndè Romano Pontifice præcipienti beneficium cuidam conferri, si idoneus constiterit, mandatum cōconditionale non erit *Clemen.* 1. *de Concess. preb.* Abbas *in Cap.* 1. *de Postulat. Prel. & in Cap.* 1. *de Pref.* Hieronymus a Laurentijs *in Rep. L. Si emancipati* 9. *Num.* 63. *ff. de Collat.*

29 Verùm * citatis legibus id specialis virtutis, & muneris inesse dixissem audactèr, in præfatâ conditionis expresione, vt in futurum quoque dilata, favorem in

natos longiùs retineat, & producat, hàc mente: Si cùm locus vacabit idoneos reperiat, promoveantur actutùm: Sin minùs postquàm ad aptitudinem pervenerint, interimque inducijs mulceantur, queis se dignitati accingant, omnique instructionis supellectile parati, vbì primū se dignos ostenderint, induantur honoribus: Non verò, vt cum alienis, remotisque fieri assolet, statìm prodatur insufficiencia, repellantur, & desperentur. Maynardus *Lib.* 1. *Decis. Tholos.* 77. Particula enim *Si* futuro hic tempore fertur *si legum doctrinam me*
30 *ruerint.* ★ Quæ temporis tinnitum habebit, vt sonet *quandò*, vel *quandocunque* legum doctrinam meruerint, Vt ex Virgilio 6. *Æneid. Vers.* 828. tempus designatur.

Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint.

Et Catullo *Carm.* 14. *ad Calvum Licinium.*

Nam si luxerit, ad librariorum
Curram scrinia.

Id est cùm, seu cū primùm luxerit curram. Sic lex cùm primùm meruerint. Quarè ★ *in nostr. Titul. L.* 3.
31 statìm filius vocatur: *Statìm in eius locum succedat*, quia iam meritùs Biarchiam præsuponitur, vtpotè à Lege primâ exercitus armis: at aliá iura illum fortè imparatum invenientia ad dignum tempus munerationem remittunt.

32 Hùc quoque menti succurrat superius illud *ex Rubr. Cap.* 1. *in fin.* vbì verbum ★ *Statìm* intervallum etiā recipere ostendimus, perindè ac si diceretur. *Statìm ac fieri possit*. Quarè qualicunque tempore remuneratio succedat, statìm facta dicetur; cùm inter dignitatem, & præmium nihil interponatur.

Hanc mentem facillimè introspiciat, qui Iuris no-

rit æquissimum genium. Et quisnam credat Imperatores, dum quod fieri debeat, proferunt, tam parcâ gratiâ vsuros, * vt ad sola filij pullata tempora, recensque
33 funus coarctaretur, in cæterum siccanda? Quòd si præcoquum tunc tempestatis natum offendat, alio divertat? Imò Principum optimi sic regium animum factis probare debent, vt promeritorum parentum egregia facta per totam filiorum vitam producant, nec tantùm proximè post illos elatos, hos efferant; quos ita ob oculos sibi constituant, vt præsentiæ vsu nulla memori animo ferrugo sordescat, sempèr benemerendo crines occasionis ad manus habeant: Aut si fortè fortunâ non licuit adusquè, quantacunque intercapedine obiectâ, vbì natus occurrit, Regiam liberalitatem reflorentem prehendat, regalitèr æmulantem Davidis illustre documentum, qui Ionathæ fidelissimi, meritique quondam optimè amici Miphibosethum filium suæ mensæ alit honore perenni 2. *Reg. Cap.* 9. cui post diutinum tempus invento, virenti memoriâ dixit: *Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionatham patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensâ meâ sempèr*. Aut Athenienses, qui publicè retulerunt gratiam in Herculis posteros tot post tempora solventes, quidquid eius familiæ auctor beneficij Theseo impenderat. Ælianus *Hist. Var. Lib.* 4. *Cap.* 5. plura id generis exempla commemorans. Quā in filijs de parentibus recordationem, in Stilicone *Paneg.* 2. attollit Claudianus:

Non vivis adnexus amor meminisse sepultos
Desinit, in prolem transcurrit gratia patrum.
Hac tu Theodosium, tenuit dum sceptra colebas,
Hac etiam post fata colis.

Multa Savarus *Comm. ad Sidon. Libr.* 4. *Epistol.* 11. Indè Cicero *pro Sext. Omnes boni, semper nobilitati favemus, & quia vtile est Reip. nobiles esse dignos maioribus suis, & quia valere debet apud nos senex de Rep. meritorum memoria etiam mortuorum.* Officia etenim in Principem, aut in Remp. fuerint in docta moriendi, nec vt cætera omnia sæculis ægrotantia, quin vegeta, robustaque tempore fieri amant. Paschalius *ad illud Taciti* 4. *Annal. Cap.* 56. *At Smirnai repetitá vetustate.* Et vt hominibus accidit, ab ætate dignitatem, pondusque desumere. Quod Flaviensium Rhetor *in Gratiar. action. ad Constant. Aug.* aiebat: *Beneficia antiqua graviora sunt, quanvis præsentia suaviora videantur,* Argum. Text. *in L. Testamenta* 18. *C. de Testam. Auth. de Appell. & intr. qua tēp. §. Illud, L.* 2. *Tit.* 21. *Par.* 2. Florianus Dulphus *Contro.* 47. *Num.* 3. Bortellus *de Reg. Cathol. præst. Cap.* 4. *Num.* 3.

Hæc sunt quæ ratio, æquitas, & natura meliùs conformata postulant: gratiam in immortalium numerum referri. Sed re ipsâ * mortui gratiam ex viven-
34 tium animis celerrimè labi sciitè testatus est Sophocles. Sæpè tumulus idem defuncti ossa, & merita claudit, quæ nunc veram patiuntur Lethen illam animis fabulosam. Quidquid debebatur sepulto, res est in oblivionem lubricas; vtinamque non experimenta docerent officia non illicò muneribus affecta quantùm è remunerantis animò diffluant fugitiva! * Ratio nonnun-
35 quàm fit, quam Panegyrista designat. *Quòd in Principe rarum, ac propè insolitum est, vt se putet obligatum, aut si putet, amet.* Nam vt *Lib.* 46. Dio Cassius *Dedignantur beneficio affecti, tanquàm minores.* Commentum sanè celsitudinis. Imò quidquid accipitur accrescit. At * hinc orie-
36 tur, vt qui pro sæculi genio sibi sapiant, ferrum dum cādet, cudant, & cùm negotium arripiant, sic in auream occasionis comam manus inijciant, vt abire nequeant

in-

indonati præoccupantes liberâ petitione mercedem, aliàs operam negaturi, nec debitores heros velint sperare, quos abindè posſint habere creditores. Auctor Aulici inculpati *Cap.* 38. *Num.* 7. Hinc Percennius apud Tacitum *Lib.* 1. *Annal. Cap.* 17. ad ſeditionem milites concitaturus armorum vſum gravem, infructiferumque infamans proſequebatur: *Nec aliud iam eſſe levamentum, quàm ſi certis ſub legibus militia iniretur, vt ſingulos denarios mererent: ſextus decimus ſtipendij annus finem adferret, nec vltrà ſub vexillis tenerentur, ſed iiſdem in caſtris præmium pecunia ſolveretur.*

Interdùm quoque promerentis modeſtia Principum ſegnitiem enutrit, vt his imputetur illius incuria, qui nihil petens ſe queritur irremuneratum. Cùm Principis potiùs querela eſſet; quandò neſcius ingratitudini compellitur adfricari. Elegantèr vtique Severus Alexander (*vt in eius Vitâ* Lampridius) faciebat: *Cogitabat ſecum, & deſcriptum habebat, cui quid præſtiſſet: & ſi quos ſciret, vel nihil petijſſe, vel non multum, vndè ſumptus ſuos augerent, vocabat eos, & dicebat, Quid eſt cur nihil petis? An me tibi vis fieri debitorem? Pete, ne privatus de me queraris.* Et quidem nonnullos vidimus nunquàm non rerum querulos, æternoſque Fortunæ detractores: cur à præmijs arceantur? Cùm tamen nil ore expeditô poſtularint; vbi opus eſſet muteſcentes, vbì operam perdunt, magniloquaces. Plures ingenuitas naturæ, pudorve retrahit, politicum virtutis peccatum. Quæ quidem qualitas eſt (vt ſic dixerim) hyemalis, velut frigore contrahens animum, gelidoque adſtringens torpore. Aula verò eatenùs naturæ ſimilis rariſsimos præſtat fructus, niſi vbì vernô fervore laxatus in pompam frondeſcas, vt tempora petent, incaleas. Ne plantæ are fiant, ferveſcere indigent, & explicari. Nec mirabor:
37 * Vt enim cuperet Princeps nullum largitionibus ſuis officij genus præteriri, quì poſſet in tot curis æſtuoſo

pectore plures non amittere, multorumque memoria tot negotiosis alijs non vinci? iuxta Text. *in Capit. Cæterum* 4. *de Rescript.* & *in Cap. Ex parte* 12. *de Offic. De leg.* Vbi à Principum negotijs operosâ mente plura excidere reputantur. Andreas Gaill *Obseruat. pract. Lib.* 2. *Capit.* 55. *Num.* 2. Menochius *de Arbitr. Iudic. Libr.* 2. *Cas.* 26. *Num.* 5. Felicianus de Vega *in Relect. ad Cap. Proposuisti* 19. *de For. compet.* Quamobrèm optimo con
38 silio * Hebræorum. Persarumque Regibus institutum est Commentariensis munus, qui siquid rependi oporteret, proprijs commentarijs mandatum, Regi suggererent in tempore; ne meritos oblivio corroderet, ignoratioque Principem redderet ingratitudini obnoxium. Pineda *Lib.* 5. *de Reb. Salom. Cap.* 13. *Num.* 15. Brisonius *Lib.* 1. *de Regn. Persar. Fol.* 93. Non absimiles
39 munere fuere * Curiosi & Memoriales olìm Romanis, Gallisque in vsu: quãdò secretum album ministrorum, præsigniumque moribus, & gestis adnotatum, oculis Principis remuneraturi subijciebant. De his plures apud Solorzanum *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 7. *à Numer.* 35. Hoc item præcavens tertia nostra constitutio, haud citra emphasin vocem illam *statìm* emisisse videtur. *Statìm*, inquit, *in locum eius succedat.* Pari extemporalitate Alethes militibus rependẽdum fidem facit, *Æn.* 9. *Vers.* 251.

Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus ausis
Præmia posse rear solvi?--Tum cætera reddet
Actutùm pius Æneas.

40 Non * proferetur aiunt Legis conditor, & Alethes pulcerrimi facti remuneratio, sed statìm actutumque
41 fiet, * ne gratia meritorum interrupta liquescat; antiquum illum de cœlo cibum in eremo imitata, quem ni diluculò, confestìm captares, evanebat. Beneficia in-

quit

quit Seneca 3. *de Benefic.* Cap. 1. malè tempore tractari: *Pluribus, quia memoriam tempus interpositum subduxit. Nam, quæ recentia apud illos viguerunt, ea interiecto spatio obsolescunt.* Quæ si mente non ciciderint, tamen pulchritudine carent; anus gratia infirmatur, imò inanescit, serius reposita, vt Pæto Martialis *Libr. 6. Epigram. 23.*

At nunc cùm dederis diù rogatus,
Post septem puto, vel novem Kalendas;
Vis dicam tibi veriora veris?
Sex sextertia Pæte perdidisti.

Non tam beneficium amisisti, quàm effecisti dilatione ne beneficium dici posset
42 ★ saltèm perendinando gratuita merces operum mirè decrescit. Seneca 2. *de Benefic. Cap. 1. Tu non intelligis tantum te gratiæ demere, quantum mora adijcis*, idem & *Cap. 5.* Multa Plinius *in Paneg.* Flaviensium Rhetor *in Gratiar. act. ad Constāt.* Cassiodorus *Libr. 1. Epistol. 14. & Libr. 11. Epistol. 35. Auth. de Non alien. §. Sancimus.* Contzenus *Poli. Libr. 3. Cap. 8. §. 8.* Rebuffus *de Reg. Franc. mun Fol. 18. Colum. 2. & seq.* Bravo *de Reg. & regen. rat. Libr. 1. Pagin. 11. & Lib. 2. Pagin. 48.* Scribanius *Lib. 1. Polit. Cap. 5. Fol. 49.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib. 2. Cap. 7. Num. 81.*
43 ★ Adfavet Vlpianus *in* L. *Vt sicui 12. §. 1. ff. de Verbor. Sign.* ibì: *Minùs est post tempus dare*, Quod & extat *in §. Fideiussores, Instit. de Fideius. L. Eum qui rogatus 15. ff. de Ann. Legat. L Stipulatio 38. §. Inter incertam, ff. de Verb. Obligat. cum similib.* Hotomanus *in §. Plus autem Instit. de Action.*
44 ★ Vndè qui tardiùs se alienò exonerat ære, non penitùs liberatur, nisi moræ vsuras redemerit, *L. Mora 32. ff. de Vsur.* Plura Connanus *Lib. 9. Comm. Capit. 10. Num. 1.* Osualdus ad Donellum *Lib. 19. Comm. Cap. 4. Litt. NN.*
45 ★ vbì quòd olìm ex dilationis causà in legitimæ incommodum cedentis querela dabatur,

Pinellus *in* L.2.1.*Part.Rubr.Cap.2.Num.23.C.de Resc* *cind.vend.* * vbì quòd exceptio pacti de non petendo ad tempus à Principe tolli non posit: cùm interesse
46 notabile quæsitum contineat, ex Glossa *in L.Si fideiussor 29.§.Quædam, ff. Mandati.* Alia ministrant Tiraquellus *de Retract.§.1.Gloss.18.Num.34. cum sequentib.* Surdus *Conf.345.Num.9.Lib.3.* Menchaca *de Success.creat.§.30.Part.2.Limit.24.Num.240.* Vt tandem evincas Regiam dignitatem decolorari, si benemerentes ante retributionem suspendat, & inter præmium, atque sperantem diutinum intervallum molestiâ patiatur referciri, * quandò dilatio pro negatione habetur. Ærodius *Rer.Iudicat.Lib.10.Titul.9.Cap.30.* & ef
47 fectus in Iure negationis obtinet Text. *in L.Sufficit 56, ff.de Condict.indeb.* * Vbì dubia, & incerta exceptio soluti condictionem parit, *L.1.§.Si pēdeat, ff. Ad Maced.*
48 cùm alijs Solorzanus *de Ind.Gub.Lib.2. Cap.28.Num.50.* Sed

Quæ nondùm data sunt stulte negata putas?

His peragratis ad castra revertor efficiens * vt *in D. L.3.& 5.§.Et filios, C.de Advoc.2.* Verba *Si solito tem-*
49 *pore, &c.* Fuerint apposita non tam ad exposcendam aptitudinem, quæ satìs subsentitur, dum in ea munera filij vocantur, quinquennio legali exercitis solùm patentia. Cuiacius *Lib.12.Observ.40.* Sed ad stabiliendum, ita natos remotis præferendos, vt sive primitùs, sive longiusculè, quandolibèt denique apti apparerent, in Advocatorum numerum amplectendos.

Vsque dicta satìs constabant, & dogmatis haud inamœnis sparsa precabantur consensum: in quem tandem adlaberer nisi hoc argumentum retardasset. Etenim sensus, quem illi periodo fecimus, idem est cum iam explicito in illô §. dum sancitur indiscretè filiorum rationem habendam constantèr, ante cæteros

quos-

quoſlibet, in eiuſmodi petitione, quandocunquè accedentium, ſive in vivis, ſive in defunctis parens exiſtat: illìc enim habetur: *Et filios Advocatorum, vel adhuc in tali conſtitutorum officio, vel eorum, qui fiſci patronatum depoſuerint, ſuperſtitum, vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi*: Igitur quæ ſequuntur *ſi ſolito tempore, &c.* ſub noſtrâ commentatione ſuperfluent.

Quarè has aëreas fortaſsè relinquens expoſitiones, primâ de admonitione reique neceſsitate ratione me amicio. Propter quam totiès ſubintellecta conditio in
50 appoſitis legibus expreſſa eſt. * Quàm eandem conditionem per Cæſares alios prolatam, cũ peculiaria quædam munera offerrent, haud mihi perſuadebitur vnum Conſtantinum tranſiturum, dùm graviùs rei vrgeret neceſsitas, dum ſcilicet omnia proponeret inquiens: *Hi qui ex officialibus quoruncunque officiorum geniti ſunt in parentum militiam vocentur*. Ideoque iuſtè comperio, quãdoquidèm limitatione ſuperſedit ſe de officijs concedẽdis intelligi noluiſſe.

Adde: ſi alicubì, certè hìc potiſsimùm aptitudinis mentionem inferendam: eâ etiam de causâ, vt vel indè ſaltèm quodãmodò diſcerni poſſet ad officia collimari. Hanc certè lucis ſtillam oportuit emittere, cùm cętera legis verba officiorum delationem non evincãt, nec ad eam ſuadendam inclinent. Vt ſi de illâ intendiſſet intelligi, mentem ſanè ex ambiguo admodùm contextu eruendam non aptè reliquiſſet.



CAP. X.

Bellatum vocantur filij, ad patria munera erudiendi iuxta Romanum aliarumque gentium morem.

SVMMARIVM.

1. *Iterùm de operis methodo.*
2. *2. Lex hic filios ad arma vocat.*
3. *Vt alia alibi.*
4. *Id in more Romanis.*
5. *Exempla.*
6. *Castrensis nobilium educatio.*
7. *Queis arctior patria defensio.*
8. *Hinc faciliùs olim Tribuni Numerorum pupilli.*
9. *Ante dena stipendia honores occlusi.*
10. *Coniugia.*
11. *Filios ad bellum ducendos ex Platone.*
12. *Obseruatum Spartanis.*
13. *Qua illis puerorum institutio?*
14. *Solemnisque diuerberatio?*
15. *Vnde Parthia, & Germaniæ militaris gloria.*
16. *Rhenus recens-natorum explorator.*
17. *Per familias instruebant acies.*
18. *Hungara partum ferro luxantes.*
19. *Liberos ad bella conduxere Macedones.*
20. *Persæ.*
21. *Cimbri.*
22. *Carthaginienses, & alij.*
23. *Gothi.*
24. *Quorum olim Reges filijs ab hoste non probatis mensam denegabant.*
25. *Adoptio per arma.*

26. *Castellani Reges natos quoque tulere.*

27. *Philippus noster Balthasarem deploratum.*

1 
DECVRSV patuerit sanctè servari, quæ initiò promiseram, * ita nēpè huic themati de remuneratione filiorum incumbere, ac si nulla omninò ad nos mentio Legis expectaret, & conversò sic Legem excomere, ac si omni aliò scopo solutam suscepissem. Id ergo præstatur tali factâ methodo, vt alteri altera tractatio imbiberetur. Etenim vsque distulerui paternos honores filio, nisi idoneo non patefaciendos, quod idem ipsum fuit, ac evincere Legem nostram ad officia minimè vocare. Quod superest; qui filius noster reddi posit aptus, expendetur; id est, ostēdam quò Lex vocet. Rem explico. Siquidem ad officium hic non appellari erutum est; ad quidnam ergo? Sentio ad simplicem militiam, ad arma. Quô fine? Vt geniti (sunt hæc omnia suprà libata) militaris scientiæ ponant incunabula, vndeque adolescant ad peritiam, dignique fiant successionis paternæ. Ad quam nulla potior dispositio, aptior præparatio, quàm in parentis militiâ puerascere. Hæc futuri splendoris nuntia flamma, C. Cæsari vaticinata est imperium, circumlato tunc disticho, cuius meminit Suetonius *in Calig.*

In castris natus, patrijs nutritus in armis
Iam designati Principis omen erat.

Sic non alienâ vsus metaphorâ, dicerem ego, quòd nostra prima Constitutio omen sit tertiæ: dum enim Constantinus in armis patrijs filios enutrit, eis paternos honores ominatur. Igitur Textui circumlucere ventilare simul est, quô pacto filij officialium ea decora comparabunt, quæ in paternum locum reponi deposcant.

Quæ quidem militi præſtat præcipuè patria ſodalitas: togato hæc, aliaque à nobis, œconomis, & politicis vberioribus relicta. Mei tantùm inſtituti cenſco id medij pertractare, quod Lege proponitur. Quare de militiæ prognatis paterna inſtitútio, & exemplum quantũ conducant, ediſſeram: *Seq.* etiam *Cap.* alterius ordinis liberos non oblitus.

Ad * militarē itaque vitam (quod *ſuprà in Cap.* 1. in
2 ter liquida nobis manet) convocat Conſtantinus militarem progeniem: quò ſuper * aliud eiuſdem extat reſ-
3 criptum *in L. Ad Senatum* 18. tum Conſtantij, & Conſtantis *in L. Militarium* 32. *C. Theod. de Decurion.* adeas *tot. Titul. C. Theod. de Filijs milit.* Hoc quoque Alexander Severus, occultiùs ſcilicet edixerat, cùm de hoſtibus capta limitaneis ducibus, militibuſque donavit, ita vt eorum eſſent ſi hæredes illorum militarent, vt *in eius Vit.* Lampridius, Petrus Gregorius *Lib. 6. Syntagm. Cap.* 3. *Num.* 14. Petrus Faber *Lib. 2. Semeſtr. Cap.* 4. Sigonius *de Antiq. Iur. Lib.* 1. *Cap.* 5. Eatenùs Cæſares priſtinæ * Romanæ conſuetudini inſtitere, cuius teſtis
4 eſt Plinius *Lib. 8. Epiſtol.* 14. *Erat* (inquit) *antiquitùs inſtitutum, vt à maioribus natu, non auribus modò, verùm etiam oculis diſceremus, quæ facienda mòx ipſi, ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberemus. Indè adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendijs imbuebantur, vt imperare parendo, duces agere, dùm ſequuntur aſſueſcerent. Indè honores petituri adſiſtebant Curiæ foribus. Et conſilij publici ſpectatores, antequàm conſortes erant; ſuus cuique parens pro magiſtro, aut cui parens non erat, maximus quiſque, & vetuſtiſſimus pro parente.* Cicero etiam *Philipp. 5. in Fin.* inſinuat, dum ait: *Veteranis, eorumque liberis, qui ſub Cæſare meruerant militiæ vacatio eſſet.* Deprehendique poteſt ex Salluſtij *in Bell. Iugurt.* verbis: *Intereà parentes, aut parvi liberi militum, ſicuti quiſque potentiori affinis erat, ſedibus pellebantur.* Tradit potentiores quoſdam ex Romanis inſo-

len-

lentèr abusos victoriâ Carthaginiensi, omnia in dam-
nationem vertentes, idque de illis addit, quòd militum
parentes, aut liberos pro Rep. decertantium veteribus
possessionibus extrudebant. Sed cur parvulos liberos?
Nempè grandiores vnà cum parentibus detinebat mi-
litia. Facit Text. *in L. Quicunque 10. C. de Re milit. & L.
Qui duos 9. §. Cùm bello, ff. de Reb. dub.* Ecquis fortissi-
mum gentis Romuleæ genitam familiam secum non
habebat sub signis? Memorem ne * Æmilios, Scipio-
5 nes, Posthumios, Manlios, Fabios, Marios, Catones,
Murenas, Metellos, Rutilios, Pompeios, Germanicos,
Vespasianos, Antoninos, Numerianos, & Theodosios
Cæsares? Quòd autem opus recensere, cùm labor fo-
ret ab eô instituto descifcentes invenire? * Nobiles e-
6 nim paterna castra, siquid vllum, profitebantur, qui-
bus armorum vsus perpetua signabatur exercitatio.
Aurelius Victor *de Cæsarib.* Adamus Contzenus *Lib.* 8.
Polit. Cap. 20. §. 4. Queis militare studium ante alia cō-
petit. Cicero *in Dialog. de Partition. Orator. & 1. de Of-
fic.* Clapmarius *de Arcan. Rerump. Lib* 2. *Cap.* 7. * Quos
7 patriæ tutamen fortiùs adstringit. Solorzanus *de Ind.
Gub. Lib.* 2. *Cap.* 23. *Num.* 43. Ideò illis castrensis educa
tio dabatur iuxta illud Silij *Lib.* 2.

Pubescit miles castris, galeaque teruntur
Nondùm signata flavâ lanugine malæ.

Iterùm post quædam:

——Pressæ properat à casside malæ.

Illustrat speciosè Sidonius Apollinaris *in Paneg.* Anthe
mio *Carm.* 2.

At postquàm primos infans exegerat annos
Reptabat super arma patris: quanquàm arcta tere-
bat

Lamina cervicem, geminâ complexus ab vlnâ
Livida laxatis intrabat ad oscula cristis.

Multa Cerda *ad Vers. 201. Æneid. 9. Not. 7.* Athanasius Oteiza *in Paralipom. Libr. 2. Capit. 11. á Num. 6.* ★
8 Quô faciliùs vsuvenire valuit, quod Iustinianus prodit *in L. Fin. C. de Testam. milit.* pupillos nempè Tribunitiâ militum potestate quandoquè vsos, Vt inquit Amaya *in L. 1. C. Si serv. aut libert. Num. 37.* Adeoque alliciebantur ad militiam, vt nisi ★ post annua decem stipendia
9 Romæ ad honores non pateret: Teste Plutarcho *in Vit. C. Gracchi*, & Polybio *Lib. 6.* Petrus Faber *in L. 2. de Regul. Iur.* Marcellus Donatus *ad Lamprid. in Alexand. Sever.* & ad Suetonium *in Calig.* Gratianus *Disceptat. For.*
10 *Cap. 184.* Savarus *ad Sidon. Lib. 3. Epist. 1.* ★ Nec priùs ducere vxorem liceret, vt notant Adamus Contzenus *Lib. 10. Pol. Cap. 20. §. 3.* & Thomas Campanella *de Monar. Hisp. Cap. 15.* Necessitas ergo parentibus inducta est secum natos ad arma ducendi.

11 Ipsum ★ divinus ille Plato suæ Reip. præscripsit *Dialog. 5. Militabunt tam mares, quàm fœminæ; ducentque adultos filios secum ad prælium.* Quam belligeræ pueritiæ normam omnes ferè terrarum orbis populi, & gentes conservarunt. ★ Lacedæmones incliti bellatores, quo-
12 rum prima vota, gloria prima plures subigere, ditionemque vi propagare ex Licurgi sui legibus pueros in scutis aluisse dicuntur: & *in Licurgo* refert Plutar-
13 chus ★ ipsos ab anno septimo ad disciplinam militarem imbui. Fame, siti, laborum, dolorum, & verberum patientiâ obdurari, Cicero 5. *Tusc.* Iustinus *Lib. 3. Cap. 3.* vbì non personuere puerilia verbera, totiès audita? Quàm cruentè desæviretur? Adeò Martis elementa præcipuè sanguine imparantur; quò pueri ad discipli-
14 nam imbuti ★ Dianæ solennia madefaciebant. Seneca *de Provident. Capit. 4.* Plutarchus *in Aristid.* Ter-

tul-

tullianus *ad Martyr. Cap.* 4. Mancinellus *ad illud Horatij Lib.* 1. *Carm. Od.* 7.

Me nec tam patiens Lacedamon.

Meursus *de Festis Græcor. Lib.* 2. Nota loquor. Parentibus adhortantibus nonnunquàm expirantes inter plagas ephebos, mox efferendos serto redimitos. Papinius ideo *Thebaid.* 4.

——Gaudent natorum in fata parentes
Hortanturque mori, deflet iamque omnis ephebum
Turba; coronato contenta est funere mater.

15 Parthi autem, & Germani ★ vndè in Romanas acies tantam edidere virtutem, nisi ex armato pueritiæ progymnasmate? de ijs *Epistol.* 36. Seneca: *Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet: si in Germania protinùs puer tenerum hastile vibraret.* Nec incognitum est, quod de Germanis refert *Lib.* 10. *de Tuend. Sanit.* Gale-
16 nus, adhùc ab vtero pupulos calentes ★ ad flumen deferri solitos, simul de naturæ robore periclitandos, simùl corpus ipsum obduraturos. Qui citra noxam emergebat, naturam probavit, & novam prætereà fortitudinem, vt candens ferrum traxit ab vndis: hic in civem adscribebatur. Qui verò frigidam non tulit, inibì extinguebatur impunè. Quod sibì vult illud Claudiani 2. *in Ruffin.*

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

17 Cerda ad Virgilij *Æneid.* 9. *Vers.* 603. *Not.* 7. ★ Illi per familias, & propinquitates præliares cuneos instruebant. Tacitus de ipsorum moribus *Cap.* 7. Fœminæ mixtæ pugnis tam belluinâ fuere ferociâ, vt telis deficientibus, infantes ipsos afflictos in adversa iacerent ora. Florus *Lib.* 4. *Cap.* 12.

Hungaris consuetudo fuit acerbioris etiam disci-
18 plinæ siquidem * puerpera fœtûs faciem stylo defor-
mabat, iam vulneribus initiatum reddens corpuscu-
lum, Iordanus *de Reb. Getic.* *In pignora* (inquit) *primò
die nata desæviunt, vt antequàm lactis nutrimenta perci-
piant, vulneris cogantur subire tolerantiam.* Luitprandus
19 *Lib.2.de Reb.per Europ. gest.* * Macedones etiam cum
vxoribus liberos conducebant ad conflictum. Iusti-
20 nus *Lib.12.Cap.4.* Nec non * Persæ, vt Curtius tradit
21 abundè. Plutarchus *in Mario* * apud Cimbricam gen
22 tem eundem ait inolevisse morem. Item * Carthagi-
niensibus, vt videtur ex Fabij Maximi ore *Lib.28.Cap.
42.* in Livio: *Alitèr mœnia patria, templa Deûm, aras, fo-
cos, Carthaginiensibus defendent; quùm euntes in prælium
pavida prosequetur coniux, & parvi liberi occursa-
bunt.*


Sed (quidenim cæteras orbis plagas peregrinemur
Gallos, Iaponas, Turcas, cæterosque quorum esset sy-
23 nonyma tractatio) * ad Gothorum pugnacissimam
progeniem, quorum proles Hispania sumus, deven-
tum est, queis idem obseruatum apprimè, pulcrè insi-
nuat Casiodorus *Lib.1.Epist.24.* inquiens: *Producite
iuvenes vestros in Martiam disciplinam, sub vobis videant,
quod posteris referre contendant: Nam quod in iuven-
tute non discitur, in maturâ ætate nescitur. Accipitres
ipsi, quorum victus semper ex prædâ est, fœtus suos novitate
marcentes, & nidis proturbant, ne molle otiũ consuescant: alis
verberant immorantes; cogunt pullos teneros ad volatum, vt
tales debeant existere, de quibus posit pietas materna præsu-
mere. Vos autem, quos & natura erigit, & amor opinionis
exacuit, studete tales filios relinquere, quales vos constat pa-
tres habuisse.* Qualis verò illis ad bella riguerit educa-
tio, videas Alphonsum Villadiego *ad LL.Gothor. Lib.
24 9.Titul.2.ad Rubr.* Quorum * priscis Regibus ritus
fuit filios ad mensæ consortium non admittere, ni ho-

sti-

ſtilibus manubijs graves,& aliquo armorum ſtemmate inſignes. Paulus Diaconus atteſtatur *Lib.* 1. *Cap.* 23. in hęc verba: *Dum enim Longobardi peractâ victoria ad ſedes proprias remeaſſent, Regi ſuo Oduim ſuggeſſerunt, vt eius filio Albuim convivia fierent, cuius virtute in prælio Regis Gepidarum, occiſo filio, victoriam cepiſſent; vt qui patri in periculo, ita & in convivio comes eſſet. Quibus Oduim reſpondit ſe hoc facere minimè poſſe, ne ritum gentis infringeret. Scitis non eſſe apud nos conſuetudinem, vt Regis cum patre filius prandeat, niſi priùs à Rege gentis externæ arma ſuſci-*
25 *piat.* Nec modò quos natura, ſed & quos * adoptio dedit per arma, eadem cura accipiebat: id eſt nemo armorum traditione adoptabatur, quin fortiſsimi præbuiſſet documenta. Quamobrèm Caſsiodorus *Lib.* 6. *Epiſt.* 2. Theodorici nomine Herulorum Regem adſumentis in natum, inquiebat. *Per arma poſſe fieri filium, grande inter gentes conſtat eſſe præconium.* Inferiùs ritum declarans. *Et ideò more gentium, & conditione virili filium te præſenti munere procreamus, vt competentèr per arma naſcaris, qui bellicoſus eſſe dignoſceris: Damus quidem tibi equos, enſes, clypeos, & reliqua inſtrumenta bellorum.* Videndus Petrus Pithœus *Adverſ. Lib.* 1. *Cap.* 1. Curtius Pichena *in Appendic. ad Tacitum de Morib. German. Cap.* 7. Cerda *ad Virgilium Lib.* 11. *Æneid. Verſ.* 559. *Not.* 16. Savarus *ad Sidon. Lib.* 2. *Epiſtol.* 2. Atque, vt alia omiſerim ex Diacono citatò cæteriſque hiſtoriographis, Regum filios parentibus belli ſocios extitiſſe conſtat, quorum
26 felix propago * Hiſpaniarum Reges morem eum quaſi gemmâ ſignatum, exempli auctoritate ſacraverunt Alphonſi, Sanctij, Ferdinandi, Caroli, Philippi. Quos vt cæterarum rerum magnitudine, hôc etiam conclu-
27 ſit * noſter Catholiciſsimus Philippus Magnus, dum ad Cathalonicam ſeditionem frænandam proficiſcens, conduxit generoſum filium, Auſtriadum gemmaſcens decus, Sereniſsimum Principem Balthaſarem Caro-

lum, qui militaris adoreæ documenta defloraret, ad iuventæ cõfinia, dulcissima virtutis aurora. Sed heu; quâ roravit Orbis, nec visurus diem. Liceat Virgilium 6. *Æn.* (tantò solùm ore ausim) reformare, vt aureis versibus Principi nostro fatidicum panxerit epicedion.

Ostendent terris hunc tantùm fata, nec vltrà
Esse sinent. Nimiùm vobis Hispana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virùm magnam prope Cæsaris vrbem
Campus aget gemitus? vel quæ Tage mœsta videbis
Funera, cùm populum præterlabere dolentem?
Nec puer Austriacâ quisquam de gente Philippos
In tantùm spe tollet avos. Tartesia quondàm
Nullo se tantùm tellus iactabit alumno.
Heu pietas! heu prisca fides, invictaque bellò
Dextera! Non illi quisquam se impunè tulisset
Obvius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos
Si modò conceptis ætas matura triumphis.
Heu miserande puer! si quà fata aspera rumpas,
Tu Balthasar eris. Manibus date lilia plenis.
Musæos ego dò flores, animumque beatum
His saltèm accumulo donis, & fungor inani
Munere.



CA-

CAP. XI.

Parentum actis intereſſe optima diſci-plina eſt filijs ſucceſſuris.

SVMMARIVM.

1. *Roma in efformandis Principibus viris ſedula.*
2. *Queis ideo abundavit.*
3. *Prætextam deponẽtes in forum ducti.*
4. *Indè contubernales, vel in vrbanam præſtantiorum diſciplinam.*
5. *Vel Magiſtratuum Provincialium.*
6. *Hos Cæſar comitari nõ inhibuit.*
7. *Filij Magiſtratuum in eorum contubernio.*
8. *Inſtituti commoda.*
9. *Minimi pueri a conſanguineis redeuntibus ex provincijs geſta docebantur.*
10. *Munera anticipata, quia & inſtructio.*
11. *Liberi Senatorum Curiam intrabant.*
12. *Quæ agebantur nota turi.*
13. *Vtiliſsimum Papyrij exemplo.*
14. *Cæſarum natos moderamini admotos celeriùs inſtrui.*
15. *Imperij conſortes, & quarè? Num. 18.*
16. *Id etiam æmulati Gothi.*
17. *Imperij ſucceſſor in incerto non ſit.*
19. *Propiores ſint negotijs qui ſanguine Regi.*
20. *Cũ primũ regni curis præludet primogenitus?*





RÆCIPVA eius instituti ratio fuit, quæ primo conspectui obijcitur, vtilissima nempe educationis ratio parenti propinquæ; vt primis imitentur ab annis, quos posthæc in munere secuturi sunt. Plinius expressit *in cit. Epistol.* 14. vt nempè duces agere filij, dum parentes duces sequebantur, assuescerent. Idem nostro Constantino animus, idem finis. ★
1 Potissima enim Romanorum cura fuit, Reip. viros efformare, quod aliâ nullâ viâ tutiùs indipisci speravere, quàm sedulâ iuventutis instructione. Nec illos opinio, nec seges fefellit. ★ Etenim nulla, quam sciamus,
2 Resp. tot, tantisque floruit civilis, bellicæque sapientiæ peritis, quippè quâ fuerant imbuti recentes. Notat Contzenus *Polit. Lib. 7. Cap.* 8. Optimum quidem
3 informandi, & exercendi liberos exemplar. ★Prætextâ depositâ ad pubertatis annos. Adi Narbonam *de Ætat. ad omn. human. act. req. Ann.* 14. *Quæst.* 3. virilique sumptâ togâ in forum prodibant. Seneca *Epistol.* 4. *in Princ. Tenes vtique memoriâ quantum senseris gaudium, cùm prætextâ positâ, sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es.* Vnà cùm parentibus; per quos ad clarissimos quos-
4 que ducebantur, ★ vt vel in vrbe, civilis Iuris, & eloquentiæ vias ingrederentur, seu prudentiores eorum sermonibus, & consuetudine fierent, vt testimonio sunt. Ciceronis verba *de Amicit. Ego* (inquit) *à patre ita eram deductus ad Scævolam, vt quoad possem, & mihi liceret à senis latere nunquàm discederem. Itaque multa ab eô prudentèr disputata, multa breviter; & commodè dicta memoriæ mandabam, fierique studebam eius prudentiâ doctior.*
5 ★ Vel foràs ipsos in provincias militiæ, aut politiæ cognoscendæ causâ comitarentur. Sic Tullius de Cœlio *Profectus est in Africam Q. Pompeo contubernalis*, Tacitus *Cap.* 5. de Agricolâ: *Prima castrorum rudimenta in*

Britannia Suetonio Paullino diligenti, ac moderato duci approbavit, electus, quē contubernio æstimaret. Suetonius de Cæsare: *Stipendia prima fecit M. Thermi Prætoris contubernio*. Contubernales & illi erant, de quibus ait Gracchus apud Gellium *Lib. 15. Cap. 12. Versatus sum in provincia, quomodò ex vsu vestro existimabam esse, non quomodò ambitioni meæ conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximiâ facie stabant: Sed in convivio liberi vestri modestiùs erant, quàm apud Principem*. Rosinus
6 *Lib. 7. Antiq. Cap. 42.* * Nec Iulius Cæsar, cùm nobiles peregrè abire prohiberet, eâ videlicet ratione, quam prodit Clapmarius *de Arcan. Rerump. Libr. 3. Capit. 4.* hoc elegātissimum institutum antiquavit. Suetonius *in Vit. Cap. 42. Neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes Magistratùs peregrè proficisceretur*. Lipsius *de Mil. Rom. Dial. 2. Lib. 5.*

7 Cui * verò parens in Magistratu, illi à domô aliô non fuit opus contubernio. Sallustius *in Bell. Iugurth.* de filio Metelli dicens: *Is eô tempore contubernio patris ibidèm militabat*. Velleiusque Paterculus de Pompeio *Lib. 2. Hic à togâ virili adsuetus commilitio prudentissimi du-*
8 *cis parentis sui.* * Sic contra vrbicum luxum castra sumebant antidotum generosam, imbelles ad virtutem annos firmabant ferrô; hocque spontaneo, quod gloria dederat, exilio, non minùs tunc absentes patriæ proderant, quàm præsentes olìm essent profuturi; Tum quòd in Reip. propugnacula grandescebant; Tum quòd vrbem iuvenilis corruptelæ periculis liberabant. Actius *de Lud. Scacchor. Quæst. 5. Num. 81. Simùl* (inquit Tacitus 2. *Annal. Cap. 44.*) *iuvenem vrbano luxu lasciviente m meliùs in castris haberi*. Eô sensu Livium *Libr. 1. Cap. 31.* dixisse vellem: *Salubriora militiæ, quàm domi, iuvenum corpora esse*. Sic Iuventuti saluberrimum, erat Ducum, seu Proconsulum oculis vitam obnoxiam traducere, à quibus prætereà sermonibus, consi-

lijsque interdùm adhibebantur rerum vsu maturiùs instruendi. Lipsius *de Milit. Rom. Lib.* 3. *Dialog.* 2. prudentiam perniciùs complexuri, civilis artis princeps instrumentum. Huic autem comparando quantũ similis peregrinatio conferat vbertìm politici omnes, vberiùs Canonherius *in Aphor. Hippocr. Lib.* 1. *Aph.* 1. *Pag.* 347 *cum seqq. Tom.* 1.

Quòd si queis natorum ævi nimia immaturitas nõ permitteret in castra, aut in provincias exire contubernales, * reduces parentes, aut maximi fratres, mirè curabant, eis, quantùm illi anni patiebantur, rerum
9 gestarum rationem ostendere, vel inter mensas, & dapes ipsas.

Atque aliquis positâ monstrat fera prælia mensâ,
Pingit & exiguo Pergama tota mero.
Hàc ibat Simois, hìc est Sigeia tellus
Hic steterat Priami regia celsa senis.
Illìc Eacides, illìc tendebat Vlysses,
Hic lacer admissos terruit Hector equos.

Alius quid provincialium votis donatum; quid morum stabilitum, quid denuò consultum, quid fascibus vindicatum? Vndè pueri, dum alij aniles fabellas, magnarum rerum doctrinam capiebant animô, quæ radicitùs inhærens cum ipsâ in dies adolescebat ætate. In-
10 dè igitur * ab anticipatâ nempe disciplinâ, præmaturatos etiam honores, tot inclitis adolescentibus Roma vidit: vt ex Amirato *Dissertat. Pol. Libr.* 17. *Disc.* 3. philosophanti desumpsit Brancalassus *in Reg. Philosph. Lib.* 22. 10. *Prædicam. Cur. Cap.* 5. §. 12. Vel ei nempe, qui nec ephebiam egerant, in supremos Reip. honores collocari, vt Scipio, Pompeius, Octavianus Cæsar, & alij. Et meritò: Sicut enim (exempli causâ) in civitatibus mercurialibus negotijs deditis, videmus magnam, etiã

in

in minori ætate mercimonij peritiam: abindè nanque pueri studio illi traditi, non modò notitiæ, aurique faciunt compendium, verùm brevi parentum annos, filiùm supergreditur agilitas: sic vbi politicis, aut bellicis artibus farcitur iuventus, sæpè fit, vt non solùm paterna gesta progenies æquet, sed vt educationis auxilio superet. Quod spondet Satyricus 14. *Satyr.*

——Meliorem præsto magistro
Discipulum: securus abi, vinceris, vt Aiax
Præterijt Telamonem, vt Pelea vicit Achilles.

11 Ideò * prætextati Senatorum liberi, non ad valvas, vt cæteri adolescentes, expectabant, donec reducendi domum, quos ad Curiam deduxerant Senatores, officiô fungerentur. Valerius *Libr. 2. Cap. 1. Num. 9.* Verùm vsque ad sacras Patrum Conscriptorum sedes invecti, consultationibus intererant. Agellius *Lib. 1. Cap. 23.* Macrobius *Saturnal. Lib. 1. Cap. 6.* vt quemadmodùm, & aliorum artificum filij opera oculis attrectarent, quæ manibus quondàm gererent. Plato *Dialog. 5. de Repub.* Augustinus Barbosa *in Collect. ad L. Iubemus 3. §. Et filios, C. de Advocat. 2.* Faciunt tradita per Solorzanum *de Indiar. Guber. Lib. 1. Cap. 26. Num. 60.* * Sic
12 vtique anxiè incumbenti notatu, animô servabant, illius æstimati sacrosancti consessûs in dicendo pondus, in altercando modestiam. Quis verborum numerus, quæ sententiæ lanx? Quid in audiendis Legatis, libellisque supplicum, ferret vsus. Quantus in nocentes acor, in patriam zelus? vel vt ait Plinius *Lib. 8. Epist. 14.* *Quæ potestas referentibus, quod censentibus ius, quæ vis magistratibus, quæ cæteris libertas? Vbi cedendum? vbi resistendum? Quod silentij tempus? quis dicendi modus? quæ distinctio pugnantium sententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium? Omnem denique senatorium morem (quod*

fi-

fidelissimum percipiendi genus)exemplis docebantur. Licèt enim pueris horum plura teneriores anni non absque nube proponerent, increscente tamen ætatis die, dum suda mens efficitur è pueritiæ vaporibus, simùl cum traditâ provincia gerendorum notitia invenitur parata repentè. At postquam morem illum pervertit Papyrij eventus, qui scitô, & supra puerum prudenti ioco matrem elusit. Vulgarunt Agellius, & Macrobius *vbì supr.* Alexander ab Alexandro *Dier. Genial. Lib.* 4. *Cap.* 11. ad præceptores alios prætextati descendêre; vt vmbratili exercitatione, absque discrimine, Curiæ præludia ducerent. *Ærodius Rer. Iudicat. Lib.* 2. *Tit.* 8. *Cap.* 2. Petrus Gregorius *Lib.* 47. *Syntagmat. Cap.* 9. *Num.* 22.
13 *Sed quantò vtiliùs gymnasium prius adolescentulos exercuerit, idem Papyrius evasit exemplar optimum, à quô Ius prodijt Papyrianum, quem doctrinâ maximum, & Ctorum præcipuum prædicat *L.* 2. *§. Fuit autem, ff de Orig. Iur.* de quô intelligendum *ibidèm* rimatur Vdalricus Zasius.

Iuxta hoc itidem axioma* Cæsares quicquid ge-
14 rebatur natos addebant spectatores. Certè callidissimus eorum regnator Tiberius, Drusum ita rebus publicis contemplatione incumbere cupiebat, mentisque aciẽ evigilabat, vt etiã curis regijs immixtũ ad clavũ solũ aliquãdiù reliquerit, & aliô prætextu recesserit, quò filius imperio suaviùs assuefieret. Tacitus 3. *Annal. Cap.* 31. *Eius*(inquit)*anni principio Tiberius quasi firmandæ valetudini in Campaniam concessit; longam, & continuam absentiam paulatim meditans, sive vt amoto patre Drusus munia Consulatùs solus impleret.* Indè apud eũdem *Lib.* 3. *Ann. Cap.* 56. par Tribuniciæ potestati (id est summæ, quam sub hoc nomine Augustus induxit ne Regis, aut Dictatoris titulum adsumeret) prædicatur, quam pro parte quandoquè mensus, expertusque fuerat: *Neque nunc properè*(ait Tiberius)*sed per octo an-*


nos capto experimento, compreſsis ſeditionibus triumphalem, & bis Conſulem, noti laboris participem ſumi. Laudo itaque Barclaij *Argen.* 1. iudicium, qui Regem induxerit in negotiorum ſocietatem filiam admittentem, eo iure compulſum, quòd aliquandò regnatura eſſet: *Tua inquit* Meleander *ætas, & ſexus, mea gnata, expertem facerent publicorum conſiliorum, niſi te diſciplina, & indoles erexiſſet ad magna, & prætereà quòd vtcunque ſis fæmina, tamen in te recumbit fortuna Siciliæ, & viris imperatura es. Aſſueſce, me vivò, illis curis, ſine quibus regia dignitas ſuſtineri non poteſt. & quod potiſsimum in regnante eſt, diſce ſilere.*

15 Indè ſapientèr ★ Romani Cæſares, ne filij ſubitâ ſucceſsione prehenderentur, ſceptri fecere conſortes. Philippus nēpè Philippum filium, Gallus Voluſianum, Carus Carinum, & Numerianum; Theodoſius Arcadium, & Honorium, Valens Gratianum, & alij. ★ A
16 quibus id Gothici Principes mutuati ſunt, tanti Cæſarum æmulatores, vt Flavij propter cognomines Imperatores nuncuparentur, primuſque Flavius Recaredus Iuſtiniani Imperatoris, qui Flavius fuit, cognomentum vſurpans. Balthaſar Gomez Ameſcua *de Poteſtat. in ſe ipſ. Lib.* 2. *Cap.* 23. *Num.* 23. Valdes *de Dignit. Reg. Hiſpan. Cap.* 18. *Num.* 34. Morales *Lib.* 12. *Hiſtor. Cap.* 3. *ad fin.* Qui etiam regni compotes ſecum habuere gnatos, à Ramiro, qui filios Ordonium & Garciam, ad vſque Alphonſum Imperatorem, qui duplici diademate familiam ornavit, filios Sanctium Caſtellæ, Ferdinādumque II. Legionis, Aſturum, Galleciæ, Beturiæque vulgò *Eſtremadura*. Ideò incolumi etiam patre, Gothi, Reges dicebantur iuxta ea, quæ tradit Molina *de Primog. Lib.* 3. *Cap.* 6. *Num.* 15. Ferax in exemplis Orbis vniverſi Principum, qui filios poteſtatis conſortes habuerunt Valenzuelà *Conſ.* 199. *per tot.* Nec id eò ſo-
17 lùm conſiliò factitatum, ★ vt ſibì ſucceſſores, poteſta-

temque obfirmarent, quod in primis conducibile cùm Reip. tum Regi, comprobant Iosias Mercerus ex celeberrissimo Taciti 3. *Annal. Cap.* 56. locô: *Ne successor in incerto foret*. Patricius *de Reg. Lib.* 9. *Cap.* 22. Amiratus *Differ. Li.* 1. *Disc.* 2. Clapmarius *de Arca. Rerump. Lib.* 2. *Cap.* 21. *& Lib.* 3. *Cap.* 10. Besoldus *ibid. Cap.* 2. *Num.* 5.
18 ★ Verùm etiam ob allata de præveniendo negotiorum vsu. Aries Montanus *in Aphorism. ex Tacito, Aphorism.* 3. *&* 290. Idemque Tacitus *D. Cap.* 56. apud quem *Lib.* 4. *Annal. Cap.* 7. Seiano Drusus obmurmurat, in Administrum Imperij advocato, se tamen incolumi. *Crebrò querens incolumi filio adiutorem Imperij alium vocari.* Huiusmodi filiorum ad habenas delibandas introductio, & quæ vidimus, & quæ suppressimus commoda continet. ★Sic ex adverso (vt Paschalius *ad Tacit. vbi*
19 *proximè* subijcit) ingens dispendiorum origo esse solet. Et verò persuasa regia progenies, & cognatio ad se potissimum habenarum societatem pertinere, quos nempè, & iure sanguinis, & antiquâ regnorum consuetudine expectat hæreditas, qui publica curabunt, & potentiâ minùs odiosâ, & propriæ possessionis synceritate: altè dolent ab ijs arceri arte, queis admoventur naturâ, & venturum tandem patrimonium, se aspicientibus, vt credunt, divexari. Hìnc pia minùs in parentem corda, quæ non rarò, armatas copias expectorant: vt florentissima imperia diutinum ferri, & sanguinis patiantur marcorem. Sed in politicum altum, quæ sensìm agebatur phasellus, se ad littora retrahat. Alij audaciori navigio tranaverint. Modò congruam Ioachimi Hopperi *de Institut. Princip.* distinctionem subdidero, qui ante adolescentiam quatuor distribuens ætatibus Principis annos, tres primas singulis exercitijs signatissimè adscribit. ★At cū XVI. ann. atti-
20 gerit, *Veniat* (inquit) *Princeps in Consilium, vbi præsidente patre primùm audiat, deindè sententiam dicat, pòst quoque*

no-

nomine patris nonnunquàm præsideat; sive de pace agendum sit, sive de bellò, sive de legibus constituendis, sive de Magistratibus creandis, sive de legationibus audiendis, sive de alijs quibuscunque rebus, quæ in Rep. se offerunt, quarum viva tractatio admirabilem vim habet ad hominem benè informādum, maximè si magistri vnà sempèr intersint, & quid agendum, quid loquendum sit, quid imitandum, quid fugiendum commostrent.



CAP. XII.

Militandi apud parentes alia peculiaria commoda.

SVMMARIVM.

1. *Sic efformati filij Rep. firmabunt.*
2. *Ideone liberos esse ducibus oporteat?*
3. *Auxiliabuntur genitoribus.*
4. *Prognatis, vt cuncta animantes, pugnaturis audacius.*
5. *Acies Germanica per familias laudatur.*
6. *Talis Agamemnonica.*
7. *Hodierna per nationes.*
8. *Meliusque adhùc, prout milites inter se familiares, locarentur.*
9. *Amicorum agmē validius.*
10. *Crebrum delectum excusabit in patrijs castris educata iuventus.*
11. *Tritos labores feret constantius.*
12. *Paternam augebit auctoritatem, & amorem.*
13. *Morigera, signisque plus addicta.*
14. *Ad præsentium patrum vestigia rapientur.*
15. *Eduardus genitoris*

ossa ferre iussus ad bellum.

16. *Ad virtutem animi causâ concitandi, statuæ, tituli, aliaque monumenta Maiorum.*

17. *Boleslaus patrē bullâ gestabat.*

18. *Annulis, aut vexillis alij.*

19. *Macrobij cadavera ipsa specularijs servarunt.*

20. *Cereas in atrijs effigies Romani.*

21. *Nec à domus emptore dimovendas.*

22. *Funebri pompæ præibant.*

23 *Defuncti præsentes pro rostris prædicati.*

24. *Gentilitia stemmata in vsu.*

25 *Princeps avorū præcipuè historias evolvat.*

26. *Parentum gesta obijciuntur.*

27 *Illa Hispana filijs pugnaturis enarrabant.*

28. *Anxicis Ducibus in bello proprius psaltes.*

29. *Filij triumphantis in curru, vel iugalibus.*



X præmissis (vt propiùs ad Constantinū remigrem, inferri datur vtilitas admovē dignatos officialibus militaribus, vt scilicet destinatis paternis functionibus ido
1 nei elaborentur, *reique publicæ statum obfirment, secundum Onosandrum *in Strateg. Cap. 1.*
2 *qui suum militarem Imperatorem inter alia vult esse non improlem: *Nā si parvuli* (causatur) *sunt filij, eos velvti potentissimas amoris illecebras, idoneos animi sui obsides relinquet, si verò iam adultæ sint ætatis, consultores, ducesque ac fidissimi secretarum cogitationum arbitri fient, reique publicæ statum obfirmabunt.* Hocne placitum Onosandri salubre sit tu mente voluta: Non deest quod hinc indè disceptatione posset agitari. Dissertat D. Franciscus Melus *in Politic. Milit. Mon.* 4. Mihi non displicēt pulli queis gentile sit aquilis imperare; germina, quæ succisam fortè stirpem refirment; nempè soboles cui dux

ingentem vim famæ thesaurum gloriosum anhelô qn se comparare, reponereque studeat.

Prætereà vt genitoribus prognati * auxilio sint. Plato
3 *Dial. 5. de Rep.* Dulcissimum periculi genus, quod à parente avertendum subitur. Ideo quis filium dubitet invasurum? Aut quis exempla desideret? Murænæ, qui (apud Ciceronem *in Orat. pro ipso*) *fuit in Asia, & viro fortissimo parenti suo magno adiumento in periculis*. Aut Africani, qui prætextatus adhùc Scipionem patrem palanti exercitu sauciũ, ex impendenti hoste, protectũ vendicavit? Seneca *de Benefic. Libr. 3. Cap. 33*. Valerius *Libr. 5. Cap. 4. Numer. 4.* Florus *de Gest. Roman. Lib. 2.* Quis pium Æneam ignoret, paternamque senectam dulce humeri pondus? Adeatur Fõtanella *de Pact. nupt. Claus. 4. Glos. 7. Part. 2. Num. 8.*

4 Brutæ quin etiam * animantes ad sobolis conspectum audaciùs depugnant. Plato *vbi sup.* præcipuè illâ in discrimini versante. Cicero 5. *Quæst. Tusc. Bestiæ* (inquit) *pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant, nullos casus reformident.* Livius *Lib. 26. Cap. 13. Feras bestias cæco impetu, ac rabie concitatas, si ad cubilia, & catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas.* Gultissimas rei videas imagines, metricos apud Auctores, tigrium, learumque vltra feras, sed non vltra matres pro catulis sævientium. Plura omitto. Multa Tiraquellus *in L. Si vnquàm in Præfat. Num. 14.* Mageirus *de Advoc. arm. Cap. 13. Num. 208.* Eosdem natura parens nobis stimulos indidit, vt liberorum servandorum amor, pugnaci cote iras, manusque acuat. Barbarus ille Galgatus, ad Tacitum *in Vit. Agricol. Cap. 31.* certamini cum Romanis ineundo tale dicebat exordium: *Liberos cuique, ac propinquos natura carissimos esse voluit. Hi per delectus alibi servituti auferentur.* Videas Cerdam ad Virgilij *10. Æneid. Vers. 280. Not. 7.* Non alium ob finem
5 * Germani olim cum laudabilem morem servabant,

quem

quem Tacitus *de Morib. Germ. Capit.* 7. refert his ver-
bis: *Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non*
caſus, nec fortuita conglobatio turmam, aut cuneum facit,
ſed familiæ, & propinquitates, & in proximo pignora. Vt
coniunctiorum plus valeret aſpectus, hortatus; vt pe-
riclitanti filius, parens, aut propinquus navaret opem,
mutuaque ipſorum notitia laudis cupidinem, fugæ ru
6 borem incuteret. * Vt Germani, teſte Homero, pha-
langas digeſsit Agamemnon, & commendat Onoſan-
der *in Strateg. Cap.* 24. *vbi* Chokier. Porrò his de cauſis,
7 vt ævi noſtri militia eodem in exercitu * nationes ag-
8 minatim diſtinguit, ſic & in eodem ordine * vellem,
ita militem collocari, vt pro mutuâ illorum notitiâ,
maior etiam eſſet deſignati loci propinquitas, vt for-
tiſsimâ munitione amicitiæ acies quæque vallaretur,
ne, vt queiſdam accidit, inter ignotos dimicare, tene-
bras ad fugam, vel ad ſegnitiem faceret. Certè nihil *
9 valentius ad confirmandam virtutem, quàm pugnan-
tium mentes mutuò amoris harpagine inter ſeſe vin-
ciri, vt probant Thomas Bozius *de Robor. bellic. Cap.* 11.
Redinus *de Maieſt. Princ.* ad illud: *Non ſolùm armis de-*
coratam Numer. 112. cum Magero *de Advoc. Capit.* 1.
Num. 265.

Minùs etiam crebrò delectu laborabitur, indeficiẽſ
que ſtabit militarium copia, * ſi veteranis patribus ty-
10 rones ſuccedant ab eodem, in quò educati ſunt val-
lò, non exceſſuri. Iuſtinus *Lib.* 12. Campanella *de Mo-*
narch. Hiſp. Cap. 15.

11 Invicti reddentur * eò vivendi genere indurati, cu-
ius labores, & pericula, iamdiù ſuperare noverunt. Iu-
ſtinus *vbi proximè.*

12 Creſcet interìm ex diſciplinâ * patrum auctori-
tas, & amor apud filios, qui etiam Ducibus, nunquàm
13 parêre deſueti, * fient obſequentiores. Nec ad milita-
ris licentiæ abuſum pervertentur. Minus erit quod ad

signa deserenda invitet, cùm ibi velut domum habeat, minusque quod ad vrbanum ocium alliciat, quod de facie ignorant. Et vt plura sileam, intra non longa tempora sensìm, hàc invalente consuetudine, militiam videremus tyronum, hoc est Achillæi pedis ferè immunem.

14 Et quod præcipuè strenuos effinget. *paterna gesta filiorum oculis obversantia, ipsorum animos inflammabunt vehementissimè, nullum non moturos lapidem, vt prorsùs ad imitationem accedant. Coteræus *de Iur. & Privil. milit. Lib. 2. Cap. 3.* Nazarius *in Panegyr. ad Constantinum. Ita* (dicit) *spectantibus liberis, quicquid ab eo pulcerrimè geritur, cùm propter ipsum magis placuit, tum studio imitationis inolescit.* Hìnc Æneas Ascanio:

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem.

Virgilius 12. *Æneid. Vers.* 435. *vbi* sat ad rem multa Cerda *Not.* 8. Nam quorum non eventuum præsentaneum patris exemplar semina dabit? Nam quid inaudendum audebit, quid audendum cunctabitur filius ante parentis intuitum, ad parentis imperium? His horratibus erecta non dubitavit illa Latini quina proles, de quâ cultissimus Torquatus Tassus *Nella Gierusalem. Liber. Cant. 9. Stanz. 27.* tremendum invadere Soldanum. Subdo poësim, exemplum quippe, simileque ministrat:

Fra color, che mostraro il cor piu franco
Latin sù'l Tebro nato all' hor si mosse:
A cui nè le fatiche il corpo stanco
Nè gli anni dome habeano ancor le posse.
Cinque suoi figli quasi eguali al fianco
Gli erano sempre, ovunque in guerra ei fosse,

D' arme gravando anzi il lor tempo molto
Le membra ancor crescenti, e'l molle volto.
Et eccitati dal paterno essempio
Aguzzavano al sangue il ferro, e l'ire.
Dice egli loro: Andianne, ove quell'empio
Veggiam ne' fuggitivi insuperbire.
Nè gia ritardi il sanguinoso scempio
Ch' ei fa de gli altri, in voi l' usato ardire
Però che quello, ò figli, e vile honore
Cui non adorni alcun passato horrore.
Così feroce leonessa i figli
Cui dal collo la coma anco non pende,
Nè con gli anni lor sono i feri artigli
Cresciutti, e l' arme de la bocca horrende
Mena seco à la preda, & à i perigli,
E con l' essempio à incrudelir gli accende
Nel cacciator, che le natie lor selve
Turba, e fuggir fa le men forti belve.

Minùs verò mirabere, viventi parentum typo spiritum ad pugnas convalescere, si audias ipsum per inanimes paternas reliquias evenisse. Memento itaque
15 ★ Anglici Regis invicti Eduardi à Petro Matthæo adducti *Histor. Henr. IV. Lib. 5. Narrat.* 3. qui iamiam è vivis abiturus, ossa sua iussit, filius secum portaret cùm bellum Scotis inferret. Qui enim validissimâ fœlicitate, sæpè victor extiterat, egregiè putavit, vi qualiscunque præsentiæ suæ terga daturum hostem gnato non degeneri. Enimverò quali miles reverenti efficacià, modestoque impetu aggredietur opus aspectante illo, quod natura dedit ad ideam humanum numen,
16 ★ si effigies, statuæ, tituli, encomia, & quicquid non omninò mori parentes facit, eosque oculis ereptos mẽti restituit; nos accendit sursùm ebullire, in officiò continet, nec finit degenerare
17 ★ de Poloniæ Rege Boleslao

III. hæc *Lib.5. Histor. Polon.* Cromerus memorat: *Gestabat de collo suspensam in pectus auream laminam, in quâ nomen, & imago patris insculpta erat; quæ subindè memoriam eius sibi refricaret, & quidquid faceret, vel loqueretur*
18 *sic ageret, quasi inspiciente omnia, & exaudiente patre.* ★ Multi olim in vexillis, in annulis multi patrum, maiorumque imagines ideò tulere, vt ex Valerio *Lib. 3. Capit. 5.* tradit Borrellus *de Reg. Cathol. Præst. Cap. 78. Nu*
19 *mer. 27.* ★ Macrobij, quibus Mandrorum nomen dedit Clitarchus, Petrus Gregorius *Lib. 9. Syntagm. Cap. 7. Num. 8.* apud Herodotum *Lib. 3. Cap. 24.* in cippis vitreis cassos lumine parentes collocabant, gypso inductos, adversus graveolentiam communitos. additoque fucò proximè ad viventium veritatem depictos, vt si oculis crederes, nec vox humana deesset: vt filij sub tantis creditis spectatoribus, facta, dicta componerent.
20 Alexander ab Alexandro *Lib. 3. Dier. Genial. Cap. 2.* ★ Hùc inspexere celeberrima illa imaginosis Romana quinquatria ceris, quâ materie gentilitia Patritiorum decora vivebant, efficacissimâ oculorum rhetorice posteris vestigia præclara suadentia, pudorem saltèm triumphalibus insignijs degeneri factura, ruboremque cruore generoso imbellibus, & ignavis. *Effigies Maiorum* (refert *Lib. 5. Cap. 8. Num. 3.* Valerius) *cum titulis suis idcircò in primâ ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteri non solùm legerent, sed etiam imitarentur.* Plinius Lib. 3. *Epist. 3. ad Corelliam. Nec minùs sæpè ab illô, quàm à te, meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur.* Inde Sallustius se à maioribus natu fatetur percepisse: *Q. Maximum, P. Scipionem, & alios præterea civitatis Romanæ præclaros viros solitos ita dicere; quum imagines Maiorum intuerentur, vehementissimè sibi animum ad virtutē accendi; scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoriâ rerum gestarum eam flammam egregijs viris in pectore crescere, neque priùs sedari, quàm vir*

 tus

tus, eorum famam, atque gloriam adæquaverit. Latè Bortellus *de Reg. Cath. Præst. Cap.*4. *Num.*17. *cum seqq.* Iacobus de Tapia *de Tripl. Bon. Lib.*2. *Pag.*169. Simancas *de Primog. Hisp. Lib.*1. *Cap.* 19. Remirez *de Leg. Reg.* §. 29. *Num.* 13. Savarus *ad Sidonij Lib.* 1. *Epist.* 6. Ossualdus *ad Donellum Lib.*24. *Comm. Cap.*22. *Lit. R.* ★ Tan-
21 tumque iuris posteris in eos inerat instituendæ vitæ mutos præceptores, vt nec simulacra, si domus in alterius potestatem transiret, dimovere fas esset emptori, neque affixa maiorum spolia refigere. Plinius *Lib.* 35. *Cap.*2. *Aliæ foris, & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spolijs, quæ nec emptori refigere liceret: triumphabantque etiam dominis mutatis ipsæ domus: & erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis quo-
22 tidiè imbellem dominum intrare in alienum triumphum.* ★ Funeri etiam eodem titulo præferebantur gentilia simulachra. Valerius *Lib.*8. *Cap.*15. *Num.*2. Seneca 3. *de Benef.* Tacitus 2. *Ann. Cap.*32. *Ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur.* Vbì Lupanus, Porphirius *ad illud Horatij Epod. Od.* 4.

Esto beata: funus, atque imagines
Ducant triumphales tuum.

Plura de his Tiraquellus *de Nobil. Cap.*20. *Num.*150 Petrus Faber *in Agonistic. Lib.* 2. *Cap.* 20. Chichermanus *Lib.*2. *Cap.*7. Beroaldus *ad illud Apuleij Lib.*6. *Metamorph. Imaginem domûs meæ atrio dicabo.* Donatus *ad Suetonium in August. Cap.*41. *& ad Vopiscum in Florian.* Cerda *ad Virgilium* 7. *Æneid. Vers.*77. *Not.*12. Alciatus *Parerg.* Lib.2. *Cap.*30. Gutherius *Lib.*1. *Cap.*22. Raderus *in Martialis Libr.* 2. *Epigramm.* 62. Morestellus *in Pomp. feral. Lib.*2. *Cap.* 19. Valenzuela *Cons.*90. *Num.* 138. Rosinus *Lib.*5. *Antiq. Cap.*39. Vbi ex Polybij *Lib.* 6. ★ tradit ferales orationes, quæ præclarissimis in fo-
23 rum ducto cadavere, coràm habebãtur à liberis, vel san

gui-

guine iunctis, in hoc vsum obtinuisse, vt quicquid egregium præconij, tunc iactabatur, superstiti stirpi gloriosum subderet calcar, vt nihil non pro Rep. suscipecerent, quæ tantâ honoris notâ abeuntes ab orbe bene merentes comitatur, æternumque prosequitur. Notat Schegkius *ad illud Paterculi Lib.* 1. *Ca.* 11. *Pro rostris su-*
24 *stulerunt.* Imaginibus affinia sunt * insignia nobilitatis Franciscus de Petris *Conf.* 31. *Num.* 26. ad eosdem gloriæ fomites, queis parta sunt, instituta. Magerus de *Advoc. Cap.* 18. *Num.* 186, Chokier *sup. Reg.* 50. *Cancellar. Num.* 39. Turturetus *de Nobilit. gent. Libr.* 2. *Cap.* 7.

25 Non aliàs * Principes ij qui benè consultum cupiãt historias lectitent, iuxta Text. *in L.* 20. *Titul.* 21. *Part.* 2. Iuxtaque inculcatum politicis dogma. Latè ostendit Velazquez *de Optim. Princ. Lib.* 3. *Adnot.* 4. Id præsertìm annalium, vbì peculiaria prædecessorũ gesta gemmascant, vt atavorum sibi incumbentem sarcinam digne ferant, pretiosorumque nominum se portitores intuentes, quonam vestigio, & sibi, & oneris securitati incedendum sit, ritè prȩvideant.

Quid moror? nil crebriùs ad paterna facinora in-
26 flammando, * vel ad meliorem frugem pelliciendo, quàm illa illi sæpè, quàm filio paterna facinora obijcere. Redinus *vbi sup. Num.* 63. Vndè illud Turni ad suos, apud Virgilium 10. *Æn. Vers.* 281.

——— Nunc magna referto
Facta patrum laudesque——

27 Vbì Servius pro commentatione ait: * *Traxit hoc de Sallustio, qui dicit Hispanorum fuisse morem, vt in bella euntibus, facta adolescentibus parentum memorarentur à matribus.* Referam hìc quod ab oculatâ fide referenti-
28 bus, hausimus. * Anzici occiduæ Æthiopiæ aliàs barbari accolæ, eò gaudent instituto, vt Duces, gentis-

que proceres peculiari quodam vtantur ministro, cuius id muneris vnum est; quotiès heri marti desudant, in prælium've ruunt, illis Maiorum gesta modulantur, pro Barbito scilicet, aut eburneâ chely arcum quendam inconditè fuste pulsantes. Intereà socio carmine, gentilitia memoria pectus intrinsecùs armat. Ideò, vt ad laudabilia converteret Cicero ad Antonium *Philipp.* 1. *Quarè flecte te quæsò, & Maiores tuos respicè.* Quò pertinet monitum Plutarchi *in Præcept. gerendæ Reip. Nonnullis peccantibus clarorum parentum est obijcienda mentio.* Quia (vt Cassiodorus ait *Lib.* 9. *Epist.* 22) *Magnus verecundiæ stimulus est laus parentum, dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus auctores.*

Horum omnium licèt aliàs plura in vulgus venerint, ideo conduxi, vt ostenderem, quantum viva parentis in bellô societas gnatis prosit ad rē bellicam, cū mortua signa, inanesque memoriæ tantum valeant. ★Tum
29 minimè silentio mandabo è Romano more, triumphalis pompæ, primæ sæculi illius adoreæ, filios non effectos exsortes: minores enim curru ipso paterno triumphum actitabant, in equis verò iugalibus grandiores. Cicero *pro Muræn.* Claudianus *de* 3. *Honor. Consul.*

——Cùm tu genitoris amicô
Exceptus gremio, mediam veherere per vrbem,
Velaretque pios communis laurea currus.
Quis non Luciferum roseo cum sole videre
Crederet?

Tacitus *Lib.* 2. *Ann. Cap.* 41. *Augebat intuentium visus eximia ipsius species, currusque quinque liberis onustus.* Vbi Lipsius, Rosinus *Libr.* 10. *Antiquit. Cap.* 29. *vbi* plura Dempsterus. Vt iam non modò liberis parentum labores, sed splendidi fructus ad merita provocanda obijcerentur, & qui vię senticeta præsenserant, roseam etiam

me-

metam intelligerent, sanguineoque quanvis vestigio, ad apicem decorum amarent pervenire. Vt denique quantô consilio, quantaque providentiâ Constantinus ad patri coniunctam militiam iuventutem convocarit, appareat. Iamque de causis vocandi, ad vocatorum numerum transferamur.

CAP. XIII.

Vt armis apti, vocantur indiscretè filij: quia plerunquè robore, & ingenio parentibus consonant.

SVMMARIVM.

1. *Suum muneri cuique ingenium.*
2. *Cur horum diversitas?*
3. *Cura in militis delectu.*
4. *Militaris robore, & ingenio similes gignit. Et Num.* 19.
5. *Naturalis causa.*
6. *Duplex Lacana ignavos, quasi non filios interimit.*
7. *Fortium liberi inexploratò centuriandi.*
8. *Imbellium proles imbellis.*
9. *A Rep. Platonis abacta.*
10. *Constantini scopus.*
11. *Ingenia ducum prudentia, & industria.*
12 *Praevalent calore, & siccitate.*
13. *Foecundissimo temperamento. Et Numer.* 18.
14 *Milites venerei. Cur Num.* 17.
15. *Veneris cum Marte fabula.*
16. *Venus armata.*
20. *Similis claro ductori filius praesumitur.*



NVM supereſſe poterat, vt Legis noſtrę viſcera rimaremur, ſcilicet meditari, quî vniverſi omninò ex officialibus nati, nullo initô delectu calentur ad arma. Quandoquidèm non ineptè obſtare Le gi poteras. Nullum ineptum timet, nullum examine
1 moratur; cùm tamen manifeſtum ſit, * non idem vitæ genus, non eadem munera ſingulis congruere. Plura ingeniorum, plura munerum eſſe diſcrimina, & iſtis illa fore adiungenda, prout convenerint, & conſonuerint, iuxta Text. *in L. Stichus liber eſto* 12. *ff. de Leg.* 3. vbì ſi quis docendus eſt artificium, debet Prætor causâ cog nitâ penſare, cuinam plus conformetur? * Etenim cùm
2 humana ſocietas quadam conſtituatur muniûm concordi diſcordiâ, aut diſcordi conformitate, eandem ingenijs differentiam ſolertèr natura indidit, vt alijs alia occupationibus incumbentes, & quibus hìc indigetur, indè iuvantes, in melodiam illam vniverſi conſpirarent, Platonicis præfiguratam. Oſorius *de Nobilitat. Civ. Lib.* 1. *Cap.* 5. Ad hæc Plutarchus *de Anim. Tranquill.* Felinus *in Rubr. Decretal. de Magiſtrat.* Horatius Lucius *de Privileg. Scholar. Priv.* 16. *Verſ. Non ſum tamen neſcius*, Redinus *de Maieſtat. Princip. Verb. Et Princeps Romanus, Num.* 13. Canonherius *in Hippocr. Aphor. Libr.* 1. *Aphor.* 21. *Tom.* 1. Carbonarius *del Governat. Polit. e Chriſt. Libr.* 2. *Cap.* 4. Gruterus *in Not. ad Paterculum lib.* 1. *Cap.* 12. Hopperus *de Ver. Iuriſpr. Lib.* 4. *Titul.* 32. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Libr.* 2. *Cap.* 14. *Num.* 5. Narbona *in Doctr. Politic. Aphor.* 166. * Sigillatìm verò quàm diligentèr legi, enucleatim-
3 que adſcribi militem oporteat, docent Lipſius *Civil. Doctr. Lib.* 5. *Cap.* 11. & 12. Vegetius *Lib.* 1. *Cap.* 7. *vbì* Godeſcalcus. Roſinus *Lib.* 10. *Antiquit. Cap.* 3. Amiratus *Diſſertat. Polit. Lib.* 20. *Diſc.* 2. Galganetus *de Iur. publ. Lib.* 4. *Titul.* 17. Tympius *in Specul. Princip. Part.*

1. *Sign.* 19. Fr. Ioannes Guardiola *in Tract. Nobilit. Cap.* 23. Schomborncrus *Polit. Libr. 6. Cap.* 12. Valenzuela *de Stat. & bell. Ration. Part.* 2. *Conf.* 18. *Num.* 75. F. Gregorius de Alfaro *de Rep. Cap.* 38. & præstantissimè Gabriel Naudæus *de Stud. milit. Lib.* 1. *ex Pag.* 42. *vsque ad* 145.

Sed tamen haud inconsultè Legem iussit Impera-
4 tor; sciens * parentum fortitudinem, & genium vniversim naturâ exprimere filios, vt *Cap.* 6. agebamus;
5 susceptos præcipuè ex Martiâ gente, * quæ per seminis calorem, & siccitatem animi, membrorumque robur filijs generatione transmittunt: vt docet Hippocrates *de Diæt. ibique* Sancta Cruz, quos advehit Carranza *de Part. Cap.* 20. *Quæst.* 5. *Num.* 52. Iuxta quam similitudinem intelligendos voluit Nestorem de Telemacho, Menelaumque de Pisistrato sermonem ineuntes, apud Homerum; illum *Odyss.* 3. hunc 4. Horatius *Lib.* 4. *Carm. Od.* 4. generaliùs adduci solitus.

Fortes creantur fortibus: & bonis
Est in iuvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Quò etiam pertinet Marullus:

Nec leporem canis Æmathius, timidamve columbam
Natus Hyperboreo falco sub axe creat.

Hoc iactat pater ille *Declam.* 258. Quintiliani: *Quod fortitèr fecisti roboris, & corporis mei, meum est: animus iste ad contemnenda pericula paratus ex meò fluxit.* Plutarchus *in Apophthegm. Lacænar.* factum refert, optimum,
6 an pessimum, * Damatriæ viraginis, ignavum filium è bellò redeuntem interimentis. Nimirùm se nec matrem credidit, nec gessit, eius, cuius opera parentum

virtutem dissuadebant. Quod & alia expressit simillima Lacæna, quæ ordines deserentem mactavit, ininquiens: *Non mea est hac soboles*, & quidem è fortissimis oriundus hostium sanguine suum adprobat. Extat de sacrâ historiâ *Machab.* 1. *Cap.* 5. Exemplum illustre. Dum Mathathiæ soboles tot miracula virtutis ederet, alius generis viri, Iosephus, & Azarias, parte aliâ, suos & ipsi cum hoste conflictus ausi sunt. Sed vix ac infesta signa Gorgiæ, ipsi ostendere terga. Sacratus verò textus rationem addit: *Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israël*. Ideò apud Text. *in L. Quisquis* 5. *C. ad* L. *Maiest.* eius gnatus, quē rebellio in Principem obarmavit, idoneus quoque ad arma capessenda præsumitur, adeoque pœnæ quoque fit particeps. P. etiam Menochius *Lib.* 3. *Polit. ex Sacr. Script. Cap.* 12. *Num.* 3. cum nostro Imperatore consen-
7 tit, * fortium liberos absque aliô virtutis indicio Marti cooptandos asseverans, & subdit: *Quod hi fortes futuri non immeritò creduntur, qui à parentum, maiorumque suorum in arte bellicâ fortium habuerint commendationem.* Id quod pluribus ex divinâ paginâ illustrat exemplis, Davidicæ gentis, Saulis, & Mathathiæ. Firmant Petrus Barbosa *in Tract. de la Iuridic. y verdadera razon de est. Disc.* 8. *Pagin.* 186. Obertus Giphanius *in Polit. Arist. Lib.* 1. *Cap.* 4. Et ex opposito, qui ex imbelli, languidaque stirpe suboriuntur, vbi manu, vbi robore opus fuerit, nullius pretij, nullius roboris prodire, ob paterni seminis languorem Bozius scribit *de Ruin. gent. & regn. Lib.* 1. *Cap.* 11. Quare Plato 5. *de Rep.* præcepit ignavorum partus abigi, nec in suâ Rep. locum dari hominum ficulneo generi, cuiusmodi futurus sibi persuasit; apum mirificam Remp. imitatus, quæ

Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.

Rursùs Imperator eò tendit, vt novos excitet Præ-

fectos Bellonæ, ita vetustis conformes, vt nullam virtutis rimam inter vtrosque sentiat exercitus: vt eadem armati præsidij series adversus tempora, & fata perennet; nulloque vnquàm tempore cuiusque defectus, (cùm parsit præstò successor) efficiat lacunam. Id autem nullo aliô invento consequi valuit, quàm quô natura consequitur, per sobolis parilitatem species rerum æternando. Allexit ergo ad castra bellicam posteritatem, quæ insito suffragio, quicquid parentes bellatores reddidit egregios, exprimentmentis, & artuum vtrunque robur, ingenium, & genium: vt si magistra mediet exercitatio, paterna onera, & gesta iure cõtinuent.

11 Extra dubiumque cadit * militares præsides prudentis ingenij, ac industrij iudicij esse oportere adprimè, vt gerendorum consilia librent, hostilia prævertant. Probatur ex Text. *in L. Postliminium* 19. §. *Fin. ff. de Captiv.* & argum. Text. *in* L. *Quod constitutum* 21. *ff. de Testam. milit.* Cæpolla *de Imperat. milit. delig. Cap.* 7. Simancas *de Rep. Lib.* 9. *Cap.* 17. Besoldus *de Art. Intreq. bell. Cap.* 2. *N.* 13. Fusè politicę classis Auctores. Prudẽtèr indè veteres Mithotheologi Palladem Deam Minervæ confusam bellis præfecerunt, eodem acumine mucronem, ingeniũque sacrantes, in Numineque vno ferreas argutias, ingeniosumque gladium.

Ad bellicam autẽprudentiã, & doctrinam idoneum
12 ingenium in his maximè reperitur, * qui caloris, & siccitatis intensione prævalent. Vt docuerat Aristoteles *Problem.* 16. *Sect.* 14, curiosiusque pensitat Doctor Ioannes Huartus *in Exam. ingen. Cap.* 21. & 15. diligentèr meditabundus; quantâ caloris vi marti imperantes egeant, vt ad sua implenda munia habiles reperiantur.

13 Atqui * siccitatis, & caloris prædominium non potior bellicosæ temperiei origo est, quàm perfectæ, vberisque generationis. Videt id & contestatur experien-

cultas integra, valida, & nihilò fallere timenda sit. Et, quod indè consequitur, scitè Constantinus aptam militiæ credidit vniversìm quancunque militia præstitit sobolem. Quæ si ad perficienda, quæ ingenerata sunt bona, sucurrant domestica præcepta, hortamenta, & exempla paterna, æqualium æmulantium stimuli, meritò speratur successus felix, successio similis. *Ibi-
20 que consistet, quod ait Cæpolla *de Imperat. milit. delig. Cap.* 3. bellicis artibus clarentis natum ibidèm præsumendum excellet.



CAP. XIV.

An stultos docti plerunque gignant?

SVMMARIVM.

1. *Series, & ratio sequentium.*
2. *Literatis fatuos oriri circunfertur.*
3. *Ratio Aphrodisæi.*
4. *Belluga.*
5. *Minerva à minuendo.*
6. *Infirmat corporeas facultates vigilia.*
7. *Studiosis familiaris.*
8. *Languet corpus non exercitum.*
9. *Humefacitque semen.*
10. *Doctos afficit tristitia.*
11. *Generationi nocens.*
12. *Saturnus, & Venus invicèm adversi. Ratio iterùm: Num.* 18.
13. *Hesiodus futuro genitori lætitiã imperabat.*
14. *Sæpè è rusticis ingeniosi.*
15. *Organa ad intensam meditationẽ muniuntur.*
16. *Aliarũque facultatum eò debilitantur.*
17. *Cur Virgo Pallas?*

dè quandoquè divertunt. Amo cupressum, & vtcũque ostentabo. Certè vulgarem in sapientum liberos insipientiæ præsumptionem, quæ ad paterna munera posset obesse, non feram, quin famam detersꝫrim, rem evolvens, non quidem physiologorum argutijs, à meis studijs alienis, sed quos hinc indè sparsos centunculos legere valui, sereniùs, graviusque, in novam, quod hucusquè viderim, controversiam concinnans.

2 Receptum vulgò est * insulsos tardigradęque mẽtis, vt plurimùm, doctorum gnatos procreari. Tenent frequentisșimo agmine, pręter infrà dandos in argumentis, Baldus *in Cap. 1. in 2. Lectur. Num. 15. de Iudic.* Petrus Crinitus *de Honest. discipl. Lib. 21. Cap. 9.* Nevizanus *in Sylv. nupt. Lib. 4. Num. 127.* Menochius *Cons. 99. Num. 94.* Cenedus *Collect. 28. ad Text. in Cap. Non licet iudici 11. Quæst. 3. Num. 24.* Ioannes Freinshemius *in Indic. in Iustinum Verb. Hæreditas.*

Comprobetur primùm * ex Alexandro Aphrodi-
3 sęo *Lib. 1. Probl. 26.* vbì percontatus. *Cur plerique stulti liberos prudentisșimos procreaverunt?* dubio sic occurrit: *Quòd homines stultiores in coitu, ei voluptati magnoperè succũbentes, seque totos dedentes, animũ habent corpori omninò demersum, adstrictumque rei tantùm venereæ. Ex quô fit vt eorum semen quàm plurimæ virtutis, tum naturalis, tum rationalis particeps, prudentiores eos, qui hinc nascuntur, efficiat. At homines prudentes, & præsertìm docti, sempèr aliquid, vel honesti, vel vtilis animò complectuntur, vt ne in ipso quidem venereo actu à rerum studio desistant. Itaque animò remissiori profluens semen, expers longè facultatis illius animalis incumbit.* Subsignant Tiraquellus *Leg. Connub. Gloss. 1. Part. 15. Num. 154. & de Pœn. temp. Caus. 51. Num. 44.* Zacchias *in Quæst. Medico legal. Tit. 5. Quæst. 3. Num. 37.* Arnisęus *de Rep. Lib. 2. Cap. 2. Sect. 4. Num. 64.* Petrus Mexia *in Sylv. Var. lect. Cap. 4.* Turturetus *de Nobilit. gentil. Lib. 3. Cap. 2.* Gabriel Zinanus *de Ratio-*

 tio-

*tion.opt.imper. Lib.*11.*Cap.*4. Eam pro se Volaterrani sententiam adducens: *Mentem viri præstantis magis à natura sensus, carnisque remotam, ac quasi suspensam, inopem ingenij conceptis genituram præstare.*

4 Secundò * Petrus Belluga *in Specul. Princip.* illud his verbis *Rubr.*11. *Num.*11. insinuat: *Vulgariter dicitur, quòd filij hominum scientiæ sunt fatui, & malè organizati, quia homines scientiæ habent, vt plurimum, malum stomachum, propter nimias vigilias, & nocturnos labores, & sic habent sperma crudum, & indigestum, & per illos generati, vt plurimùm, sunt dementes, & malæ complexionis.* Pluribus exemplis subscribit Borrellus, exscripsitque Augustinus Caputus *de Regim. Reip. Cap.*7.§.20. *Num.*16. Refert quoque Ioannes Paulus Xammarius *de Offic. Iudic. & Advoc. Part.*2. *Quæst.*1. *Num.*57. Vt iure Ciceroni placuerit *Lib.*2. *de Natur.* Deor. * Minervam à minuendo

5 notionem sortitam, quòd in officinâ scientiarum assidui, mirè carpantur, emarceant, & ad mortem vsque propè deveniant *Auth. Habita, C. Ne filius pro patre, vbi* Rebuffus *ad illud: Quis enim eorum non misereatur, Num.*39. *Col.*8. Facit Text. *in* §. *Item surdus, & mutus Inst. Quib. non est permis. fac. test.* Quò adludere potuisset Plinius, illis, vt vulgatis, nunquàm sat explanatis verbis: *Est & aliquis morbus per sapientiam mori.*

6 Atque vt propiùs ad Bellugam redeam, * animales omnes virtutes nimiâ vigiliâ vulnerari, & enervari vltramodùm, pro comperto est, ex Arist. *de Somn. & Vig.* Assentitur Tertullianus *Lib. de Anim. Cap.*43. *Porrò* (inquit) *somnum ratio præit, tam aptum, tam vtile, tam necessarium, vt absque illo nulla anima sufficiat.* * Hæc autem

7 nobilissima sciendi libido quot noctes insomnes tradu cit! Horatius Lucius *de Privileg. Scholar. in Præfat. Numer.*20. Philostratus *Lib.*1. *de Vit. Sophistar.* hanc affert sententiam: *O nox tu plurimũ particeps es divinæ sapientiæ!*

Mul-

Multus ab hisce tenebris menti fulgor exoritur. Anne ideo noctua Minervæ sacra, quia lucernæ & noctis amica? Sed non vili constat studiosis pernoctatio facultates illas debilitans, inter quas generatrix elangueat consequens est.

Deinde, dum inter mentalia, exterioraque opera, illis, & ab his vacant, primis saltem impensè, his parum, & obitèr, effusa ★ sequitur corporis ineptitudo, vt ædes desertæ languent, & labascunt, penitusque redduntur innutiles. Lucianus *in Dialog. de Gymnas. vbi* Gilbertus Cognatus, Plutarchus *de Educand. liber.* Canonherius *in Hippocr. Apho. Lib.* 1. *Aph.* 1. *Pag.* 462. *&* L*ib.* 2. *Aph.* 9. *Pag.* 615. *Tom.* 1. Festivè P. Benedictus Pereira *in Pallad. Togat. Class.* 1. *Proble.* 2. ★ Genitalis-
9 que humoris superflua provenit humiditas: Ergo & ad sanā generationem impotentia; teste Hippocrate *Lib. de Aër. Loc. & Aq.*

Tertium. ★ Sophi plerunque claudicant melan-
10 cholia, ob assiduamque meditationem tristi incedunt supercilio, tetricaque fronte, iuxta Ecclesiastici: *Cor sapientiū, vbi tristitia.* Aristoteles differit *in Probl. Sect.* 30. *in prin.* Cicero *Tusc. Li.* 1. Cælius Rhodiginus *Lect. Antiq. Li.* 9. *Ca.* 29. ★ At tristitia oppidò attenuat, *Spiritus tristis*
11 *exsiccat ossa*, estq; pusillanimitatis parēs. Eiusmodi autē pasio malè generationi amicatur, alacres expetenti. ★ Ideoque Saturnum melancholicum sidus, infestum
12 Veneri ostendunt Astronomi. Tradit Tiraquellus *Leg. Connub. Gloss.* 1. *Part.* 15. *Num.* 81. ★ Et Hesiodus gig-
13 nendis filijs operam daturum lętum esse pręcipiebat. Plutarchus *de His qui ser. à num. pun.*

Quarta obiectio ex quotidianâ experientiâ resultat. ★ Etenim sæpè amusorum filios, imò rusticorum,
14 quorum omnes discursus parē boum, tota cultura concluditur agris: horum, inquam, natos haud raro opificio literarum impositos, aquilino volatu ad scientia-


rum

rum verticem invehi; iam à primò pennarum plausu lõgè retrò relictis compalęstritis, quorum plures, ex ingeniosis, scilicet, eruditissimisque parentibus ortum habent.

Argumentum novissimum situ, haud vi, quin cæcætera sustentans, hoc esto. Quò plùs mentales facultates exercentur, eò plùs consenescunt, & flaccescunt corporeæ. ★ Quoniam valida contemplatio il-
15 lud, vbi consistit, organum, auget alteratione vividiori; dum imaginatricis facultatis imperio, vitales spiritus, sanguisque arterialis ad mentalem officinam concurrunt, vt locò illò communitò, nòvoque vigore donatò, potentia vigilantiùs, intentiusque operetur. Quod (Medicis receptum) testantur Hippocrates præsertim, & Galenus, ex Huarto *in Fin. Cap. 5. Exam.* ★
16 Et consequentèr reliquæ corporeæ potentiæ operationibus proprijs invalidiores redduntur, aut animę activitate aliubì occupatâ, aut auxiliaribus instrumentis destitutæ, aliò nimirùm accurrentibus. Rerum igitur scientes, qui subtilioribus mentis operibus tenentur assiduè, ad alia crassiora supersunt imbelles. Etenim si, vt experimur, intentâ ratiocinatione, caput incalet, stomachusque friget, & ægrè concoctionis munus administrat, genitalibus etiam pessimam dispensabit materiam crudam, flaccidam, & remissam; vitiatum vndè semen prodeat, & acerbum, ex quô in fœtu qualis recta ad ingenium temperies poterit oriri? Hoc circa prisci Doctores, qui sub fabularum personâ philosophiam
17 scenæ dedere, id occultabant, ★ dum Virginem Minervam effingunt. Lucianus *in Dialog. Vener. & Cupid.* nullusque non ex veteribus. Nō quidem eò solùm titulò, quòd amoris opus nobiliores spiritus exhauriat, cerebrum extenuet, vim stomachi diluat, quô malò nil infestius ingenio, vt ex Marsilio Ficino subdit Cognanus *in cit. Luciani Dial.* Latè Tiraquellus *in Leg. Conn.*

Glos.

Gloss. 1. *Part.* 15. maximè *à Num.* 53. Aut quia non benè conveniat philosophiæ cum vxore, secundum Ciceronem, quem & referunt Hieronymus *Lib.* 1. *cont. Iovinian. Num.* 28. & Hugo de S. Victore *in Libel. Ad soc. ad nupt. convol. volent.* Ioannes Montaigne *in Tract. de Bigam. Quæst.* 2. *Num.* 8. Verùm quoque nam Divę illius studiosus debilem venereis contrahit habitudinem, vt Minerva non solùm morali virtute, sed & naturalis virtutis imbecillitate casta sit.
18 turalis virtutis imbecillitate casta sit. * Forsàn iterùm Saturnum sapientiam influentem. Georgius Venetus *in Harm. mund. Fol.* 211. sicuti dicebam, adversari Veneri voluerunt Astrologi.



CAP. XV.

Non stultos docti plerunquè gignunt, imò ingeniosos plerunquè.

SVMMARIVM.

1. *Non absimiles doctis filij.*
2. *Stultitia gentilis morbus.*
3. *Philosophus philosophũ generat.*
4. *Ingenium res hæreditaria.*
5. *Augustinianum, & Aristotelicum filijs trãsfusum.*
6. *In natò repertum sibi pater imputat.*
7. *De valetudine Regi Francisco restitutâ.*
8. *Iudæi cur ingeniosi?*
9. *Vndè ingenium proveniat, plura.*
10. *Similitudinis externa transfusiò.*
11. *Filius à filo.*
12. *Fili significatum.*
13. *Ex dissimilitudine arguitur adulterium.*
14. *Et partùs suppositio.*

15. *Natus dubio patre si miliori tribuitur.*
16. *Animũ corporeâ con stitutione metimur.*
17. *Deformitate in suspicionem adducitur reus.*
18. *Priùs torquendus deformis.*
19. *Fœminam, ob meretricis physiognomiam attentans, mitiùs puniendus.*
20. *Morbi hæreditarij, & unde?*
21. *Fœcundissimum semen optimè temperatorum.*
22. *Tales sapientes sunt.*
23. *In pravè dispositis corpus animo imperat.*
24. *Docti latiùs vescuntur.*
25. *Cibus facit ad ingenium.*
26. *Eadem seminis natura, ac generantis, & alimenti.*
27. *Plura, undè ex ingeniosis insipiẽtes. E regione Num. 42.*



28. *Malignus astrorũ aspectus.*
29. *Febris in alterutro coëuntium.*
30. *Cõgressus mẽstruatus.*
31. *Maternæ complexionis vitium, aut inæquabilitas.*
32. *Semẽ maternum prævalens.*
33. *Cùm paterno concurrit.*
34. *Descendẽtibus ex fœminis à Iustiniano repræsentatio concessa.*
35. *Ius naturale civili nõ subvertitur.*
36. *Prolẽ infatuare sufficit in alvo læsio.*
37. *Nutritiumque lac.*
38. *Suas proprietates infantibus indit.*
39. *Seminali naturæ affine.*
40. *Ingenium insitum in curiâ sylvescit.*
41. *Cicero filius sub Gorgiæ pædagogiâ corruptus spem de se magnam fefellit.*



PAR-

PARTIS tribuentis insipidam genituram literatis, præcipua capita reputo, quæ præcedenti disposui. Quid nobis sentiendum sit aperiam, & cætera enucleatiùs agendum alteri professioni relinquens, propugnabo.

1 Sit ergo * vera huius controversiæ decisio. Sapientes non plerunquè, sed rarò stultos, stupidosque progignunt, naturæque congruentius est, similes ingenio procreare. * Nam vt Stobeus *de Ignobil. Serm.* 88. in-

2 quit: *Stultitia hæreditarius morbus à patre est*. Ergo à sa-

3 pienti genitore non proveniet. * Philosophum generare philosophum circunfertur, & in brocardum abijt. Cynus *in L. Providendum* 7. *C. de Postul.* Tiraquellus *de Nobilit. Cap.* 20. *Num.* 21. Paschalis *de Virib. patr. potestat. Part.* 4. *Cap.* 5. *Num.* 2. Hoc est ingeniosum ab ingenioso, sapientem à sapiente partum edolari, vt expressè conscribunt Accursius *in L. Nullus* 44. *C. de Decurion.* Decianus *Resp.* 75. *Num.* 5. *Volum.* 3. Menchaca *Controvers. illustr. Lib.* 2. *Cap.* 51. *Num.* 59. Bargalius *Orat.* 2. *pro Doctor. Marij Coscij*, Paramus *de Orig. S. Inquisit. Lib.* 3. *Quæst.* 9. *Num.* 56. Noalis *de Transmission. Cap.* 30. *Num.* 13. Pacianus *de Probat. Libr.* 2. *Capit.* 13. *Num.* 34. Matienzus *in Dial. Relat. Cap.* 5. *Num.* 6. Boëkelius *de Public. Iudic. Disquisit.* 4. *Quæst.* 9. & præstantissimè Giphanius clarissimus ICtus *in Poli. Aristotelis Lib.* 7. *Cap.* 7. Probaturque ex Text. *in L.* 2. §. *Quæ omnia, Vers. Sed Anatolium, C. de Veter. Iur. enucl.* vbi Anatolium commendat Iustinianus virum iurisperitum, à peritià Maiorum argumentum ducens. Et ex Text. *in L. Iubemus* 3. §. *Et filios, C. de Advoc.* 2. *vbi* Advocatorum nati invitantur ad literas, paterno munere post iuris civilis quinquenniū oblato: quia illis studijs valituros credere est, queis prestantes parētes sortiti sunt.

Hæ-

4 Hæreditarium* igitur esse mentis vigorem naturâ ipsâ adeundum, qui dixerit, haud temerè sentiet. Certè ingenium familijs innascitur. Facit Text *in L. 2. §. Deindè Sextus Ælius, & §. Fin. ff. de Orig. Iur.* vbì Ælij, Celsi, & Nervę memorantur, terni patres, terna proles, clarissimus ICtorũ ternio; vbì sophia filijs appâret trãsfusa. Imò innatum ei genti aliquod in Iuris civilis notitiam naturale ius. Eiusmodique bona familiæ pignora esse, docent Tacitus, scilicet 2. *Ann. Capit.* 37. eloquentiam Hortensiæ gentis: *Neque eloquentiam gentile domûs nostra bonum.* Idem in Leonis, de quô Sidonius *Lib. 8. Epist. 3. Suspende perorandi illud quoque celeberrimum flumen, quod non solùm gentilitium, sed domesticum tibi. Vbi* alia Savarus. Sic poësis alternum fractura pedem Passieni, *Lib. 6. Epist.* 15. Plinius. *In primis eruditus, scribit elegos: gentilitiũ hoc illi.* Cassiodorus *Lib. 8. Epist.* 18. *Origo eius hæreditarias sibi literas vendicavit.* Hùc Menelaus apud Homerum *Odyss.* 4. Pisistratum alloquens:

Talis, & patris es, qui & prudentiâ loqueris.

Quid plura? Non tot profectò legas, quot acervarem. Hæc satis fuerint, vt nobis tutò persuadeamus aliquid esse ad sapientiam è sapiente nasci; & licèt doctrinâ poliatur, tamen scientificum â parentibus ingenium ingigni. B. Ennodius, id, vt plures, inficiabatur, at eô, quod vidit, emotus, sententiam recantat, ingenuè fassus, scientiam rem esse naturâ propagabilem, *Libr. 5. Epist. 20.* Marciano his verbis: *Putabam scientiæ dotes rem tantùm ingeniorum esse, non familiæ, nec duci per stemmata quod labor continuus, & indefessus sudor adipiscitur. Sed quantùm appâret, ordines suos seruat eloquentia, & oris pompa, quæ exũdavit in veteribus, migrat ad posteros: cõcordat sciẽtiæ cursus, & fluminũ per cõsuetos alveos, & dicẽdi vnda prælabitur. Venit ad te cum censu patris eruditio, &c.*

Sed

5 Sed quid * illustrius? Duo maxima orbis ingenia Augustinus, & Aristoteles, quos in vniverso mortalium cœtu, inter eos, qui humanis viribus, scientijs floruerunt, nullus vnquàm æmulari præsumpsit, æmulari præsumet. Illi inquam tam ingeniosam nieruere prolem, vt parentibus non videretur inferior? Vide quid de Adeodato filio ipse censuerit Augustinus: vide quid de dialogis ipse censeas. Sed de Aristotelis nato Nicomacho Ciceronem adi, qui cùm libros de Moribus plures patri potius tribuerent, quàm filio, Tullius Nicomacho ipsi opus asserit *Lib. 5. de Finib.* subdens: *Sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius.* Expendendum sanè nullum vnquàm, alicuius auctoris suffragio, Augustino, aut Aristoteli comparatum inveniri, nisi eorum filios. Et tamen insudavit literarijs ærumnis vterque parens. Quòd si paternæ mentis vis, si studia mentem liberorum impedirent, vbì tantum eorum, genitoribus infuit, qualis in adversâ sententiâ genitis deberetur stultitia?

Iuxta hæc de sapientium propagine sapiens sententiam tulit *Prov. Cap. 23. Vers. 24.* aiens: *Qui sapientem genuit, lætabitur in eo.*
6 * Videt scilicet quicquid boni in filio reverberat à sese radiari: *Quia* (vt subdit doctissimus P. Ferdinãdus de Salazar) *idoneum ad sapientiam ingenium, filios à parentibus suis hausisse nemo non credit, iuxta illud Horatij*:

Fortes creantur fortibus——

Vndè satis aptè dicit Synesius patres illos, qui militiam, & castra non coluerunt, & qui sapientiæ scholas non frequentarunt, cùm filios, aut fortes milites, aut doctos philosophos evasisse viderint, proptereà impensiùs gaudere, & triumphare: quia eò argumento omnibus persuasum putant, etiam ipsos, si castra secuti fuissent, & scholas adijssent, similem in armis peritiam, & parem in studijs facultatem adepturos fuisse: quia

eam indolem, quam liberis trāſmiſerunt, in ſeſe quaſi in fonte reſediſſe, & reſtitiſſe putant. Et eregionè dicitur *Prov. Capit. 19. Verſ. 13. Dolor patris filius ſtultus*, non modò quatenùs eius converſatione pater offenditur; ſed etiam, (vt idem Auctor expendit) *quia pater filij ſtultitiam, ſuam putat, filius enim eſt imago patris; atque adeò quicquid in illò natura expreſsit, a parente tranſcriptum reputatur.*

7 Hæc adornemus * hiſtoriâ quadam, eiuſque diductâ naturali origine. Malè agebat Franciſcum I. Gallorum Regem febris genus quoddam contumaciſsimū, quæ mordicùs ineſcata, tacitè virum detruderet ad tabem. Pariſienſium medicorum peritiſsimi potiùs, vt non raró, remedijs deterrentes, quàm allectantes valetudinem, nequicquàm Machaonias artes fatigare com perti ſunt. Inſedit omninò Regis animo, ſibi ab Hebræo medicô ſanitatem ſervari, alioquìn ad Libitinam accingi oportere. Petitur à Conſtantinopoli Hebræus Æſculapius. Venit, videt, patefactis extemplò ſymptomatibus ægritudinem vincit. Huic eventui Huartus
8 *Exam. Cap.* 14. inhærens, * vndè illi genti tanta peritia rimatus, ait. Iudæorum nempe progenitores in Æ-
9 gypto annos CCX. verſatos, * ſervitutis duritie, intēſoq; climatis ardore, ſubtili, ac detersâ tēperie corporis evaſere. In longinquo illô ann. XL. itinere deſerti eos lautiſsimè cœlū accepit aëreo, ſubtili, & ætherei condimenti manna, nobiliſsimis aquis: Aëris inſupèr, cœleſtiſque tractûs æquiſsimo temperamento potiti; quibus perfectam complexionem, limpidos, ac ſaluberrimos humores, vndè argutum, vividumque provenit ingenium, compararunt. Id quòd certius adhùc fieri poſſet ex his, quæ docent perplures. Plato *Dialog. de Naturâ*. Cicero *in Orat. 2. de Leg. Agrar. in Fin.* Livius *Libr.* 45. Connimbricenſes 2. *de Generat. Cap.* 8. *Quæſt.* 4. Tiraquellus *de Legib. conn. Gloſſ.* 1. *Part.* 7. *ex Numer.* 14.

Fran-

Franciscus Floridus *Lect. Subcis. Lib.* 1. *Cap.* 17. *in The-
saur. crit. Tom.* 2. Roscius *Lib.* 2. *Memorab. Cap.* 7. *à Nu
mer.* 46. Nevizanus *in Sylv. Lib.* 5. *Num.* 47. Giphanius
in Polit. Aristot. Lib. 7. *Cap.* 7. Barclaius *in Icon. animor.
Cap.* 2. *cum seqq.* Farinacius *in Prax. Crim. Part.* 1. *Quæst.*
47. *Num.* 278. Mattheacius *de Viâ, & Rat. Iur. Libr.* 1.
Cap. 12. *Num.* 20. *& seq.* Remirez *de Leg. Reg.* §. 11. *Nu
mer.* 26. Paramus *de Origin. S. Inquisit. Libr.* 3. *Quæst.* 9.
Num. 55. Pancirolus *in Thes. variar. lection. Lib.* 2. *Cap.*
48. Capycius *Decis.* 130. *Num.* 36. Cæpolla *de Action.
redhib.* Cap. 554. *Num.* 14. Solorzanus *de Ind. Gub.* Lib.
1. *Cap.* 28. *Num.* 16. Narbona *de Ætat. ad omn. act. hum.
requis. Ann.* 10. *cum dimid. Quæst.* 2. *Num.* 10. Oteiza *Pa
ralip. Lib.* 5. *Cap.* 6. *Num.* 48. *& Cap.* 8. *Num.* 10. Facit il
lud Horatij *in Art.*

Colchus, an Assirius, Thebis nutritus, an Argis.

Quô super locô plura ferè omnes interpretes. Vt ad Vl
pianum *in L. Quod si nolit* 31. §. *Qui mancipia, ff. de Æ-
dilit. Edict.* Quæ sana, & apta humorum temperies, &
consistentia in Iudæorum prosapiâ, per generationes
singulas ad posteros procurrens (favente Giphanio *vbi
proximè*) vsque in præsens conservatur, temporum li-
cèt iniuriâ, numerosaq; generatione debilior, & insyn
cerior; simulque gẽtilis ingeniositas, ab eâ temperatu-
râ depẽdens. Quibus nil manifestius convincẽdo mẽtis
dona in filios facere transitum.

10 Deindè hanc argumentationem vsurpo.* Parẽtes
etiam edoctos externam procreare similitudinem,
quis vnquàm, aut negavit, aut traxit in litem? At illa
ingens est internæ mentis signum: eam igitur paritèr,
vt generationi subesse potest, derivant. Et quoad cor-
11 poris delineamenta transfusa,* Ioannes Brecheus *in
L. Filij appellatione* 84. filij etymon à *filo* deducit signifi
12 cante * lineamenta quoque faciei. Agellius *Noct. At-*

tic.

tic. Li. 14. *Cap.* 4. quę naturalius est â patre deducere natum, vt qui hunc videat, illum viderit, proferat

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Multa Cerda ad illud Maronis 5. *Æn. Vers.* 576.

—*Veterumque agnoscunt ora parentum.*

Raderus *ad Martial. Lib.* 12. *Epigramm. Vltim.* estque communis locus. ⁎ Indè legitimæ prolis ducitur argu-
13 mentum. Ærodius *Rer. Iudic. Lib.* 8. *Tit.* 1. *Cap.* 7. Carranza *de Part. Cap.* 20. *Quæst.* 5. *â Num.* 19. Pizarrus *en la Vida de* Diego *Garcia de Paredes, Cap.* 1. *Obseru.* 3. Sic apud Liuium *Lib.* 39. *Cap.* 53. Macedones, qui in Perseum stabant â Demetrio *Illum* iactabant *pellice ortum esse, & vt ex vulgatò corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc insignem Philippi similitudinem præsefer re.* Vndè in partum ab ore paterno dissentientem ⁎
14 suppositionis coniectura suscitatur. Polydorus Ripa *de Noctur. Temp. Cap.* 164. *Num.* 40. Carranza *de Part. Capit.* 5. *Sect.* 2. *Num.* 78. ⁎ Et vbì vxor statìm â viri fune-
15 re alteri nupsit, fœtus succedens, ei parenti tribuitur, eius hæres censetur, cuius traxerit signaturam. Sarmientus *Lib.* 5. *Select. ad L. Gallus in princ. Nu.* 76. Carranza *D. Cap.* 20. *Quæst.* 5.

Quo d autem ⁎ ex corporis compositione, & posi-
16 turà incoràm venanda sit mentis conditio, Galenus *in Opusc. Quod anim. mor.* Cælius Rhodiginus *Lect. Antiq. Lib.* 3. *Cap.* 15. Tiraquellus *de Nobilit. Cap.* 31. *Numer.* 295. Ex Aristotele, Nicolao de Lyra, & alijs probat Lara *de Vit. Hom. Cap.* 1. *Num.* 53. Torreblanca *de Iur. Spirit. Lib.* 7. *Cap.* 8. *per tot.* Escobar *de Purit. & Nobil. pro.* 1. *Part. Quæst.* 4. §. 4. *Num.* 76. Chokier. *de Legat. Cap.* 10. Quô argumento præclarè Scipio apud Liuium *Lib.* 26. *Cap.* 42. vultûs concordiam ad animum transtulit. *Breui* (aiebat) *faciam, vt quemadmodùm noscitatis in me*

patris patruique similitudinem oris, vultusque, & lineamenta corporis; ita ingenij, fidei, virtutisque exemplum, expressam ad effigiem, vobis reddam; vt reuixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem Imperatorem dicat. Etenim cùm corporea omnis dispositio exterior, & intima ex temperamento, & complexione processerit; facili sequelà, naturâ duce, abeunt propensio, ingenijque vigor, post temperiem, & figuram. Etenim, ab istà illam argui, & colli
17 gi, & Physiognomi cõnitũtur, & nostri sapientes ad indicia referunt. Apud quos ★ physiognomiæ malitia in genere suspicionem inducit contra reum. Gilhausen *in Arbor. iud. crim. Cap. 6. Part. 1. §. 31. Numer. 23. & Part. 7. Sect. 2. Num. 71.* Conferunt quæ tradunt Plaza *in Epitom. delict. Lib. 1. Cap. 25. per tot.* Chokier *in Thesaur. polit. Lib. 3. Cap. 4.* Canonherius *in Aphor. Hippocr.*
18 *Lib. 2. Aphorism. 10. Pag. 513. Tom. 2.* ★ Eaque ratio est: cur inter plures torturæ subijciendos, quæstionis methodus petat, incipere à deformiori, magìs vti suspecto: vt communis recepit opinio. Baldus *in L. 2. Num. 5. C. Quor. appel. non recip.* Hypolitus de Marsilijs *in Prax. crim. §. Expediat, Num. 53.* Cæpolla *de Act. Redhib. Cap. 554. Num. 19.* Torreblanca *Iur. Spirit. pract.*
19 *Lib. 7, Cap. 7. Num. 3.* ★ Hìnc paritèr, eius pudorem attentantes, quam ex formâ, & fronte, velut physiognomi collegere, sui copiam facere liberalius, mitiùs puniendos tenet Gilhausen *in Arbor. iud. crim. Cap. 2. Titul. 34. de Iniur. & fam. Libel. Num. 26.* Simpliciùs quippe iniuriam videtur intulisse, quem infamator impudicitiæ aspectus, proditorque vultus decepere.

Idem, ac ex similitudine argumentum, digerere est
20 ★ ab hæreditarijs morbis, queis à parentibus inficiuntur non rari. Hippocrates *in Lib. de Morb. sacr. post princip.* Plinius *Lib. 1. Epist. 12.* ibì: *Nam plerumquè morbi per successiones quasdam, vt & alia traduntur.* Zacchias *in Quæstionib, Medico-legal. Tit. 5. Quæst. 2. Num. 14. &*

Quæst. 3. *Num.* 29. & *Quæst.* 4. *Num.* 30. Contzenus *Polit. Lib.* 4. *Cap.* 3. §. 1. Propter malignam seminis conditionem, qualitatesque morbidas, vt fert communis medicorum resolutio. Duncanus Liddelius *Lib.* 2. *Pathalog. Pag.* 107. sic locutus: *Deindè alij hæreditarij vitio seminis, & materni sanguinis*, in eodem *Capit. Pag.* 114. eiusmodi languorum originem his explicat luculentèr: *A pravâ partium gignentium dispositione vitia quædam semini, & materno sanguini communicantur, quæ ijsdem fœtûs partibus innascuntur: Vndè morbi hæreditarij, vt phthisis, calculus, lepra, & similia: atque hæ causæ occultæ ipsi substantiæ partium insunt, vt seminarium morborum, vel aptitudo ægrotandi: propterquam à levi quacunque causâ immutantur: aliquandò fœtus in vtero ipsum morbum contrahit.* Vndè inferre datur, si qualicunque parens temperamento sit, illud in prolem transmeat, dum paternum tale se habet, quale ad rationales functiones prorsùs consentaneum est; eadem proculdubiò subtilitas, condimentũque ingenij (nisi aliundè casus impediat) per generationẽ ibit ad liberos. Alia corporis signa, & mores omitto.

Solidiùs adhùc factio nostra stabilitur Galeni sen-
21 tentiâ *in Aphor. Hippocr. Lib.* 5. *Aphor.* 62. ★Temperatorum semen maximâ pollere fertilitate, ac proindè cuiusvis complexionis fœminæ cuivis, idoneum ad optimam genituram. ★Tum sic: Viri docti, & prudentes
22 sunt omnium temperatissimi: promptum enim, & generosum ingenium, quicquid de corpore trahit, à sano est, & nobiliori temperamento, probeque præparatâ seminali vi; vt ostensum extat ab Huarto pluribus in locis sui Exam. præsertim *Cap.* 3. & 5. Igitur ante alios, instructi consistent integræ, perfectæque generationi; quâ interveniente causæ prodit effectus simillimus, ex Aristotele *de Generat. Lib.* 4. *Cap.* 3. & arg. Text. *in* L. *Manumissiones* 4. *ff. de Iust. & Iur.* vbì eiusdem iuris sunt causa, & causatum. Baldus *in* L. 1. *Numer.* 10.

C. Si quis omiss. caus. test. Tiraquellus *de Prescript.* §. 1. *Gloss.* 2. DD. *in L. Fin. per Text. ibi, C. de Impub.*

Vlteriùs. Sapientes viri ex propria corporis constitutione (vt modò dixi) sunt à naturâ subtiliores, perfectiorique qualitatum structurâ compositi, quàm hebetes, & ignari. Quandoquidèm nobilior mentis conditio, sanitas, & perspicacia consistere nequeunt absque laudabili temperamento corporali. Cælius Rhodiginus *Lect. Antiq. Lib.* 3. *Cap.* 15. Beroaldus *ad illud Apu ieij Lib.* 6. *de Asin. Corium non asini crassum.* Belluga *in Specul. Princip. Rubr.* 11. *Num.* 10. Redinus *de Maiest. Princip. ad illud: Et Princeps Romanus, Num.* 12. Nam & si in animæ substantiâ idem semper vigor permaneat, vsus tamen eius in animali, carnei receptaculi densitate torpescit, vt notis versibus expressit Virgilius 6. *Æneid. Vers.* 730.

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.

23 In quibus * eiusmodi pravè dispositis animo corpus imperare, scripsit Aristoteles *Libr.* 1. *Polit. Capit.* 3.

24 Cibi prætereà, * queis victitant, lautiores frequentèr sunt, saniores, purioresque, quos sibì solertiùs parant: Tum suæ dignitatis: Tum valetudinis, ingenijque tuendi causâ, * haud nescientes potissimam ingeniorum partem esse cibum. Elegantèr Otalora *de Nobilit.* 5. *Part. princip. Cap. Vltim. sub Numer.* 20. Phæbus *Decis.* 169. *Num.* 8. *Lib.* 2. Simùl etiam, quia frequentioribus in populis, emporijsque inhabitantes, faciliùs laudatiorem comparant victum (si hæc levia videantur, hàc in re alijs non est locus syllogismis) iuxta Glossam *in L. Servis legatis* 97. *Verb. Cibarijs, ff. de Leg.* 3. Facit Text. *in Cap. Non cogantur,* 3. 41. *Dist.* vbì delicatiores vti non debent victu difficili, sed quem suaviorem

25

con-

condijt natura, temperiemque dedit. Traddit Abbas
post Glossam *in Cap. Cum instantia* 17. *Verb. Prægravari*
de Censib.

26 Ex hisce statutis infero promptè (cùm * semen na
turalitèr auctoris, & alimenti sequatur temperatu-
ram, secundum Galenum *Lib. de Sang. Mision.* quem
adducit in huiusce rei confirmationem Huartus *Cap.*
20. Fol. 341.) eruditorum seminalis virtus non esse, cur
ijs qualitatibus non vigeat, quæ ad ingeniosi tempera-
menti fœtum requiruntur.

Sed omnes, quæ pro hâc parte probationes aggera
ri possent, producere, nec me adstrinxi, nec iuvat. Plu-
ribus parco. Id tamen admonere longè cupio: Nullate-
nùs eam provinciam mihi susceptam, vt refrager, plu-
res, & perquam plures, literis, & ingenio præstantium
virorum liberos in lucem emergere fatuos, obtusos,
bardos, moriones, & stupidos. Sed nixus sum non im-
putandam hanc dementiam paterno ingenio, has inep
27 tias paternis literis. * Siquidẽ plurimas existere cõmu-
nes causas cõpertũ est, vndè natura peccare potuerit, &
mẽtiri patris ingeniosa temperies, quin illi partûs vitia
debeant attribui.

28 Prima sit: * Infortunatus, inimicusque astrorum
adspectus, seu conceptionis momento, seu subeunti-
bus lucem infantibus, vt loquuntur Genethlaci. Cur-
sus Connimbricensis 2. *de Generat. Cap.* 8. *Quæst.* 4. *Art.*
1. Cardanus *Lib. de Septem erraticis, Fol.* 93. Schonerus
Libr. 1. *Capit.* 7. *de Qualit. anim. per tot.* Campanela *de*
Astrolog. Lib. 4. *Cap.* 7. *per tot.* Belluga *in Specul. Princip.*
Rubr. 11. *Num.* 10. Redinus *vbi sup. Num.* 16. * Vel si fe
26 bris alterutrũ coniugum infestavit in congressu. Cont
30 zenus *Polit. Lib.* 4. *Cap.* 3. §. 1. * Vel si eiusdem tũc tẽ-
poris menstrua naturæ solverat vxor. Bozius *de Ruin.*
31 *gent. & regn. Lib.* 1. *Cap.* 11. * Maternæ iterùm cõplexio
nis vitium, & inæquabilitas. Huartus *Cap.* 19.

32 Nonnunquàm * ex maturô, & feraciori materni seminis, & sanguinis temperamento continget, quæ, quia tunc virili semini prævaluere, agentis munus exercentia, fœtum efformarunt ingenio, & constitutione similē. Huartus *Cap. 21. Fol. 401.* ex Hippocrate *Lib. de Genit.* Lucretius *Lib. 4. de Rer. Nat.*

Sempèr enim partus duplici de semine constat,
Atque vtri simile est magis id, quodcunque creatur
Eius habet plus parte æquâ, quod cernere possis,
Sive virûm soboles, sive est muliebris origo.

Sequuntur ex nostris Tiraquellus *Leg. Connub. Gloss. 1. Part. 7. Num. 52.* Lara *de Vit. hom. Cap 1. Num. 30.* Pacianus *de Probat. Lib. 2. Cap. 13. Num. 59.* Carranza *de Part. Cap. 20. Quæst. 5. Num. 58.* Torreblanca *de Iur. spirit. Lib. 5. Cap. 2. Num. 9.* Indè pueros matrizare solere ait. Ioannes Faber *in Rubr. Inst. de Nupt.* Et in Heautontimorum. apud Terentium *Act. 5. Scen. 3.* in matrem nati mores referebat Chremes.

Sed quod magis credendum siet,
Quòd est consimilis moribus.
Facilè convinces ex te natum, nam tui similis est probè:
Tum prætereà talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Ex quibus munimen accrescit (vt id quoque diverticuli libem)
33 * sententiæ communi, mihi certæ; vtrumque sexum generationi contribuere. Quod necessarium esse tenent Hippocrates *de Diæt. Lib. 1.* Galenus *Lib. 1. de Semin. Cap. 7.* Avicena *Fen. 20. Lib. 3. Tract. 2. Cap. 44.* & alij collati per Robles *de Repræsent. Lib. 1. Capit. 7. Num. 22.* Pichardus *Disput. de Nobil. commun. int. vir. & vxor. Num. 90.* Canonherius *in Aphor. Hippocr.*

Lib. 1. *Aph.* 1. *Pagin.* 427. & *Lib.* 2. *Aph.* 9. *Pagin.* 648. *Tom.* 1. Amaya *in L. Nati* 29. *Numer.* 9. *C. de Decurion.*
34 ★ Hacque naturali ratione Blasius Robles ait, inductũ fuisse Iustinianum, vt tam ex fœminis descendentibus, §. *Fin. Inst. de Hæred. quæ ab intest. def.* quàm ex emancipatis maribus *Nov.* 118. *Cap.* 1. repræsentationis ius
35 concederet; ★ cùm defectus patriæ potestatis subvertere non valeat, quæ naturalis Iuris existunt, §. *Emancipati Inst. de Hæred. quæ ab intest. defer. L. Ius agnationis* 34. *ff. de Pact. L. Iura sanguinis* 8. *ff. de Reg. Iur.*

36 Alijs ★ adhùc de causis, quàm traditæ sunt, fœtus torpescere potest, quem infatuare sufficit in alvo læsio, quævis ibi contusio recepta, aut quodvis ex similibus accidẽtibus nocumentis, queis sub initia est obnoxia natura.

37 Lac etiam ★ nutritium crassum, rusticum, aliave
38 intemperie insyncerum. ★ Cuius proprietates infantibus instillari, latè Tiraquellus *de Nobil. Cap.* 20. *Num.* 86. ex Phavorino *in Noct. Attic. Agellij Lib.* 12. *Cap.* 1. Gregorius *in L.* 3. *Tit.* 7. *Part.* 2. *Verb. Del ama*, Acacius *de Privil. parent. & liber. Priv.* 7. *Cap.* 3. *Num.* 2. Contzenus *Polit. Lib.* 4. *à Cap.* 1. Mariana *de Reg. & Reg. Instit. Lib.* 2. *Cap.* 2. Redinus, & Belluga *vbi sup.* Ignatius del Villar *in Sylv. resp. Lib.* 1. *Resp.* 12. *Num.* 45. Phæbus *Decis.* 169. *Num.* 6. *Libr.* 2. ★ Non enim à feminis
39 naturâ multum lac distat, sanguis videlicèt discoctus, alter in mammillis, alter in papillis. Vide Macrobium *Saturn. Lib.* 5. *Cap.* 11. Scitissimeque Poëta Caucasi geniturae lacteum coæquavit nutrimentum 4. *Æneid. Vers.* 365. Vt ex Scaligero animadvertit Cerda.

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus *auctor*
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaque admorunt pectora tigres,


In-

Interdùm nullâ casûs iniuriâ tacti, liberi nascun-
tur indemnes, paternęque prudentiæ non modò semi-
na pulchra mente gerunt; sed & pueritia respondet in
40 optimæ indolis flores explicata. * Iāque dū expectatos
fructus prodire oportebat, opportunę educationis defe
ctus, totā avitam ingenij gazam depopulatur. Ingeniū
corrumpi, sylvescere, incultum filium durescere in in-
sensatum. Quorum omnium paterna scientia extat o-
41 rigo, non nutritius, non perversor. * Rem filij Cicero-
nis exemplo demonstrabo. Qui cùm adolescentię ortū
plurimo armorum, & literarum specimine colorasset,
seque in spem dignissimam, & alios erexisset: Athenis
versans in præceptorem Gorgiam incidit, â quô ad lu-
xum, & compotationes manuductus, memoriam dele
vit, animum deformavit. Tantus denique pervasit ig-
norantiâ, & vitæ sordibus, quātus pater moribus, & sa
pientiâ, vt meritò in degenerum albū relatus fuerit. Vi
de omninò Maioragium *in Dial. Cicer de Part. Orat.* &
Fabricium Marcoduranum *in Histor. Cicer. Ann. Vrb.
DCCX. Cicer. LXIV.* ex Plutarcho, Bruto, & Cicerone
patre comprobantes, quantū & ingenio, & armis ab ini
tio præluxerit. Id verò exempli pro mille sit: cui vni eò
institi, quò frequentiùs eodem inculcato, Auctores ad-
versi, vulgusque nobis nauseam movent, quasi patris la
boribus, & claritudine, non Gorgiæ voluptatibus, & vi
tæ tenebris, ab expectatione stirpis exciderit. *Acuunt* (in
quit Tertullianus *Lib. de Anim. Cap. 20.*) *doctrina, discipli
na, artes, & experientia, negotia, studia: obtundunt inscitia,
ignavia, desidia, libidines, inexperiētia, otia, vitia.* Contesta
tur Stephanus Guazzus *nel Lib. 3. della Civil. Conversat.
Quindi è che molti di tardo ingegno sono con lungo è faticoso
studio divenuti pronti, & altri, che dalle fascie portarono l' a-
cutezza dell' ingegno, si sono con processo di tempo, ò per l' o
cio, o per la crapula, ò per altro accidente rintuzzatisi, è fati
languidi.* Vt enim cicatrix cute ipsâ durior fit, sic edu-

catio nâturâ fortior, & potẽtior. Plutarchus *de Lib.edu cand.* Iacobus Tapia *de Tripl.Bon.Lib.2.Pag.*172. VVestonus *in Theat.vit.civ.Li.1.Cap.15.cũ seqq.* Giphanius *in Pol.Arist.Lib.7.Ca.7.* Menchaca *Contr.illust.in Praef. N.2.* Remirez *de Leg.Reg.§.29.N.17.* Mariana *de Reg. & Reg.Inst.Lib.2.Cap.1.* F.Gregorius de Alfaro *de Rep. Cap.29.* Schombornerus *Pol.Lib.1.Cap.8.* & pluribus alijs Solorzanus *de Ind.Gubern.Lib.1.Cap.26.à Num. 64.*

Quod siquandò in contrariam partem foetus aberret, scilicet à mentecapto parẽte scitus exurgat, * eveniet forsitã, ex vi cõsentaneę, subtilisque alimoniæ, die-
42 bus aliquot ante coniugale opus cõtinuatę: vndè nobilitatô genitivo humore sapientem procreabit stolidus, & Boeothicus (quod & à contrario in diserto generãte dici posset) Tum hùc reducere est quascunque causas pro partu in deterius à parente delirante adhibuimus: Sive ex nutritivo lacte defoecatiori, politiorique: Sive ex amicâ quadam syderum positurâ, sive reliquis. Quin pretiosissimæ supellectilis ingenij originem sibi arroget mentis inops genitor; qui quantum suæ potestatis fuit, pingue cerebrũ ingenerabat, ni felix interfuisset error fortunæ. Quod si vividiorem progeniem in lucem tradidit, suum ipsum genium non transmisisse in aperto est.






CAP. XVI.

Argumentis contra prolis doctorum ingenia fit satis.

SVMMARIVM.

1. *Intento generantis impetu non prodeunt ingeniosiores.*
2. *Generatio ad vegetãs spectat non ad intelligẽs, & Num. 10.*
3. *Venus haud finis coniugij.*
4. *Indè nascuntur deteriores.*
5. *Et stultiores primogenitis.*
6. *Alia ratio.*
7. *Doctorum in actu distractio inverisimilis.*
8. *Vt fœminarum.*
9. *Nec data immutaret fœtum.*
11. *Spiritus seminis incapax.*
12. *Studio immoderato infirmatur vegetativa. Et Num. 19.*
13. *Ingenium domò pellitur.*
14. *Doctorum gravitas tristitia dicitur.*
15. *Hæc ab studio pertinaci.*
16. *Quô feriatô discutitur.*
17. *Melancholici venerei.*
18. *Rustici plures ingeniosi.*
20. *Optimo corporis habitu generationi vacandum.*
21. *Paucos ob eventus doctorum proli detrahitur.*
22. *Exemplis non statuitur regula.*
23. *Nec opinio experientià quadam.*
24. *Dissimilis parenti monstrum.*
25. *Crebra iuxta naturam.*

26. *Semen ex toto corpore.*
27. *Aut ex cerebro.*
28. *Huius Partis clausula.*



HVC adusque nostræ sententiæ fundamina constituimus, dituamus adversæ. Quod primum obversabatur ex Alexandro Aphrodisæo, falsò nititur opinamento: ★ de stultorum intentâ maritali
1 actui cogitatione, ideoque ad perficiendam prolis mentem valiturâ, & in sapientibus à contrario. Etenim, vt sat rectè convincit Huartus *Cap. 19. & 21.* obiurgandi sunt prisci philosophi, tam futilis sententiæ sectatores, vt quod generantis est, cogitanti tribuerint: quasi genitalem vim in capite inscij habeant, & quod fabulosa vix Iovi concessit antiquitas, illiteratis debeatur; quasive mentalis, ac corporea, eadem sit concipiendi ratio. Hæc de imaginatione igitur opinio imaginaria est: ★ certumque ab eâ omninò distingui genitivam po
2 tentiam: Quæ ideò in perficiendo propria munia per se, & immediatè phantasiæ legibus non vincitur, vt nec nutritiva, cæteræve facultates. Et nisi parens idiota genitali humore, aliundè aptô, & valenti exuberasset, nil vtilitatis genito adferret; quantocunque conatu, intentione, equinoque impetu, operi incubuisset. Quodsi ad altiores causas, ad moralia scilicet instituta posset appellari; Alexandri problema retorquerem in ipsum ego. ★ Nam cæcus ille belluini hominis con-
3 gressus, qui solùm ad pascendam corruit libidinem, ab instituto matrimonij exorbitat, quod *propter liberos, non propter voluptatem esse debet*, vt Clemens Alexandrinus 2. *Stromat.* Theologi communiter, Canonistæ, & Expositores *in Tobiam.* ★ Adeoque
4 deteriores, viliores, hebetioresque filij solent pro-
5 tuberare ★. Indè tardiores primogenitos, à iunio-

ri-

ribusque fratribus ingenio, decoribus, & virtutibus sæpiusculè vinci (vt populi vox est) tradit Simancas de *Primogen. Hispan. Lib. 3. Cap. 4.* Nempe, quia non tam prolis, quàm maritæ amore feruntur sponsi recentes; processu verò temporis, intepente libidinis æstu, cùm parentum etiam ætas deferbuit, annique accessere pru-
6 dentes, filij reliqui potiores producuntur. * Quod aliam ex naturâ ipsâ rationem suggerit. Iuniorum nempè semen humidissimum esse, quod temporearefit, ideoque primogeniti humidum illum geniture haurientes virorem, ingenio claudicant, prævalentis nanque humoris temperamento torpescit mens. Huartus *Cap. 19. Exam. in fin.*

7 Quod Alexander aiebat: * Sapientes actu in ipso, aliò cogitationis trahi, ne tum quidem à contemplatione avulsos, ideoque consentaneæ geniture inermes: Sanè iocari credo. Est enim inverisimillimum breviusculâ maritalis voluptatis capedine, mentem ad phi-
8 losophiam peregrinari. * Quò etiam argumento refellunt nostri Alciatus, Corasius, Syltmanus, Albericus, Belvisius apud Iosephum de Rusticis *ad L. Cum avus*, *Lib. 4. Cap. 9. Num. 9.* & Gratianum *Discep. foren. Cap. 567. Num. 57.* sententiam illam acceptiorem aliquandò: Fœminæ cogitatum tempore operationis venereæ alijs, quàm genitoribus similem partum insculpere. Nec enim tale quid cogitatûs illâ temporis particulâ, interesse, seriò est credere: * Nec adhùc datâ ve-
9 hementi imaginatione, indè posse fœtum immutari, verisimium constat, fuseque, vt innumeros prætercam probat Torreblanca *de Iur. spirit. Lib. 5. Cap. 3. per tot.* *
10 Quod indè oritur, vt innui; nam generatio ad vegetativam, non ad intellectivam spectat facultatem. Estque indubium ex Aristotele *Lib. 2. de Anim.* Torreblan-
11 ca nuperus *Cap. 2. Num. 9.* * Quapropter, hic Author ait; Spiritus corporis expers nequit verè generativum

se-

femen elaborare:quæ functio quippe vegetanti corpori propria est, naturali calore incoquenti alimenta, in spermaque transmutanti, pro quo *ibidèm* Galeno teste vtitur *de Gener.ani.Cap.* 18. & 19. Franciscoque Vallesio *de Sacr. Philosoph. Cap.* 13.

Nec obstat secundum in Bellugæ verbis argumen-
12 tum, quæ tantummodò * verum habent in vno, aut altero studioso, qui facilis, & aperti ingenij defectum laboribus implere conatur; inediâ, lucubrationibus, & omni solicitudinis genere pertinax, grande sophòs amat audire. In eoque sponte fatebor, vires accidi, digestivam virtutem frigescere, cæterasque huius sequaces in senium emarcere. Quâ ille habitudine, si nullâ naturæ refectione prçhabitâ, vxorem ineat imprudens, liberos educet, quales intemperata generatio præstare solet, stolidos, & mentis egenos. Hoc autem cur potiùs literarum peccatum dicendum sit, quàm alterius cuiusque artis, aut muneris, quorum omnium immodico studio, absque corporis curâ suscepto, ęgrescunt auctores? Quamobrèm in re nostrâ sterilis, & imperfectæ generationis labes, non viro docto, vt docto, sed vt imprudenti, incauto, & parùm ingenioso inurenda est. Quod si quispiam, se id nocumenti ex studijs expertum queratur; innumeri alij sunt, qui tam felicibus fruuntur ingenijs, vt minimè repudiatâ Minervâ, aut situ codicibus permissis inolescere, imò laudabilissimè in literario commercio versantes, se tamen carneos esse meminerunt. Corporis fovent vires, otio moderato intexentes exercitium, optimis cibis tuentur, & aptissimâ vivendi methodo adaugent; ac dum menti corpus suavi vinculo maritant, simùl conservare queunt, & speciem, & individuum. De hôc ergo sapientum genere sermo nosterprocessit. Quô moderamine studijs inhærendum docent Valerius *Libr.7. Cap.8. de Otio laudat.* Bernhardinus Realinus *in Annot. Capit. 3. Thesaur.*

crit.

*crit.Tom.*2.Didacus Perez *in L.*1.*Tit.*10.*lib.*1.*Ordin.* Ingeniosè Cavatius *in Ocul.Reip.sive de Perfect.Iudic.Capit.*3.*à Num.*2.*& Cap.*6.*à Num.*121. Amaya *Observ. Iur.Lib.*3.*Cap.*5.*à Num.*64. Turturetus *de Nobil.gen-*
13 *til.Lib.*3.*Cap.*10.* Ne ingenium vehemens è corporis domicilio expellatur; tanquàm inquilinus conductum habitaculũ divexans, vt loquitur Stephanus Forcatulus *in Libell. Relat.Grat.Henr.*3.*Franc.Lib.*3.*ad Iniur.recept.des.Pag.*88.

Tertia illa probatio de doctorum tristitiâ attenuâti, corrodenti, gignendoque contrariâ, levior est dirutu.
14 * Etenim quæ in eorum vultu comparet, neutiquàm est vlla animi passio nocens, sed frequentiùs è quadam effluit animi, & morum tranquillitate, & altâ rerum contemplatione, quæ interis primùm, deìn exteræ figuræ pondus addit. Non illi, vt laticum inopes rivuli, ridenti levitate salientes hilarem crispant superficiem, sed profundi ad instar fluminis, tacenti cursu, obscuraque aquarum facie, per immensum alveum grandioribus fluctibus incedunt. Ita quidem vt ex ingenio dignitatem augeant. *L. Observandum* 19.*ff.de Offic.Præsid.L.*1.*vbi* Glossa *ff.de Postul.* Cavatius *in Ocul. Reip.sive de Perfect.Iudic.Cap.*4.*Num.*32. Hæc, non alia est virorum eiusmodi tristitia, censoriam quorum auctoritatem eô nomine non vulgus modò appellitat, sed apud probatos auctores, eodem donatam invenio. *Cicero* 6. *Verr. Iudex tristis, & integer.* Capitolinus *in Maxim. Fuit cibi avidus, vini parcissimus, ad rem veneream nimis rarus, domi, forisque semper severus, ita vt & tristis cognomen acciperet.* Vulcatius de Cassio: *Hæc epistola eius indicat, quàm severus, & quàm tristis futurus fuerit Imperator.* Et Tacitus quomodò eâ mœstitiæ specie Magistratibus vtendum sit, ab Agricolâ docens: *Vbi conventus* (inquit) *ac iudicia poscerent, gravis, intentus, severus, & sæpiùs misericors. Vbi officio satisfactum, non vltrà potestatis*

persona, tristitiam, & arrogantiam, & avaritiam exuerat.
in Vit. Cap. 9. Marcellus Donatus *ad eund. Lib. 13. An-*
15 *nal. Cap. 4.* * Quòd si tristitia studij perennis contuma
ciâ generetur; vt docet Hieronymus Cardanus apud
Scaligerum *de Subtilit. Exercitat.* 274. Horatius Lu-
cius *de Privileg. Scholar. in Præfat. Num. 20.* * Prudenti
16 otio, & honestâ animi remisione, aut relaxatione dis-
cutitur. Seneca *in Prol. Libr. 1. Declamat. Omnibus pro-*
dest subindè animum relaxare: excitatur enim otio vigor; &
omnis tristitia, quæ continuatione pertinacis studij adduci-
tur, feriâ, atque hilaritate discutitur. Cælius Rhodiginus
Lect. Antiq. Lib. 6. Cap. 23. * Quod si sapientes verâ la
borare melancholiâ gratis argumento donarem, indè
17 tamen cur venereis inhabiles dicerentur? cùm potiùs
Aristoteles contrarium docuerit *Problemat. Section. 30.*
Quæst. 1.

Minùs oberit obiectio quarta, de rusticanis filijs se
lucidissimè in literis probantibus. * Eorum quippe pa-
18 rentes (quod responderi promptum est) naturâ inge-
niosi fuerint, ab eaque adfabrè ad literas temperati.
Qui si, vtì se ruri excolendo dedère, disciplinâ fuissent
exculti, quicquid liberis evenire cernitur, ipsis evenis-
set. Et quidem paganis habitu, & munere plura inge-
nia operiri sublimia; sub illoque cortice plures gene-
rosas plantas delitere, quæ cùm trunci videantur, aliàs
tamen tractatæ, vtilissimos sapientiæ fructus ferrent,
quis inficiabitur? Modò rudi librô excorticatæ, ad po-
litiores libros transferrentur. Plinius *Lib. 7. Epistol. 25.*
ad Ruf. Sunt enim (ait) *vt in castris, sic etiam in literis no-*
stris plures cultu pagano, quos cinctos, & armatos, & qui-
dem ardentissimo ingenio, diligentiùs scrutatus invenies. Be-
roaldus *ad id Apuleij Lib. 7. Metamorph. Neve de pan-*
nulis istis virtutes meas æstimetis. Quid ergo mirandum si
horum propago, vbi Musis datur comenda, mentis
ostentet acumen? Quod potiùs in sententiæ nostræ tu

tamen obvertitur; cùm paternum ingenium, quam-
vìs incultum, & omninò exercitamenti penuriâ ſopi-
tum, in liberos non potuerit non tranſilire. Si verò ad-
hùc parens ingenio caſſus fuerit, diſsimilitudo gnati
in aliquod eorum referetur, quæ *præc. Cap. in fin.* ſuggeſ-
ſimus, minimè verò in genitorem.

Ad extremũ, contrariæque opinionis Achillem, con-
tendentem præcipuo ſuperiorum potentiarum vſu,
eas, quæ vegetanti parti animę inſerviunt, viribus de-
19 fici. * Fateor ingenuè quoſcunque immodicè, fervo-
reque imprudenti ſpiritualis vitæ functiones haurire
velint, ſummoperè impediri, quò minùs corporeis fa-
ciant ſatis, præſertìm digeſtivæ, & conſequentèr gene-
ratrici. Quarè ſi quis eiuſmodi flagellatis potentijs Ve-
neri daret operam, veroſimile habeo non niſi fœmel-
lam eliciturum, aut ſi cederet res ſecundiùs; imbecil-
lum, tepidiuſculæque mentis maſculum. Redinus de
Maieſt. Princip. ad illud: Et Princeps Romanus, Num. 16.
20 Et ſubindè iuxta Platonis diſciplinam *6. de Legib.* *
per hoc maximè tempus, qui de procreando agit, eam
curam adhibeat, oportet, ne bona corporis crucietur
conſtitutio, malæque vocentur affectiones, vt penitùs
deteriora progignat. Videndus Thomas Bozius *de Rui.
gent. & regn. Lib.* 1. *Cap.* 11. & Mariana *de Reg. & Reg. In
ſtit. Lib.* 2. *Cap.* 1. In præſentiâ verò quorundam potiùs
imprudentium, quàm doctorum, ſuimet oblivionem,
& incurioſa coniugia non propugnamus: Sed ſapien-
tium, quantum ex ſe eſt, fœcundæ genituræ tempe-
21 riem. * Crediderim tamen hæc quandoquè à doctiori-
bus inſupèr habita: quod & fœtùs ruditas propalavit,
& in faciles vulgi cogitatus incidens, anſam præbuit;
vt hæc, de filiorum ſtultitiâ, perſuaſio, literarios vi-
ros vniversìm comprehenderit; nonnullis tantùm evẽ-
22 tibus ſuffulta, * vt ſi horum pauci regulam poſſent cõ-
23 ſtituere, * aut opinio ex quadã oriretur experientiâ. Ca-

non

nonherius *in Prolegom. ad Aphor. Hippocr. Pag.* 43. *Tom.* 1. Aut rationi prævalerent exempla *Cap. Fin. Dist.* 9. Vndè id patet, quòd eiusmodi malè audire ortos è literatis, ex plebeiâ quadam, & vulgari admiratione, potiùs quàm ex prudentum maturâ, & exactâ æstimatione rerum, promanat. Etenim minimè solet fieri mirũ, quod argutæ mentis plures â similibus genitoribus proveniant. Quarè si decem inter fratres, ingenio paterno conspicuos, vnus rudior oboriatur, is admirationis est tota seges; de cæteris nil mirabile, nec animadversione dignum occurrit. Nulli enim non sedet naturæ axioma, filios similes genitoribus: Sin verò aliquandò, ab al

24 vo solitâ cursus iste deflectat, ★ miramur oppidò, scilicèt velut monstrum. Nam *qui suis parentibus similis non est, monstrum quodammodò est*: Inquit Aristoteles *Libr.* 4. *de Gener. anim. Cap.* 3. At quòd ex barbaris ingenijs similia nascantur, ideò nobis admirationem non excitant, nec imò animũ advertunt; ★nam quæ magnâ ex parte

25 fiunt, ea maximè secundum naturam sunt. Aristoteles *ibid. Lib.* 1. *Cap.* 19.


Hic aliquis, cui adhùc mens incomposita, forsàn resiliet, accusans sic difficultatem diverti potiùs, quàm dissolvi, & instabit. Si nimius, vt fatemur, scientiarum vsus, corpus perdit; studiosum exercitium ex feres erit generationi noxia: Ergo si docti viri magis hisce studijs deduntur, minùs aptâ pollebunt geniturâ, & minùs ingeniosâ. quàm cæteri. Huic tamen instantiæ ire obviã non est arduum, iuxta duas de seminis derivatione sententias, quarum alterutram sequi non aggravor. ★Alte

26 ra est Hippocratis, Censorini, Avicennæ, Alberti Magni, Gentilis Fulgosij, aliorumque apud Tiraquellum *Leg. Connub. Gloss.* 1. *Par.* 15. *Num.* 10. Semen ab omnibus, & singulis corporis partibus provenire. Quâ in sententiâ, licèt humoris â suis quæque membris veniẽtes particulæ, similia fœtûs membra deforment; at saltèm

id quod de cerebro labitur, eius qualitatibus intinctum, non absimile cerebrum infanti efficiet. Quòd si studiorum lues certos artus infecit parenti, ijsdem afflicta nascetur proles: attamen quæ in cerebrum coagulantur, nobilem ingenio servabunt tẽperaturam: hæc etenim aliarum partium debilitati non contradicit. Sicut parens ipse, debili, vt vult adversarius, stomacho, cæterisque corporeis virtutibus, ingenij tamen temperamentum non amisit. Et hìc, ni fallor, quidquid opinio contraria plerunquè machinatur, illidi potest non grandi negotio; cùm de infirmitate communicatâ, ægrè ostendetur, mentis potiùs organis, queis generans
27 non laborabat, quàm alijs membris nocituram. ⁎Altera circa semen sententia, apud Tiraquellum eundem, *vbi proximè á Num.* 33. latè, digneque digesta, gravique auctorum comitante cœtu, totam seminis vim ex cerebro descendere tuetur: iuxtaque hunc paritèr sentiendi modum, dicta æquè consistunt: Cùm certa illa cerebri habitudo bona, vividaque acris, & generosa rationalium organûm conditio, á decidenti semine nequeat non imbibi.

Hæc habui dicere pro sapientum sobole á vulgari opinione vendicandâ. Quæ si faustâ alite solvi, planiori iure (vt cum anteactis hæc refuam) de militarium genitis evici, parentum bellicam indolem præselaturos; indeque sapientèr á Constantino accersitos indiscriminatìm. ⁎Vndè si hucusquè operis dissertata recapitu-
28 les, facilè inveneris, omnia in filiorum merita confluere: Vndè pręsumenda, desperanda, admittenda, comparanda. Quid denique probè, aut pravè instructos, ad paternos honores invitet, aut deterreat. Iam verò dignos quid eidem præmio, expediat, & inducat, disceptabo. Primæ igitur Legi nostræ, pro captu, & argumenti tatione satis videor scripsisse: satìs officialium liberos lancinasse, probatis opitulemur æquum est. Eis vtique

post censorium examen constituatur census; & quos scrutinij severitas divexavit, honesta merces meritos decôret. Id in operis iamiam sequenti Parte aggredior, dum tertiam nostri Tituli Legem colam. Tertiam, inquam; nam in secundâ tempus ponere supervacaneum fore palàm est, ad quam sufficiunt equidem in secundô, & tertiô Rubricæ capitibus peracta. Etenim ne alienis ordine, modò prehenderer, vt præmonui, omnia eiusmodi impedimenta in Rubr. reposui.



D. HIERONYMI ALTAMIRANI.

In L. III. C. de Filiis Officialium Militarium qui in bello moriuntur, Tit. 48. Lib. 12.

COMMENTARIVS, SEV DE MVNERIBVS CONTINVANDIS IN FILIOS RECORDATIONE PARENTVM.

TRACTATVS PARS POSTERIOR.

IN QVA DE FILIORVM REMVNERATIONE.

TENOR LEGIS.

Si quis quocunque modo militans in bello moriatur, filius eius, si vnus sit, vel ex multis maior natu, statim in locum eius succedat, & easdem annonas accipiat; si pater vsque ad Biarchi

dun-

duntaxàt gradum pervenerit. Quòd si altiorem obtinuerit (veluti Ducenarij, aut Centenarij) filius eius fiet tantummodò Biarchus. Manifestum est autem, maiorem natu, in quem eiusmodi solatium confertur, fratrum suorũ curam habiturum.



N Legem ingredi per ipsammet vrget opus, cùm ansis, queis prehendatur appareat mutila; cùm, inquam, Epigraphe, & Subscriptione careat. Ne itaque sermonem præcursorem desideres, quem materies defecit, nõ animus. Sed ne dissimulẽ, non valdè doleo necessitate solvi scribendi textûs genealogiam. Alius in præsentiâ eius progenitores divinaret; vt aliàs non raro atavorum investigatio divinatoria esse solet. Sed de hàc functione ariolari, extra normam visum mihi: neque enim mathematicus vllus divinat, nisi cuius natalem diem prænorit, & Lex ista, nec annum ostendit. Enimverò maximus ille orbis helluo tempus, nostram etiam constitutionem mordicaverat, imò iam oblivione conditam prorsùs deglutiebat; ni eruditissimus Iuris vindex interfuisset Cuiacius, qui eam, â vetustatis faucibus ereptam, latinitate donavit. Quâ scilicet deficiente, frustrà esset illud Tituli: *Qui in bellô moriuntur*. Cùm autem primùm Lex emersit rediviva, corpore quanvis illibatô, calva tamen apparuit, & pede nudô. Non tamen ideo decolor, aut invenusta, non vi, aut maiestate deperditâ. Verticis quidem, & vestigij ornatum tempora detraxere, non sic pondus, authoritatem.

Quan-

Quanquàm enim Legislatorem non exprimentia rescripta invalida dicantur ex Text. *in Novel. 47. Vt nom. Imp. præpon. docum.* cùm non detur notitia legem iubentis. Dominicus Tassonus *in Pragm. de Antef. Vers. 1. Observ. 1. Num. 66.* Nullaque sit auctoritas, quæ prõptam subditorum obedientiam evincat, iuxta ea, quæ affert Ærodius *Rer. Iudicat. Lib. 2. Tit. 8. Cap. 6.* Quanquàm etiam dies non adscriptus, vel Consul robur sint ablaturi ex Text. *in L. Siqua 4. C. de Diversf. Rescript.* Quod in edictis, & constitutionibus obtinet. *L. 1. C. Theod. de Constitution. Siqua* (inquit) *post hac, edicta, sive constitutiones, sine die, & Consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.* Donellus *Lib. 1. Comm. Cap. 9. vbi* Osualdus *Lit. G.* Cavalinus *Milleloq. 754. Part. 2.* Publicorum instrumentorum exemplo, quæ nil probant, nisi diem, mensem, & annum signatum præferant, *L. Generali 3. C. de Tabul. Libr. 10.* Baldus, & alij *in* L. *Siquis 6. §. Si initium, ff. de Edend.* Barbacia *in Rubr. extra de Fid. instrument.* Fontanella *de Pact. nuptial. Clausul. 1.* Mageros *de Advocat. Arm. Cap. 14. á Num. 41.* Secùs si privata sint, vt multis probat Valenzuela *Consil. 21. Nu. 67.* aut vetusta. Menochius *de Arbi. Cas. 187. Cent. 2. Num. 18.* Capycius Latro *Consult. 22. Nu. 11.*

Verùm prædicta ad Pandectarum leges non spectare; quis nescius est? Quicquid enim in Iuris corpus relatum invenitur, legem esse constat. Gutherius *de Offic. Dom. August. Libr. 1. Capit. 33.* Careat auctore; cùm ab Imperatore Iustiniano omnis ei auctoritas impertiatur *L. 1. §. Sed neque, C. de Veter. iur. enucl.* Careatve die, & Consule, ex Constit. *de Nov. C. Faciend. §. 2. & de Iustin. C. Confirm. §. 3.* Cuiacius *in Paratlit. ad Tit. C. de Diuers. Rescript.*

Ecce igitur sanctionem, quam ruinæ nobilitant, sacrà antiquitatis caligine venerandam, & stigmatis in bellò temporali acceptis insignem, eoque pretiosio

tem, amabilioremque, quò impensiùs recuperata diligimus, quàm pacificè semper possessa. Eius virtutem, vel indè noris; quòd cum tempore rerum omnium fortissimo, Regnorum, & Regum triumphatrice, confligendo, cassidè licèt, & ocreis amissis, victrix evasit. Oppugnavit acerrimè Legem potentissimus hostis, verum nec muro, sed moenijs duntaxàt, & suburbijs eversis discessit ab obsidione.

Porrò tantus est Legis nostræ valor (quò sic dixero) intrinsecus, vt quicquid ad pretium est, secum ferat, quanvis crepido, vel obliterata, vel nunquàm cussa compareat. Tantus naturalis æquitatis spiritus periodos illas intùs agit: tantam rationi obiectat symmetriam, tam decenti harmoniâ oculis consonat, auribus pulcrescit. Commendēt Leges alias interpretes, ab auctoribus; nostra verò suum potiùs auctorem commendaret. Hoc illa cassa est non indiga. Si quem Imperatorum potiùs amas, venēraris; illi Legem adopta. Providentèr nulli tributa constat, vt â se fortè natam glorientur omnes. Nulli quoque discernatur rescripta, vt nulli non Præsidi missa videatur, suâ cuique ditione executuro. Non vsquàm, non vnquàm data reperiatur, quæ nullis locô, aut tempore debet circunscribi. Cuius æquitatem, ego non levi ex parte arcanam hucusque, incipio revelare.



CA-

CAP. I.

Inter parentem, & filium munerum continuatio.

SVMMARIVM.

1. *Iure prohibita.*
2. *Vt in eadem persona.*
3. *Maiorem petit solemnitatem.*
4. *Magistratus idem nō iteratus, intra decennium.*
5. *Nec vltra annum gestus.*
6. *Pretorianis Provincijs annum, Consularibus biennium Cæsar præscripsit.*
7. *Ne superbirent Magistratus.*
8. *Segniores fierent.*
9. *Factiones alerent.*
10. *Pauciores munerarē tur, &c.*
11. *Gravius incommodat honorum temporalitas.*
12. *Queis periculosè pelluntur optimi.*
13. *Nequiores, quia noti, tolerabiles.*
14. *Roma tam brevibus rectoribus aucta, mirum.*
15. *Queis ægrè diuturna inchoantur, inchoata perficiuntur.*
16. *Diutiores expediunt monarchiæ.*
17. *Pravi abdicandi.*
18. *Nec vnquā regressuri.*
19. *Continuatorum officium causa.*
20. *Idonei alius defectus.*
21. *Cùm iuri necessitas non subiaceat.*
22. *Egregiè munus administratum.*



LARA est Legis sententia. Id paucis decernit. Siquis in Biarchiâ, alijsve inferioribus officijs constitutus, pro Rep. dimicans occiderit, in locum eius, in easdemque annonas filius subrogetur, si vnicus: sin plures, natu maximus, fratres cæteros curaturus. Id quod *in Rubr. Cap.* 4. *à Num.* 67. illustratū habes. Ibi de obitu bellico, præmijsque in sobolē repositis.

Cùm ergo constitutionis centrum sit idoneum filium, ob paterna merita, officiò paterno munerari: interpretis series, tunc numeris omnibus videbitur inculpabilis, si omnes dicendorum lineæ, illùc recta colliment. Quod vt præstem, duo præcipua esse moneo, ad quæ cætera tractanda reduco (nam aliundè præmiandos ineptos, & quò iure vti posśint petitores apti; appendices erunt) nempè remunerationis qualitatem, & causas. Primumque primò tradidero: priùs enim quid nam res sit, & qui se habeat, quàm cur ita se gerat, doctrinæ rectus ordo reposcit. Eiusmodi remunerationis natura, & quò ad substantiam (vt sic me aperiam) & quò ad accidentia evolvetur. Quò ad hæc pluribus privilegijs explicitis, per quæ filijs ad munus assumendis indulgetur: quò ad illam dum cardinalia, & essentialia elucidem privilegia, vt scilicet gnati alijs queiscunque ad paternos honores subeundos præferantur. Quorum continuatio illis permittirur, sive æqualem competitoribus aptitudinem præseferant, sive debiliorem. Et de continuatione primùm.

1 Etenim ✶ communitèr honorum inter patrem, & filium continuatio à Iure prohibetur, *L.* 1. *C. de Muner. & Honor. non cont. int. patr. & fil. Lib.* 10. *Vbi* Platea, &

Amaya, Petrus Gregorius *Lib.* 18. *Syntagmat. Cap.* 13.
Num. 27. Boërius *Decis.* 2. *Num.* 5. Avendañus *de Exe-
quen. Mandat. Lib.* 1. *Cap.* 19. *sub Num.* 23. & 24. *Vers.
Septimus casus est.* Galganetus *de Iur. publ. Lib.* 4. *Tit.* 47.
Num. 27. Matienzus *in Dialog. Rela. Dialog.* 3. *Cap.* 5.
Num. 7. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 1. *Cap.* 23. *à Nu-
mer.* 16. & *Cap.* 28. *Num.* 12. Brancalassus *in Philosoph.
Reg. Lib.* 22. *Decē Pradic. Cur. Cap.* 8. §. 2. Clapmarius
de Arcan. Rerump. Lib. 2. *Cap.* 12. Antonius Surgentus
in Neapoli Illustrat. Fol. 152. Et non vulgaris Auctor li-
teraturæ D. Petrus Salcedo *de Leg. Polit. Lib.* 2. *Cap.* 21
2 *Nu.* 15. * vt in eâdem quoque personâ *L. Honor* 14. §.
Gerendorum, ff. de Muner. & Honor. L. Divus 18. *ff. Ad
municipal. L. Sancimus* 12. *C. de Advocat.* 1. L. *Ex agen-
tibus* 4. *C. de Princip. agent. in reb. Lib.* 12. cum similibus
L. 12. *Tit.* 2. *Lib.* 7. *Ordin.* Cuiacius *in* D. L. *Divus, sub
Lib.* 1. *Quæst. Paul.* Ærodius *Rer. iudicat. Libr.* 9. *Tit.* 3.
Cap. 20. Mieres *ad Constitut. Cathalon. Part.* 2. *Collat.* 6.
Capit. 2. *à Num.* 4. Valenzuela *Cons.* 61. *Num.* 29. *cum
seqq.* Caputus *de Regim. Reip. Capit.* 12. *Num.* 5. * Vn-
3 de maiori solennitate reconfirmatio indiget. Cavalca-
nus *Decis.* 32. *Num.* 30. *Part.* 2. Molfesius *ad Consuet.
Neapolit. Part.* 1. *Cap.* 5. *Num.* 18. * Apud Romanosque
4 obtinuit magistratum eundem intra decennium capi
non licere, teste Livio *Lib.* 7. *Ca.* 42. & *Lib.* 10. *Cap.* 13. *
5 Nec vltra annum geri, per Legem Annariam. Alexan-
der ab Alexandro *Dier. Genial. Lib.* 4. *Capit.* 6. *vbi* Tira-
quellus. Et Livius *Lib.* 3. *Cap.* 21. refert SCtum: Magi-
gistratus in reliquum continuari cōtra Remp. esse. * Iu
6 lius quoque Cæsar sancitum voluit, ne annum Præto-
rianæ Proviciæ, biennium Consulares excederent. Ci-
cero *Philipp.* 1. Plutarchus *in Vit. illius.* Videndus Mar-
cellus Donatus *ad Lampridium in Alex. Sever.* & *ad Sue
tonium in August. Cap.* 36. Gruterus *ad Liv. Lib.* 1. *Cap.
Fin.* Tiraquellus *in L. Si vnquàm in Præf. Nu.* 24. Quin-

tilianus Mandosius *in Annal.casib. à Num.* 121. Aymarus Rivallius *in Hist. Iur. Civil. Num.* 73. Gratianus *Discept. for. Cap.* 184. *Num.* 9.

Admodùm munerum hanc diuturnitatem, & magistratuũ repetitionem exosa Roma fuit.
7 ★ Etenim frugis genus quoddam esse videtur potestas, quæ quò lõgiùs durat, redditur acerbior, Ideo moderatrices virgas in aliam, aliamque glebam voluerunt transferri, ne altas in imperio agentes radices, in superbiam germinarent, & insolentiam *L. 2. §. Et cùm placuisset, ff. de Orig. Iur.* Sed civiles nunquàm non, faciles, & humanos sese redderent, qui scirent anno, & potentiæ metam vnam definiri, scenaque peroratâ, personatis honoribus exuendos. *Eò modò* (ait Sallustius *de Coniur. Catilin*) *minimè posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.* Sic aptè Consulebat *Argen.* 3. Cleobulus Meleandro: *Hæc munera, si paucorum annorum faceres ò Rex, non illis coalesceret inveterata vis: nec cives brevissimo defunctu ros imperio præter fas amarent, aut timerent.* Vndè quemadmodùm ipsi privati posteà velint accipi, eâ æquitate privatos accipient. Iordanes *Lib. 1. de Rer. & Temp. Success in Fin. Quòd scientes se annis tantùm singulis praeesse in populò, erga alios agebant, qualitèr eos erga se acturos posteà*
8 *cupiebant.* ★ Vel ne consuetudine muneri segeniùs incũberent; nam, vt cæterorum vtensilium, sic animi vigor
9 in eodem cõtinuò rerum vsu veterascit. ★ Deindè quia eiusmodi imperij perseverantiâ faciliùs coalent factiones, duriusque dissipantur. *Id ipsum erat* (dixerat nupèr Cleobulus) *quò monebam infestari tuam pacem, & in te Proceres accingi, hic mos, inquam, in tam longum, & stabile imperium permittendi Provincias. Breviores magistratus non timebit Sicilia, & quantumvis angusti temporis commen*
10 *dabit ambitio.* ★ Neve facultas pluribus gratificandi decresceret. Pergit idem, *Tu quoque in plures liberalitatem divides, vacuis sæpè Provincijs, in quas alios, atque alios pro*

me-

meritis, temporibusque sufficies. Cassiodorus *Variar. Lib.* 7 *Epist.* 2. *Prudenter omnimodis inspexit Antiquitas, Provinciarum dignitates annuâ successione reparari; vt nec diuturnâ potestate vnus insolesceret, & multorũ provectus gaudia reperirent,* Quô facilè exularet favor, civiũque benevolẽtia. Quæ, aliaque in commoda expressere Livius *Lib.* 9. *Cap.* 34. & *Lib.* 31. *Cap.* 32. D. Thomas *de Regim. Princip. Lib.* 4. *Cap.* 7. & 8. Ærodius *Rer. iudicat.* Lib. 2. *Tit.* 9. *Cap.* 31. Lipsius *in Exemp. & Mon. polit. Libr.* 2. *Cap.* 9. *Mon.* 3. *Quæst. An Cur. perpet. ess. conven.* Amiratus *de Regn. Regisq. instit. Pagin.* 51. Brancalassus *in Philosoph. Reg. Lib.* 22. *Decẽ Prædicam. Cur. Cap.* 6. §. 4. Chokier *in Thesaur. Pol. Aphor. Lib.* 6. *Cap.* 7. *in Fin.* Incertus Auctor *en el Goviern. de Princip. Cap.* 6. Mariana *de Reg. & Reg. Institut. Lib.* 3. *Cap.* 1. *Pag.* 269. Eugenius Narbona *in Aphorism. ex Tacito, Aphorism.* 172. F. Gregorius Alfaro *in Tract. de Rep. Cap.* 34. Clapmarius *de Arcan. Rerump. Lib.* 2. *Cap.* 14. & 18. Marcus Mantua *Observ. Legal.* 62. *Lib.* 7. Cavatius *in Ocul. Reip. sive de Remed. cont. imped. iustit. Cap.* 4. *Num.* 34. Magerus *de Advoc. Arm. Cap.* 9. *Num.* 380. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 1. *Cap.* 23. Larrea *Alleg.* 70. *Num.* 1. Xammarius *de Offic. Iud. & Advoc. Par.* 1. *Quæst.* 24. *à Num.* 40.

11 Sed tamen *longè graviora ex munerum tempora
12 litate provenire compertum est. *Quippè optimus dif
13 ficilè pellitur: sin deterior obtingat, *esse notissimũ quodque malum maximè tolerabile,* Livius scripsit *Lib.* 23. *Capit.* 3. *in Fin.* Plura similia damna percurrit *Libr.* 9. *Cap.*
14 18. *miratus impendiò (& fortè nil in Romanis mirabilius) eam Remp. tam temporarijs magistratibus, tantum incrementi recepisse; de quà, rebusque Alexandri componens parallelos, ait: *Et quò sint mirabiliores, quàm Alexander, aut quisquam alius Rex; denos, vicenosque dies quidam Dictaturam, nemo plusquam annum; Consulatum gessit: ab Tribunis plebis delectus impediti sunt; post tempus*

ad bella ierunt: ante tempus comitiorum causâ revocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit annus. Collega nunc temeritas, nunc pravitas impedimento, aut damno fuit: malè gestis rebus alterius successum est: tyronem, aut malâ disciplinâ instructum exercitum acceperunt. ★ In quâ gubernandi
15 ratione, cum multa sint, sive opera, sive consilia, quæ non statìm, ac concepta sunt, Reip. prosunt, sed expectant maturitatem suam: ex quibus longioris spei consilijs, plerunquè solida regnorum salus consistit; hæc ægrè curanda suscipient breves rectores; quia illis operibus inchoandis labor est, vt plurimùm sumptuosus, eoque suis auctoribus ingratior, quòd non viriditatis, nedùm messis, ea ipsis voluptas est, quæ posteris olìm Præsidibus continget, non liberis, non amicis, non familiaribus, imò fortè ex ignotis, aut invisis. His ergo securitatis lætitiæ, opulentiæ fundamenta stabilire, magnis curis, si negligant, quis miretur? Timentes maximè ne, vt assolet, successor invidiâ fortè suâ, inchoatum opus efficiat inutile, quod prædecessori erit in decus instituisse, ipsi verò vt altori tantùm, & custodi alienæ sapientię inglorius sumptus accedet. Vndè, aliundeque plurima scaturientia damna derives, spatiosiùs videnda plures apud civiles disertos,
16 ★ ideò statuẽtes consultius esse monarchico moderamini perpetuis magistratibus vti. Lipsius *vbi sup.* Petrus Gregorius *de Rep. Lib. 4. Cap. 5. Num. 35.* Rebuffus *de Reg. Fran. Muner. Fol. 22. cum seqq.* Antonius Thesaurus *in Præfat. Decis. sub Num.* 37. Simancas *de Rep. Libr. 8. Cap. 36.* Besoldus *de Magistratib. & Censor. Cap. 2. Num. 5.* Clapmarius *de Arcan. Rerump. Libr. 2. Capit. 11. & 19.* Matthæus Lopez Bravo *de Reg. & Regen. Rat. Lib. 2. Pagin.* 46. Contzenus *Lib. 7. Pol. Cap. 10.* pluriumque conducens Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib. 4. Cap. 11. Numer. 40.*
17 ★ Qui si diutinâ potestate in elationem prævaricentur, & abusum, in prõptu medicina est; cur cesset

ab-

abdicatio? Extorqueantur ex immoderatis manibus arma nequitiæ, deturbentur é fastigio, *L. Si aliquid* 12. *C. de Suscept. & arcar. Lib.* 10. Petrus Gregorius *de Rep. Libr.* 22. *Cap.* 10. *Num.* 6. Antonius Capycius *Decis.* 121. *Num.* 17. Belluga *in Specul. Princip. Rubr.* 33. *Num.* 27. *& Rubr. & Num.* 35. *vbì* Borrellus, Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 6. *Num.* 355. Horatius Montanus *de Regalib. Offic. Numer.* 54. *&* 70. Solorzanus *de Indiar. Gu-*
18 *ber. Lib.* 4. *Cap.* 4. *Num.* 56. *Nec regressus ad Remp. illis in posterum concedendus. Ærodius *Rer. Iudic. Lib.* 10. *Tit.* 5. *Cap.* 8.

Veruntamen officia alioquì temporaria, duplici ex
19 causa (*præter eas quas adhibent Accursius *in L. Divus* 18. *ff. Ad municip* Cancerius *Variar. Resolut. Par.* 2. *Cap.* 2. *Num.* 277. Gratianus *vbì supr.*) maximè proro-
20 gari solent: *Vel idonei alterius, aut potioris subijciendi penuriâ *L. Vt gradatim* 11. §. *Quotiès*, L. *Honor* 14. §. *Fin.* §. *de Muner. & Honor. L.* 2. *C. Qui ætat. vel profess. Lib.* 10. Petrus Gregorius *Lib.* 18. *Syntagm. Capit.* 13. *Num.* 6. *&* 28. Natta *Cons.* 58. *Num.* 4. *Tom.* 1. Avendañus *de Exequend. Mandat.* 1. *Par. Capit. & Numer.* 19. Garcia *de Nobilit. Gloss.* 35. *Num.* 67. Ponte *de Potest. Proreg. Titul.* 2. §. 1. *Num.* 12. Rovitus *sup. Prag.* 2. *de Administrat. civit. Num.* 15. Novarius *Decis.* 37. *à Num.* 3. Staibanus Iunior *Resol. for.* 92. *Num.* 6. * Ne-
21 cessitas enim à regulis communis Iuris discedit, legibusque derogat, vt pluribus comprobat Camillus Gallinius *de V. S. Lib.* 10. *Cap.* 32.

22 Vel si *optimè meritus fuerit de Rep. Moderator singularique scientiâ, industriâ, & iudicio præditus, munus tractârit egregiè, L. *Liceat* 12. *C. de Assessorib. L.* 4. *C. de Princip. agent. in reb. Lib.* 12. Capiblancus *de Baronib. Pragm.* 5. *Num.* 130. Amaya *ad Titul. C. de Muner. & Honor. non cont. Num.* 18. Suarius de Mendoza *in Comment. ad L. Aquil. Lib.* 1. *Cap.* 2. *Sectio.* 5. *Numer.*

23 30. * Vt Q. Publilio, quòd Palæpolitanos obsedisset, omnium primo permissus est non interruptus Consulatus. Livius *Lib.*8.*Cap.*26, Necnon Q. Fabio ob domitam Etruriam. Livius idem *Lib.*9.*Cap.*4. alijsque Romanis Principibus ob egregiè administratam rem publicam.

24 Vt autem in eodem viro præcedentia merita, * sic paterna, vt inter parentem, liberosque munera continuentur, inducunt. Patetque; Tum ex hâc ipsâ L. nostrâ; Tum ex dictis *in* 9.*Cap.*1. *Part.* Fulvius Constantius *ad nost.Titul.à Num.*24.*ad* 32. *vbi* aliquos carpit huic paternorum munerum in filios continuationi aversos, inquiens: Principum benignitate, vniversique orbis consensu hanc politicam superstitionem explosam. Refert Solorzanus *de Indiar.Guber.Lib.* 2. *Cap.*30. *Numer.* 39. * Cuius rei exemplum elegantissimum
25 omniaque hoc capite agitata complexum præstitit apud Livium *Lib.*5.*Cap.*18. Calvus Licinius. Huic populus, moderationis expertæ in priore magistratu viro, Tribunatum militum Consulari potestate honore continuato, adversus præscripta instaurabant: Sed ætatis grandævus, effœtusque virium, P. Licinio filio decus illud refunderetur, oravit: rectæque propter administrationis memoriam concessere cives, tamquam idem esset in parentem, ac filium honores extendere, & quod nato præstabatur, patri prorogaretur. En quibus senes Tribus adoravit. *Omen Concordiæ. Quirites, rei maximè in hoc tempus vtilis, memoria nostri magistratûs, vos his comitijs petere in sequentem annum video: si & collegas eosdem reficitis, etiam vsu meliores factos; me iam non eundem, sed vmbram, nomenque P. Licinij relictum videtis. Vires corporis affectæ; sensus oculorum, atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtusus. En vobis*, inquit, *iuvenem*, filium tenens, *effigiem, atque imaginem eius, quem vos anteà Tribunum militum, ex plebe primum*

fe-

fecistis. Hunc ego institutum disciplinâ meâ, vicarium pro me Reip. do, dicoque. Vos quæso, Quirites, delatum mihi vltro honorem huic petenti, meisque pro eò adiectis precibus mandetis. Datum id petenti patri (prosequitur Livius) *filiusque eius Tribunus militum Consulari potestate declaratus.*

26 Facit * mirè Text. *in Cap.* 1. *Quemadmod. feud. ad filia. pertin. vbi* quanvis feudum ad filiam non transeat: Princeps tamen ob amorem, obsequia, meritaque patris, potest illud gnatæ traducere. Notat Fulgosius *Consf. 4. Columm. 1. ad Fin.* Parisius *Consf. 4. Num. 42. Lib.* 1. Petrus Barbosa *in L. Quia tale* 14. *Numer. 9. ff. Solut. matrim.* Matienzus *in L. 5. Titul. 10. Gloss. 3. Num. 7. Libr. 5. Recop.* Ex quibus id dicendorum iecerim fundamẽ munerum inter eiusmodi parẽtes, filiosque continuationem, Iure potiùs faveri, quàm rescindi.



CAP. II.

Filij cæteris paribus præferuntur.

SVMMARIVM.

1. *Sententiæ Authores.*
2. *Ratio Princeps naturæ coniunctio.*
3. *Eligendi fori privilegio filij potiuntur.*
4. *Ob industriam electus, nequit alium subrogare.*
5. *Absque impedimento necessario.*
6. *Nisi filium.*
7. *Quem nec alium Legatus potest.*
8 *Regiaque minister frui turus privilegijs.*
9. *Feudatario, Commen*

da-

dario per filios militare facilè permittitur.
10. *Ius bona genitorum concedit.*
11. *Fiscale prædium possidentis vltimi posteris.*
12. *Hi valent ad renovandam emphiteusim cōpellere dominum.*
13. *Iusque illud legare:*
14. *Nobiles ad munera præferendi.*
15. *Etiam Ecclesiastica.*
16. *Nam gentilia quoque merita ponderantur.*
17. *Virtuti duplici adstricti vinculo.*
18. *Castissimorum proles sacris prælata.*
19. *Vt Gallionis filia.*
20. *Nobilitas minùs militaribus præfecturis, quàm civilibus quærenda.*
21. *Inter pares gratificationi locus.*
22. *In dubijs pro filijs prælatione interpretandum.*



COMMVNI continuationis obice nati expediti, ad patrios honores, beneficæ patriæ memoriæ plausu, Iure ducente provolant. Sic enim ICtorum conspiratio voluit, vt inter plures candidatos æquâ omnes dignitate conspicuos; si horum vnus eò in munere parentem habuerit, præ cæteris perveniat ad optata. Quin id vnicum privilegium hìc agnoscunt modò referendi, vt cæteris aliundè paribus, præferatur filius: quô, nisi paternis, meritis suffragantibus, careret proculdubiò. Etenim æquis hìnc, indè certantium viribus, cui auxiliaris accedat patris optimi recordatio, accedet victoria, labantem primùm trahens eligentis animum. ★ Tutantur senten-
1 tiam Accursius *in L.* 1. *Nostr. Titul.* Glossa, & Baldus *in L. Iubemus* 3 *C. de Advocat.* 2. Fulgosius *in L. Nemini* 11. *C. de Advocat.* 1. Rebuffus *in L. Generali* 3. *C. de*

Tabular. Lib. 10. Martinus Laudensis *in Tractat. de Dignitat. Quæst.* 17. Hieronymus Cagnolus *in L. Cũ quid,* 4. *ff. Si cert. petat. Numer.* 50. Cassenæus *in Catalog. Glor. Mund. Part.* 7. *Quæst.* 45. Donellus *Lib.* 18. *Comm. Cap.* 3. Petrus de Gregorio *de Conces. feud. Part.* 1. *Quæst.* 4. *ibique* Mastrillus *Num.* 18. Paschalis *de Virib. patr. pot. Part.* 4. *Cap.* 4. *Num.* 43. Octavianus Vestrius *in Praxi Rom. Lib.* 2. *Titul. de Advocat. consistor.* Galganetus *de Iur. publ. Lib.* 4. *Titul.* 3. *Num.* 6. Pacianus *de Prob. Lib.* 2. *Cap.* 13. *Num.* 34. Sarmientus *Libr.* 3. *Select. Capit.* 7. *Num.* 1. & 3. Matienzus *in Dialog. Relat. Part.* 3. *Cap.* 5. *Num.* 7. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 1. *Cap.* 28. *Num.* 3. Fabius de Anna *Cons.* 137. *à Num.* 58. *Libr.* 2. Antonius Novarius *in Schol. ad Nostr. Titul.* Queis consentit Nicolaus Biesius *Libr.* 4. *de Republic. Si reliqua* (inquit) *paria sunt, virtus maiorum suam etiam dignitatem filijs affert. Nam & effecta suas causas, & filij parentes referre, & à bonis parentibus illi meliùs institui solent. Verùm oportet, vt ad reliquam nobilitatem vitæ integritas accedat.*

Huius aphorismi probationes, quæ in medium solent afferri, paucis excurram. (Nonnullę tamen indigniori etiam filio faventes postmodùm redibunt.) ⋆Prima
2 sit strictissima illa inter genitorem, & genitum naturæ coniunctio: imò Iuris identitas, cuius virtute vna, eademque persôna reputantur, *L. Fin. C. de Impuber. L.* 2. *Titul.* 5. *Partit.* 6. *vbi* Gregorius Lopez *& in L.* 7. *Titul.* 13. *Partit.* 6. optimè probat Vaconius *Libr.* 3. *Declarat. Iur. Declar.* 50. Latissimè Acacius *de Privileg. parent. & liber. Privil.* 3. *Cap.* 1. *per tot.* Magerus *de Advocat. Arm. Cap.* 13. *à Num.* 194. Valenzuela *Cons.* 95. *ex Num.* 69. Latè, & ad rem Maria Novarius *in Prax. elect. & var. fori, Quæst.* 9. *Sect.* 3. ⋆ Regulam firmans pri
3 vilegio potientium fori optionem, filios itidèm gaudere: de quô etiam ipse *Num.* 9. Matthæus Patiñus *Nu-*

mer.11.& Rovitus Num.46.omnes sup. Pragm. 11. de
Militib. D.Ioannes Franciscus Sanfelicius Tom.1.De-
cis. 21.Sed de non absimilibus privilegijs plura pluresq;
dabimus non pauca iura infr. cùm de meritorum tran-
situ Cap.13.Ex quà etiam generis vnitate provenit,*
4 vt actum, cui tua ipsius industria desideratur, propter
quam scilicet es electus, cùm per alium explicare non
liceat, Cap. Vltim. de Offic. Delegat. L. Inter artifices 31. ff.
de Solut. Purpuratus in L.1.ex Num.448.ff.de Offic.eius,
Giurba Cons.36.à Num.2. Fachineus Lib.1. Contro.70
à Num.35. Magerus de Advocat. Cap.9. Numer. 1060.
Gratianus Disceptat. Cap.521. Num.28. Marius Bur-
gius de Mod. proced. ex abrupt. Cap.68. Berlichius Part.
1. Conclus.8. de Secretar. Num.43. Latè Constantius, &
Amaya in L. Nullus 60. C. de Decurion. Valenzuela Co-
sil.135. Num.42.* Nisi adsit impedimentum necessa-
5 rium, Rovitus Sup. Pragmat.2. de Administra. & quòd ip-
6 sim. ser. Num.20.* Nihilominus tamen per filium ido-
neum possis explicare. Text. in L. Sciendum 4. ff. de Lega-
tion.* Vbi legati Vicarios alios dare nequeunt, nisi fi-
7 lios. Romanus in L.1. Nu.9. C. In ius vocat. vteant. Tira-
quellus in L. Si vnquàm in Præfat. Num.16. Zoannetus
de Empt. & Vendit. sub pacto retrov. in Princip. Num.15.
8 Carolus Paschalius de Legatò, Cap.31.* Vndè intulit
Didacus Perez in L.8. Titul.4. Lib.4. Ordin. Regiæ mi-
nistrum, si pro se filium imponat ministerio, satisdare
præscripto Legis 15. Titul.14. Lib.6. Recopilat. exigen-
tis personalem servientis industriam, vt immunitati-
bus in officij respectum indultis perfruatur.* Feudata-
9 rio etiam, & Commendatario excusationem obten-
dentibus ne castra sequantur, facile permissu in se ipsis
manere, in filijs militare, probat Solorzanus de Ind. Gu-
ber. Lib.2. Cap.23. Num.94.

10 Deindè * non leviter hùc confert nota illa legum
propensio, quà permotæ filijs largiuntur, quæ obtinue

re genitores. Vt in rem aiunt Ludovicus Romanus *Consil.* 22. *Num.* 5. *Vers. Quartò ad hoc optimè facit*, Caldas *de Renovat. Emphit. Quæst.* 8. *Num.* 5. D. Iosephus Vela *Iuris contr. Differ.* 13. *Numer.* 20. Faciunt *L. Si in emptionem* 36. *ff. de Minorib. L. Lex quæ tutores* 22. *C. de Adm. tut.* Tiraquellus *Retract.* 1. *Part. in Præfat. Num.* 34. Osualdus *ad Danellum Lib.* 21. *Comm. Cap.* 9. Valenzuela *Consil.* 18. *Num.* 112. Capycius Latro *Consul.* 35. *Num.* 61. *Lib.* 1. Athanasius Otoiza *Paralipom. Libr.* 3. *Capit.* 4. *Numer.* 25. cum innumeris: & illud Plauti *in Pænulo*:

Æquum est habere hunc bona, quæ possedit pater.

11 Vndè * fiscale prædium vltimi possidentis posteritati erogatur *L. Congruit* 4. *C. de Locat. præd. civ. vel fisc. Lib.* 11.

12 * Pariter finita per generationem emphiteusis, possessoris vltimi liberis debetur, adeoque cunctis antestant, vt iure dominum ad renovationem perficiendam compellere valeant. Tenent ex Bartulo doctrinæ antesignano permulti relati à Calda, & Vela *vbi suprà.*

13 * Adeoque ius illud ipsis inhæreat, vt & legare possint. Gama *Decis.* 41. *Num.* 4. Knichen *de Vestit. simult. Cap.* 1. *Num.* 281.

Tandem pro eodem dogmate vallando, ijs omnibus vti potes, ob quæ * nobiles paribus alioquin ad ho-

14 nores Reip. præfert acceptior opinio, ex Text. *in L. Nemini* 11. *C. de Advocat.* 1. *L.* 2. §. *Deindè cùm placuisset*, ibi: *Tum vt aliquos plures patres haberent ff. de Origin. Iur.* Cum alijs pluribus Tiraquellus *de Nobilitat. Capit.* 20. *à Num.* 1. Menchaca *Controv. Illustr. Libr.* 1. *Cap.* 25. *Numer.* 30. Borrellus *de Reg. Cathol. præst. Cap.* 4. *Num.* 14. *&* 127. Bonus de Curtili *de Nobilitat.* 5. *Par. Num.* 33. Redinus *de Maiest. Princip. ad illud: Non solùm armis decoratam, Num.* 123. Remirez *de Leg. Regia*, §. 13. Ponte *de Potestat. Proreg. Titul.* 2. §. 7. *Num.* 19. *&* *Titul.* 3. §.

5.

5.*Nu.9.*Marquez *en el Gover.Christ.Li.*1.*Cap.*3.Chokier *in The.pol.Li.*5.*Ca.*3. Besoldus *de Mag.& Censor. Diss.*3.*Nu.*6,Menochius *in Pol.ex Sacr.Scrip.Li.*3.*Ca.*3.*Nu.*9.F.Ioannes Sancta Maria *in Rep.Christ.Cap.*8. *Pag.*88.& *Cap.*12. *Pag.* 144.Carbonarius *del Governat.Libr.*2.*Capit.*6.Matthæus Lopez Bravo *de Reg.& regen.rat.Lib.*2.*Pagin.*44.Ioannes Maria Campana *de Requis.ad Comm.iudic.creat.Num.*85.Azeuedus *in Cur.Pisan.Lib.*1.*Cap.*12.*Num.*21.Franciscus de Petris *Cõsil.*63.*Numer.*9.& 18.Ioannes Maria Novarius *ad Pragm.de Officior.provis.Numer.*34. Latè Valenzuela
15 *Cons.*166.* Quemadmodùm in dignitatibus Ecclesiasticis,ac beneficijs.Savarus *ad Sidon.Lib.*4.*Epist.*25. Lara *de Anniverf.Lib.*2.*Cap.*4.*à Num.*1.Schomborne rus *Polit.Lib.*3.*Cap.*39.Tassonus *ad Pragm. de Antefa-*
16 *to,Vers.*10.*Observ.*2.*Num.*33. * Scilicet simùl cum filiorum industriâ,parentum rectè gesta perpenduntur:
17 vt ait Osorius *de Nobilitat.civil.Lib.*2.*in fin.* * Ex optimisque ortus merita duplicia gestat: cordis,& venarum alit virtutes,geminoque vinculo,quæsito,& innato probitati debitor obstingitur, Gregorius *in Prol. Partit.Verb.del Linage,* Bonus de Curtili *de Nobil.Par.*3.*Num.*29.& *seq.*Carbonarius *del Gobern. Polit.e Chri-*
18 *stian. Lib.* 2.*Cap.* 6. * Vndè sacris maximè præfecti, quorum progenitores clariora castitatis documenta
19 dedêre. * Tacitus curne prodidit Gallionis filiam, Fontei filiæ prælatam in Vestalium collegij petitione? Nimirùm quia parens sibi obtigerat vnius viri matrona:*Pralata est*(inquit *Annal.*2.*Cap.*86.) *Pollionis filia non ob aliud,quàm quòd mater eius in eodem coniugio manebat.*Sed & adhùc probitate,& industriâ nobilem quam
20 vis plebeius anteceat; * familiæ tamen rationem faciendam,censebat Pescennius Imperator in re civili, secùs in militari. Refert Spartianus *in Vit.* Inquiens: *Deindè ne novi ad regendam Remp.accederent,præter mili-*

tares administrationes, intimavit: ibi etenim sola virtus, bellicum solũ ingenium in considerationem successura, illi putabantur.

Vsque hùc igitur id solùm optimis parentibus tribuimus, vt tunc propago in honorum petitione antefe
ratur, ★ cùm cæteris paribus, locum gratificationi re-
21 linqui, vulgò dictitatur, iuxta Text. *in L. Vltim. in prin. ff. de Religios.* Glossa *in Cap. Venerabilem* 34. *Verb. Favere, de Elect.* Bargalius *de Dolo, Lib.* 1. *Capit.* 6. *Numer.* 36. Raudensis *Decis. Pis.* 36. *Num.* 257. Valenzuela *Cons.* 34. *Num.* 42. ★ Et quòd in re dubiâ ea prosequenda sit
22 interpretatio, quâ filius optimè de Rep. meriti cæteris præferatur, adducit, ex Romano *Cons.* 29. Constantius *ad Nost. Tit. Num.* 31.



CAP. III.

Aptioribus etiam præponendi.

SVMMARIVM.

1. *Munitur Auctoribus.*
2. Ex L. 7. C. de Prox. Sacr.
3. LL. 11. & 13. C. de Adv. 1.
4. L. 5. Tit. 10. Libr. 5. Recop.
5. *Minùs dignum remuneratio præfert.*
6. *A communi prohibitione subducit.*
7. *In beneficijs, benemeriti consanguineus præcedit.*
8. *Innuitur ex Pontifice in obitu commendante nepotes.*
9. *Dignitates pro Rep. & meritissimis.*

10. *Gentis tamen merita considerantur.*
11. *Nec ideo aptissimũ postponens admittit veniale.*
12. *Quod Resp. faceret, debet elector.*
13. *Dignissimi iacturã iubet præmiandi ratio.*
14. *Vtilitas cum lucro cõpensat.*
15. *Dignus, ex maiorum meritis dignissimus.*
16. *Mediocris scietia homo: Et quis?*



ERVNTAMEN exilis fuisset Iuris munificentia, si filijs solùm æquè merentibus gratiam haberet; exigua strennuitas, si tantùm vbi non validior instaret adversarius, ire suppetias auderet; parvi quoque ponderis parentum merita, si vt alteram lancium efficerent præponderare, vtriusque peterent æquilibrium; quod vel momento adiecto accidere potest. Gravius igitur privilegium, & amplius in filios, Auctores præteriti fuere lati; vt scilicet ab idoneis, nil aliud reposcat elector; cùm à benemerentis filio minus exigatur, oporteat. Quamobrem sic censeo, hâc, quam latè infrà confirmandam, assertionem propono. *Quanvis minùs alijs merentes filij, dum tamen idonei, ob paterna merita, in paterna munera collocandi sunt.* * Calcu-
1 lum expressum sententiæ adhibent Platea *ad Nostr. Titul. & in L. Vnicuique 7. Num. 3. C. de Prox. Sacr. Lib. 12 ibidem* Pennensis *in princip.* Lara *de Vit. homin. Capit. 16. Num. 5.* Constantius *ad Nostr. Titul. Num. 26.* Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib. 2. Cap. 30. Num. 37.* Xammarius *de Offic. Iudic. & Advoc. Par. 2. Quæst. 6. Numer. 25.* Villaveta *in citatò alibi Libello.* Id circò Plinius *Lib. 8. Epistol. 10.* Scribebat, illis ad honores pronum iter esse. * Probatur apertè sensus noster *ex D. L. Vnicui-*
2 *que* id statuenti: Numerarij decedentis antiquissimus supernumerarius locum impleat, ni recentior alius,

quàm ille se ostendat digniorem. Id tamen minimè locum habeat, si demortui filius superstes sit; tunc enim nulla reliquorum habenda ratio; quamvis potiora pro sese merita, & labores allegent; sed filius ipse quantumvis minus meritus, cæteris quæiscunque anteponendus erit.
3 ★ Pariter ex Text. *in L. Nemini 13. §. 1. in fin. & L. Petitionem 13. C. de Advocat.* 1. Vbi similiter, parentum officiosis laboribus inspectis, in Statutorum numerum filij aggregantur: prælati videlicet reliquis supernumerarijs, laborum in munere gerendo meritioribus. Notant Cuiacius, & Perezius *ad eundem Titul.* Corneus *Consf. 126. Num. 6. Volumin. 3.* Franciscus Marcus *Decis. 637. Num. 3. Tom. 1.* Raudensis *de Analog. Lib. 1. Cap. 22. Num. 83. & seq. & alij.*
4 ★ Necnon ex Text. *in L. 5. Tit. 10. Lib. 5. Recopilat.* Vbi facilius in natos, quàm in alios quosque patrium locorum admittitur continuatio. Adnotat *ibi* Marionzus *Gloss. 3. Numer. 1.*

5 Enimverò ★ remunerationis ergo, digniori præponitur idoneus. Raudensis *Decis. Pisan. 35. Num. 239.*
6 ★ Ex regula, quòd generalis prohibitio, haud includit, quidquid fit remunerandi gratiâ. Ibique quòd in Ecclesiasticis
7 ★ beneficijs frater de Ecclesiâ optimè meriti extraneis potioribus antecellit. Velascus *de Privileg. Pauper. Part. 1. Quæst. 7. Num. 27.* Traditque Raudensis ipse *Decis. Pisan. 38. Num. 316.* Oppidi cuiusdam consilium laude non caruisse, cùm aliquem minus ornatum eruditione, legitimaque ætate præsentavere, sacrisve obtulere præficiendum; eò titulo ducti, quòd fratrem decessorem, patremque populo, & Ecclesiæ beneficum meruerat. Gratitudo enim in genitores, fratres, cæteramque retrò laudatam originem, legem illam de digniori præferendo mitigat, vinctaque beneficijs Republicâ severiora iura patiuntur vinciri. Adnotat Martinus Navarrus *Tom. 2. Miscellan. 43. de Orat.*

sub

sub.Num.80. * Indè quandoquè Romani Pontifices in
8 mortis limine, nepotes cum cognatione superstite, pro familiæ conditione, antelapsoque splendore inopes, iamiam generis atlante deficiendos, Purpuratis Patribus commendare solent: Vt scilicet successor suâ illos humanitate complectens, beneficijs prosequatur: Quod vtique parùm prodesset, nisi dignioribus præterhabitis donari possent. Hæc Raudensis *vbi proximè.*

9 Licèt enim * Ecclesiastica, civiliaque munera in publicę rei gratiam præcipuè inducta fuerint; vtì nempe sub idoneis pastoribus, & magistratibus benè populus habeat; deinde in gratiam virùm ipsorum virtutibus, clarisque artibus præpollentium; vt dignum scilicet gradum attingant. Sotus *de Iustit. Libr. 3. Quæst. 6. Art. 2. & Lib. 4. Quæst. 6. Art. 3.* Navarra *de Restitu. Lib. & Cap. 2. Num. 177.* Aragonius *in 2. 2. Quæst. 63. Art. 2.* Salonus *ibidem Quæst. 63. Art. 2. Controv. 3.* Ledesma 2. 4. *Quæst. 18. Art. 2. Dub. 9. §. His autem.* Sanchez *Cōs. Moral. Lib. 2. Cap. 1. Dub. & Num. 2.* Eorum meritis pro aptitudine ad munus æstimatis: secùs in personarū acceptionem incurrendum, iuxta superiùs deposita 1. *Par. Cap. 6. §. 2.*

10 Id tamen minimè tollit, * quin maiorum merita suâ gratiâ non careant, ita in publicorum munerum consideratione sese immiscentia, vt licèt gentilibus innixi minoris dexteritatis, quàm alij ad ea gerenda videantur, ad ipsa tamen consequenda valeant; & cum alterius aptitudine potiore collata, aut præstent, aut exæquent, aut minùs saltèm distent, casu, quô intervallum, quô filiorum dotes superantur, esset longè vastum. Vndè suam etiam dignitatem, prout ad munus spectat, eiusmodi meritorum genus conflabit; quæ nimirùm perpendi quoque debere inter promovendi qualitates, quas accuratè coëgit Lugo Cardinalis *de Iustit.*

&

& *Iur.* 2. *Tom. disp.* 35. *Sect.* 3. *duab. seqq.* Doctores *sup. Cap.* 6. relati consentiunt.

Id quod suaderi est proclive ab his, quæ ad institutum ipse Lugo aduertit *Section.* 5. *citatâ*, *Num.* 60. vbi
11 ait: * Nec veniale crimen dicendum, quòd dignus digniori præterito seligatur; dummodò causa interveniat, qualis erit, in quendam publici statûs benefactorem reponenda gratia. Tunc etenim is erit nominandus, cui beneficæ gentis patrocinatur memoria. Melius *Dispu.* 34. *Sect.* 2. *Vers.* 2. propalatâ ratione: * Nam æconomus,
12 aut villicus in rei herilis administratione, non adeo religiosè ad optimas operas quæritandas tenetur; quia cum heri locô illud præstare debeat, quod dominus ipse prudentèr creditur facturus: hunc non semper optimos conquirere apparet experimento: Nam vel amicô deprecante, vel alios ob priuatos respectus, digni aliqui habentur, quorum sufficientiâ contentus herus eos anteferat aptioribus. Non alitèr Princeps, non alitèr vicaria eligentium potestas eos Reip. debēt præficere, his considerationibus duci, quos Resp. ipsa sibi relicta præficeret prudentèr, & quæ prudētèr ipsa cōsidera-
13 ret. Videlicèt; * parenti eius, quem præfert, se multis quidem nominibus obstrictam: æquumque fore si pauxillum aptitudinis, quod filio supplet, patri condonet; æquique habeat, tantillam magistratûs non optimi iacturam; cùm ea sit præmiantis conditio, vt eô, quod erogatur, privari oporteat. Sed quid inquam privari? *
14 Imò si animadvertas, aut nil dispendij, aut compendij aliquid ex his trahere comperies. Etenim quæ illinc ex aptissimi defectu libatur vtilitas publica, hîc ex optimorum in posteritate muneratione resarcitur: quod maius Reip. bonum est, quàm aptiori aliquantò Præside carere, damnum.

Vndè nō modò tutò, sed laudabilitèr, & ex debito parentum meritis insignes, nec proprijs deformes cæ-

CAP. IV.

In parentum gratiam ætas suppletur.

SVMMARIVM.

1 *Ætas honoribus definita.*
2 *Lex annaria pro magistratibus capiendis.*
3 *Ab L. Iulio rogata.*
4 *Consulatus XLIII. anni exigebat.*
5 *Pretura XL.*
6 *Ædilitas XXXVII.*
7 *Questura XXVII.*
8 *Iudicium mat. XXX.*
9 *Postea XXV.*
10 *Apud nos XXVI.*
11 [illegible]
12 *Honoribus ad superbiam non inuitanda.*
13 *In iuniores magistratus inuectus.*
14 *Ætas à virtute non speranda. & N. seq.*
15 *Exemplis illustratur.*
16 *Et naturæ exemplo.*
17 *Nec expectandum ingenij senium.*
18 *Cur iuvenes senibus quandoque prudentiores?*
19 *Ætas nobilitate suppletur.*
20 *Patrisque meritis.*
21 *Vt Neroni voluit Tiberius.*
22 *Olibrioque, & Probino iunioribus Cõsulatus concessus.*
23 *Et filijs Boethij.*
24 *Ante XXVI. Tholosæ Senatorum filij Senatores facti.*
25 *In cadentium apud Mauros, filios etiam ann. XVIII. minores, officium adauctorũ collatio tenet.*

26 *Ad officia paterna signatè supplebitur ætas*

27. *Quia illis nati creduntur faciliores.*

28. *Et adiuti domesticâ disciplinâ.*

29. *Paternum vitæ genus sequi iussi.*

30. *Apud Ægyptios.*

31 *Lacedæmonios.*

32. *Orientales communitèr.*

33. *Germanos.*

34. *Et Romanos.*



VAM prosequor filiorum præcedentiam, ea est votorum meorum caput, aggere longo communienda, quod fusè dignè perficere ardua, invia, fateor, hucvsquè provincia; quam si, vt velim, non præbeam tractatam, spero tractabilem, & credibilitatis amœnæ. Nec mirere cum clypeo, & hastâ, ad totum sudorèm, pro eâ dimicare paratum: quippe omnium, quæ generosæ posteritati indulgentur, regina est; longè lateque dispersi legum favoris origo, & privilegiorum, quæ iuris ab vrnâ funduntur, fons amplissimus? Etenim si de his, quæ essentialitèr à candidato petuntur, illustrium progeniei quicquam remittitur, quantò faciliùs, & proniùs in his, quæ accidentalia sunt versabitur indulgentia, laxabunturque immunitates? illas recensere, curiosâ mente repositum sedet, pluraque enumerare, vndè filijs ad patria loca anhelantibus paritur: Tum quia indè sua etiam provenit principi privilegio suasio: Tum quoniam prælationis scaturiginem suave est prosequi, in varios immunitatum rivulos dilabentem; quales sunt ætas, opes, venalis muneris pretium, introitus, & similia: Circa quæ cum nostris liberis valdè dissimulatur. Singula seorsim conveniant.

Et quod ad ætatem attinet, si parentum causâ ignoscatur minori, non exigua est Iuris benignitas. * Con-
1 stat enim certam annorum summam singulis publicis

mu-

muneribus esse sancitam, infra quam adire non datur,
L. *Honor* 14. §. *Gerendorum*, *ff. de Muner. & Honor. L.*
Pen. de Leg. 3. Ærodius *Rer. Iudic.* Lib. 10. *Titul.* 13. *Ca-*
2 *pit.* 8. * Celebrisque fuit Romanis, Festo Pompeio te-
ste, Lex Annaria cuiusque magistratus ineundi tempus
definiens. De quà etiam Cicero *Phil.* 5. 2. *de Orat. & pro*
Leg. Manil. Livius *Lib.* 25. *Cap.* 2. & *Lib.* 40. *Capit.* 44.
3 * Rogationem latam tradit ab L. Iulio plebis Tribuno.
Quot annos nati quemque magistratum peterent, ca-
perentque. Vbi Gulielmus Godelevæus, Cuiacius *Lib.*
17. *Observat. Cap.* 34. Rivallius *in Histor. iur. civ. Lib.* 2.
Num. 135. Donatus *in Di lucid. ad Lamprid. in Alexan.*
Sever. Gratianus *Discept. Forens. Cap.* 184. *Numer.* 14.
Borrellus *de Magistrat. edict. Libr.* 1. *Cap.* 6. *Numer.* 42.
4 Osualdus *ad Donel. Lib.* 17. *Comm. Capit.* 24. *Lit. L.* *
Nempe, vt nisi XLIII. ætatis anno consulatum capere
non liceret Cicero *Phi.* 5. Alexander ab Alexandro *Lib.*
5 3. *Dier. Gen. Cap.* 3. Nisi XL. * Præturam. Rosinus *An-*
tiquit. Rom. Lib. 8. *Capit.* 5. Grutherius *Lib.* 1. *de Comit.*
Rom. Cap. 3. * Ædilitatem XXXVII. Broidæus *in Corol*
6 *lar. ad Cap.* 7. *Lib.* 2. *Historiæ fori Romani Francisci Polle-*
ti. Num. 2. & *in Corollar. ad Capit.* 8. *Libr.* 5. *Numer.* 1.
XXVII. * Quæsturam. Sigonius *de Antiq. Iur. Rom. Ca*
7 *pit.* 2. Donatus *in Dilucid. ad Suet. in Calig. Cap.* 1. Ro-
8 bortellus *in Disput. de Gradib. Honor.* * Queiscunque
ius dicerent XXX. desiderabat Augusti lex. Suetonius
in Vit. Cap. 32. Menochiius *de Arbitr. Libr.* 2. *Centur.* 6.
Cas. 540. Multosque referens Solorzanus *de Iurib. mu-*
9 *ner. honor. Num.* 357. * Temporibus autem subsecutis
XXV. Reip. gerēdæ fecere copiam L. *Quidam* 57. *ff. de*
Reiudic. L. Ad Remp. 8. *ff. de Muner. & Honor. L. Non*
tantùm 11. §. 1. *ff. de Decur.* Fornerius *Lib.* 1. *Select. Cap.*
12. Petrus Faber *in L.* 2. *ff. de Regul. Iur.* Galganetus *de*
Tutel. Lib. 1. *Titul.* 11. *Numer.* 18. & *de Iur. Publ. Lib.* 1.
10 *Titul.* 4. *Num.* 20. * Nobis XXVI. Barcinonensis Prag-

matica definiuit *L.2.Tit.9.Lib.3.Recopilat.* Per quam, seu declarantur *L.5.Titul.4.Partit.3.& L.3.Titul.9. Lib.3.Recopilat.* quæ XX. solùm præscribunt. Pichardus *in Princ.Inst.de Oblig.quæ ex quasi.del.nasc.Nu.11.* seu abrogantur; vti explosis Gregorij, & aliorū sententijs, docent Bovadilla *Lib.1.Politic.Cap.7.Numer.19.* & Mastrillus *de Magistrat.Lib.2.Cap.5.Num.44.* Narbona *de Ætat.ad omn.act.hum.req. Ann.20.Quæst.3.Numer.19.* Qui fusissimè de his, quæ ad ætatem concernunt, edisserens, nostram in his operam excusat, ni reddit ociosam.

11 Nec constituta fuit virentior ætas; * nam ab adolescentiæ asseclis temeritate, ferociâ, inexperientiâ, lubricitate, circunscriptione, lapsu, Legislatores timuere vehementèr: *Adolescentum quidem animi* (ait Sallustius *in Catil.*) *plerunquè parùm providi, dolis haud difficultèr capiuntur,* & Aristoteles *2.Politic. Inquieta est, ac mobilis iuvenum mens, & animus semper fluctuat.*

12 * Quarè Tiberius, vt refert Tacitus *4.Ann.Cap.17. in Senatu oratione monuit. Nequis mobiles adolescentium animos, præmaturis honoribus ad superbiam extolleret.* Et meritò: quem etenim lateant iuventutis brevia? Nullibì procella impotentior, nullum fretum æstuosius: Moribus insidiatur perpetuò iuventa, rationem fastidit, aversatur seria. Malè aliorum moderamini incubabit ætas in seipsâ pauperrima moderaminis, consultandi pertæsa, prudētiæ inimica: Non tam effræni vitæ parti expedit frænare populos.

—*Nec tam puerilibus annis*
Munera conveniunt—

Sed ne * in iuniores magistratus diserti simus, tot

13 telis impetitos, vt alia ab alijs protegere queant; eos relinquo Tiraquello *de Iur.Primig. in Præfat. ex Numer.166.* Lipsio *Civil.Doctr.Lib.3.Cap.4.& Not.* Chokiero *in Thes.Polit.Lib.3.Cap.5.& Lib.5.Cap.3.* Petro Gre-

gorio *Lib.47.Syntagm.Cap.9.à Num.17. & Lib.17.Capit.6.Num.18.* Iacobo Tapiæ *de Tripl. bon. Libr. 2. Fol. 175.* Marquez *en el Governador Christ. Lib. 1. Cap. 5.* Fr. Ioanni Sanctæ Mariæ *in Republic. Christ. Cap. 6.* Remirez *de Leg. Reg. §. 25. Num. 11.* Bovadillæ *Libr. 1. Polit. Capit. 7.* Canonherio *in Aphor. Hipp. Libr. 2. Aphor. 39. Tom. 1.* Galganeto *de Iur. publ. Libr. 1. Titul. 4. à Num. 8.* Mastrillo *de Magistrat. Lib. 2. Cap. 5.* Cavatio *in Ocul. Reip. sive de Perfect. Iud. Cap. 7. ex Num. 19.* Ramirez de Prado *in Consil. & Consiliar. Lib. 3. Cap. 5.* Ioanni de Campo *in Monarch. perfect. Cap. 14.* Caputo *de Regim. Reip. Cap. 3. Numer. 59.* Benedicto Pereiræ *in Pallad. Arm. Class. 2. Problem. 1.* Schombornero *Politic. Libr. 3. Capit. 23.* Staibano Iuniori *Resolut. For. 100. à Num. 273.* & reliquis.

E conversò tamen cuncti docuere (quod & naturæ instinctus inspirat) * si fortè prius solito iuventus de-
14 ferbuerit, ratio, doctrina, morumque gravitas præter annos accesserint, temporis inopiam Reip. sumendæ non obfuturam: Vndè Vlpianus *in L. 1. §. Fin. ff. de Offic. Cons. & in L. Si rogatus 20. §. Fin. ff. de Manum. vind.* accidere posse dixit, vt minor XX. Consul crearetis. In præcocique prudentiâ annales leges prætermissas testantur exempla *Scipionis Africani, Pauli Æmi-
15 lij, Æmiliani alterius Scipionis, T. Flaminij. Q. Metelli Pij, Cn. Pōpei, Marij Iunioris, Valerij Corvini, Augusti, Tiberij, Germanici, Annij Veri, Antonini Philosophi, Antonini Cōmodi, Didij Iuliani. Sed quid paginam fatigem prolixus nomenclator, tot divinæ, humanæque historiæ adolescentibus, qui tam annis, quàm iudicio florentes, citra tempus lege, vel naturâ præscriptum, honorum apicem attigere? Porrò si haud annorum vi, sed prudentiæ imperia reguntur, postquàm hæc apparuerit, quid opperimur? Quæcunque hora solem dederit, dio fruamur. Anne contemnes auroram in

æsta-

æſtate celerrimam? Ergo id vbì evenerit, annarij iuris apices ocientur oportet; cùm non dierum, ſed rationis in hæc ametur maturitas. Quod nos divina erudijt ſapientia, dũ gentis ſuæ Principi Moſsi *Numer.* 11. *Verſ.* 16. præcipit: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint.* Ad quæ verba gravitèr, & ſcitè D. Gregorius *Moral. Lib.* 19. *Cap.* 13. *Si ſenectus* (inquit) *in eis corporis quæreretur, à tantis ſciri poterant, a quantis videri. Dum verò dicitur: Quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint, profectò liquet, quia ſenectus mentis,*
16 *non corporis eligenda nunciatur.* ★ Et ſanè quemadmodùm Deus, eiuſque adminiſtra natura, vt inſuetæ maturitatis genium enitantur, interìm ſolitos limites ſupergrediuntur: Sic Principes, in hòc etiam Numinis ſimulacra, æmulatoreſque miniſtri, præfixos legibus terminos, obeliſco ducto, debent abolere; & pręter tempora, & leges eorum virtutem honeſtare, qui temporum non agnovere iura. Vt inquit Amiratus *Differt. Lib.* 11.
17 *Diſc.* 5. ★ Publicûmque honorum fomitem præclaris ingenijs admovere, ne iuſtò virtutis alimento deſtitutæ, ſuo in ipſo ſplendore conſumantur hæ faces; Aliàs quidne ſperas, vt prætérfluat opportunitas, & acris iudicij acies ocij rubigine vileſcat obtuſa? Quod ſpecioſè dixit Canonherius *in Aphor. Hipp. Lib.* 1. *Aphor.* 14. *Tom.* 1. ex quodam politico ſubdens: *Quòd perniciosum eſſet inſtitutum, ſi ob ætatem non liceret iuveni virtutem ſuam in Reip. vſus conferre: Sed expectandum foret, donec animi vigor ille conſeneſceret cum ipſo corpore, nec Reip. in ea ætate prodeſſe poſſet, quà Valerium Corvinum, P. Scipionem, & Pompeium patriæ tantoperè profuiſſe novimus, vt triumphos ſummà cum laude meruerint.* Multa congerunt Canonherius, idem *Lib.* 1. *Aphoriſ.* 1. *Pag.* 266. Savarus *ad Sidon. Lib.* 8. *Epiſt.* 8. Paponius *Libr.* 6. *Titul.* 2. *Arreſt* 8. Tympius *in Specul. Princip. Part.* 1. *Sign.* 19. Hieronymus Zevallos *in Art. Reg. Docum.* 6

Pag.

Pag. 42. Menochius *Lib. 6. Præs. 48. Num. 6.* Clapmarius *Disp. de Iur. publ. Concl.* 127. Cerda *ad illud Virg. 9. Æn. Vers. 311.*

Ante annos animumque gerens, curamque virilem.

Besoldus *Dissert. de Magistr. & Censor. Cap. 1. Num. 4.* Melo *in Polit. Milit. Mon. 4.*

18 * Vndè proveniat seniores quandoque à iuvenibus prudentia superari, si ad naturalem philosophiam recurrendum est, ea videtur ratio, quam attigit Torreblanca *Iur. Spirit. practic. Lib. 7. Cap. 8. Num. 37.* Nam quemadmodum siccitas temperamenti, quæ provectis ætate inesse solet, eos reddit plerunque solertiores: sic cùm iuvenibus siccũ eiusmodi prædominium contigit, cæteris, vel grandævis iudicio prævalent.

19 Non * modò propriæ virtuti Lex temporaria cedit, sed etiam avitæ. Nobilitas non levem in ętatis canonas dominatum exercet. Cuiacius *in Comm. ad Tit. C. de Testam. milit. & Libr. 17. Observat. Cap. 36.* Tiraquellus *de Nobilit. Cap. 20. Num. 13. & 41.* Lenauderius *de Privileg. Doctor. Part. 1. Num. 58.* Bobadilla *Lib. 1. Polit. Cap. 7. Num. 23.* Huiusce rationem Plinius expressit *Lib. 10. Epist. 83.* vt in Senatum legerentur minores: *Quia sit aliquantò melius honestorum hominum liberos, quàm è plebe in Curiam admitti.* Et vt de Imperatoriâ virtute laudat Traianum in Panegyr. *Quòd iuvenibus clarissimæ gentis, debitum generi honorem, sed antequã deberetur, offerret.*

20 Sed quod rei nostræ meditullium tenet: * Non modò priscus gentilitatis fulgor, sed, imò potiori iure, neoterica genitorum facta remuneranda ætatis supplemẽtum conciliant. Paulus de Castro *in L. fin. C. de Testam. milit.* Castaldus *de Imperat. Quæst. 73. Num. 24.* Optimè Tacitus *de Morib. German. Cap. 13. Insignis* (inquit) *nobilitas, aut magna patrum merita Principis dignationem*

etiam adolescentulis assignant, cæteris robustioribus, ac iam
21 *pridem probatis aggregantur.* * Hinc apud eundem Tiberius, vt Quæsturæ petitio concedetur Neroni, vtpote Germanici filio, quinquennio ante petitam per iura tempestatem, postulabat: *Neronem è liberis Germanici, iam ingressum iuventam commendavit Patribus, vt quinquennio maturiùs, quàm per leges, Quæsituram peteret.* Sic
22 *Ann. Lib.* 3. *Cap.* 29. * Doctrinæ huius dabo drama nō invenustum ex Claudiano, talis argumenti. Defuncto Probo Romani quondam Imperij fulcro, reliquis ex eô filijs Olibrio, & Probino Consulatum populi exoptabant. Pauciores fratrum anni erant: tamen patri optimo, & optimè merito nō ingratus Theodosius, libens, lubens petitionē feliciter expedit. Personę *Roma, Theodosius.* Illa canit.

Sed precor hoc donum cum libertate recenti
Adijcias, si vera manet reverentia nostri.
Sunt mihi pubentes alto de semine fratres,
Pignora chara Probi.

Imperator

——— *Optata iubes, vltroque volentem*
Diva rogas: Non hæc precibus tentanda fuissent.
Vsque adeone meam condunt oblivia mentem,
Vt pigeat meminisse Probi, quò iudice totam
Vidimus Hesperiam, fessasque resurgere gentes?
Antè dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ
Errabunt, glacieque niger damnabitur Indus,
Antè Thyesteis iterùm conterrita mensis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus,
Quàm Probus à nostro posit discedere sensu.

Et statìm eos fascibus decoratos celebrans Poëta, chorum agit.

Omni nobilior lustro tibi gloria soli
Contigit, exactum nunquàm memorata per ævum,
Germanos habuisse duces.

23 Alterius* comminiscitur eventûs Paulus de Castro *in D.L. Fin.* de filijs Boëthij, patris titulo, ante legitimam ætatem renunciatis Consulibus.

24 Appositus * Gerardi Maynardi locus *Lib.* 1. *Decis. Tholos.* 76. id enarrans. Vltimus Valesius Galliæ Rex Henricus legem promulgarat: Ne quis natus annos infra XXVI. exactos, in Senatũ allegeretur, aut in Præsidem infra XL. Commodùm Tholosani Senatores, & Præsides munia sua in filios annis XXV. provectiores, sed minores XL. resignant: Tum Regia diplomata expediuntur, eaque lege indulgẽtur: Vt filij sic promoti officijs interim Senatorum fungi (etsi XXVI. annum nõ supergessissent) Præsides verò resignantes suâ perstare in prouinciâ deberent, donec ad cõstitutionis ætatem appellerent filij; Quæ quidem Parlamentum (vt Galli vocant) æqua deprehẽdit, & adprobavit; ne in viridans edictum iretur prorsùs; & etiam vt parentibus illis ob egregiam navatam operam merces honora pẽderetur.

Hùc revoca, quæ 1. *Part. Cap.* 7. *in Sol. ad* 1. adduxi, illud præsertim de Senatorum liberis, queis ante cõmunẽ ætatẽ Curiam aperuit Augustus. ¶ Subvenit venustissimum in rem nostrã, & Regiũ sanè apophthegma D. Ioãnis II. Castellæ quondàm Regis. Pugnaverat generosiùs, quàm felicitèr cum hoste Agareno Didacus ille Ribera, armorum splendore satìs notus, Bæticæ, seu Vandaliæ Præfectus; quod noster Hispanus appellat *Adelantado*: decùs non vtì modò, in eâdem familiâ constãtèr perennans. Illi in acie contigit oppetere, filio ætatis breviusculæ relicto. Huic Rex paternùm gestorum memor eandem Præfecturã consignavit. De quô suggillatus ab Aulicis, tanquam teneriori ævo inconsultũ

tradidiſſet honorem, ſcitiſsimè reſpondiſſe fertur: *Ca el tiempo faria al fijo del Adelantado ſer viejo, y que el cielo le avia fecho fijo de ſu padre.* Quæ ſententia, ſi in ea primæva ſæcula incidiſſet, quàm mirabundo, refugoque in frõtem Sophorum ſupercilio, fuiſſet adorata! Eam refert el Bachiller Ciudad-real eiuſdem Ioannis II. celeberrimus Archiatros *Epiſt.* 58.

25 Nec inidonea, * quin in noſtrum ſcopum perſpicua probatio eſt Ferdinandi Catholici ſancitum. Decreverat *in L. 15. Tit. 3. Lib. 7. Recop.* adaucta populorum officia penitùs extingui, quin reſignare liceret; quòd ſi reſignata, aut quomodocunquè vacantia cuiquam cõferrentur à Principe, vim nullã collatio ſortiretur. Cõſtituerat etiam neminem ante annum XVIII. ad officia ſtatuta, ullâ ratione admitti debere. At *in L. proximè ſeq.* hæc ſubdens dicta declarat. *Pero la intencion, y voluntad, que tuvimos, al tiempo, que mandamos hacer, è hicimos la dicha ley: no fue, que aquella ſe entendieſe, ni eſtendieſe à los oficios acrecentados de los que vacaſen por muerte, ò cautiverio de los que fueſen muertos por los Moros; ni à los oficios, que tuvieſen los padres de los que aſi eſtuvieſen cautivos en tierra de Moros, y vacaſen por ſu fin, y muerte, ò por renunciacion. Mas que en la tal vacacion, ò renunciacion, nos quedaſe libre, y entera facultad de proveer, y hacer merced de los tales oficios, aunque fueſen acrecentados, y los proveydos, que no ovieſen la dicha edad de diez, y ocho años.* Et infr. *Podamos libremente proveer, y hazer merced de los tales oficios, ò de qualquier dellos à los padres, ò hijos, ò hermanos de las tales perſonas, por cuyo fin ovieren vacado; no enbargãte, que las perſonas à quien aſsi proveyeremos, no ayan, ni tengan la edad, que para poderlos aver ſe requiere, ſegun la dicha Ley de Toledo.*

Tanta denique paternis meritis virtus inſidet, filijs ætatis veniam conceſſura, vt ſiquidem illorum intuitu Princeps officium largiatur minori; quanvis inſufficiẽ-

tis

tis ævi omninò inscium, isti tamen defectui dispensasse nobis debeamus persuadere. Sic D. Petrum de Vargas (cui parens arcis S. Cataldi propugnator, seu Castellanus officium, à Philippo II. obtentâ facultate, renunnunciarat) tuetur Andreas Georgius *Alleg. 37. Numer. 12.* adversus D. Petrum Villelam opponentem invalidum fuisse Regis permissum, ignorantis quippe magnum ætatis impedimentum. Vicit tamen causam Vargas; nihilique fuit ea obiectio. Paternis enim meritis intercedentibus Princeps, licèt haud dignoscat, ignoscere nihilominus ætati præsumēdum. Quarè nulla hic obreptio. De causâ eâdē videè, si placet, Ponte *Decis.* 27.

Cùm quomodolibèt veniam ætatis patrum gesta negotientur * observaveris signatè istud procedere,
26 cùm paterno, similive muneri apponuntur ephebi. Quænam, fortè petas, huius causa queat assignari? Nō erit asperum illam reddere: * Nimirùm in æstimatione
27 prudentum, & nostræ 1. *Part.* dogmate, filij parentibus indole, ingenioque similes citiùs, & laudabiliùs ea omnia condiscunt, exercent, & penetrant, in quibus paternum maximè viguit ingenium: maturiùs, inquā, cæteris, queis nascentibus, nullus illiusmodi indolis influxus adfuit in stirpe. P. Salazar *in Proverb. Cap.* 13. *Ver.* 23.

Nec modò natura operandi maturitati definitos
28 prævenit annos, * sed etiam id præstat ab vnguiculis teneris, sedulò, & domesticè intimata doctrina, quò velociùs in bibulis animis muneri aptitudo concipitur. Nec mirere, qui seria inter, & iocosa politicis actis circunsonantur, ipsique pueriles rumusculi, paternis negotijs intinguntur, quidquid privatum agi domi vident, cum publicis cōnectitur: Quid, inquam, mireris, si minor ætas gubernandi notitiæ sufficiat? Cùm moderandi ars, si cui didascaliæ subiacere potest, ea sit experti, assiduique magistri brevissima, compendiaria, des-

pumatissimique delectûs doctrina, quæ quidem pueris potienda parvi constat: imò illis inevitabilis obtruditur, eis scilicet ab annis, queis maxima est auscultationum tenacitas, vbì imperiosa, efficax, suavissima præstò est præceptoris ratio: Dum nec invisa pueris ferula pensum indicit, nec onerosa philosophia compellit; sed vi eàdem, facilitate, necessitateque, quâ vivere, adolescere debent, eâdem pedetentìm Senatorijs, alijsve acroamatibus imbuuntur. Rei dedimus illustrationem *in 1. Part. Cap. 11.* Vndè Philostratus *in Sophistis: Suavia* (inquit) *studia illa sunt, quæ à parentibus, & maioribus insunt: meliores quoque artes, quæ hæreditariò iure comparantur.*

29 Indè * paritèr è Rep. esse censuere sapientes, ne filij â paternis artibus, vivendique methodo resiliant. Quod *in L. 1. Nostr. Titul.* probant DD. * & apud Æ-
30 gyptios observari tradit Diodorus Siculus *Lib. 1. Capit.*
31 *61. & Lib. 2. Cap.* 8. * apud Lacedæmones Plutarchus
32 *in Licurg.* Apud Indos Strabo *Lib. 15.* * Orientales communitèr, Malabares, Iaponas, Sinas Ioannes Barros *Capit. 3. Libr. 9. Dec. 1.* Sublimis Camoëns *Cant. 7. Estanc.* 38.

Nem os filhos teràm outro exercicio
Se nã o de seus passados ate à morte.

Vbì eximius eius Commentator Emanuel Faria Sousa. Boterus *Delle Citta, Fol. Mihi* 47. qui in eam causam refert summam Sinarum in omni artificio perfectionem: *Perche i figlivoli sono obligati, à fare il mestiero, che fa il padre. Onde perche nascono quasi con l' animo determinato all' arte paterna, e il padre non li cela cosa alcuna, e gl' insegna con ogni affetto, assiduita, diligenza, sollecitudine; gli artesicij si riducono à quel supremo grado di bellezza, e di compimento, che si può desiderare.* Et infr. *Onde auuene che gli artefici sono infiniti, è che i fanciulli apena nati, sanno la-*

vo-

vorare, è le fanciulle istesse. Gabriel Zinanus *de Ration. optim. imp. Lib.* 11. *Cap.* 4. ★ qui & idem moris plurimis
33 Germaniæ populis custodiri tradit. ★ In Romanis e-
34 tiam officialium soboles, vlli præsertim corpori, vel artificum ordini coniunctorum, paternæ professioni nascebantur *L.* 3. *Cum seqq. C. de Fabricens. L. Siquis* 13. *L. Qui aut patre* 15. *C. de Murileg. Lib.* 11. *L. Boëthos* 3. *C. de Tabul. Lib.* 10. *L. Fin.* §. 1. *ff. de Excus. Tut.* Ad eamque vocat *L.* 1. *Nostr. Tit.* & invitant *L.* 11. *&* 13. *C. de Advocat.* 1. *&* *L.* 3. *&* 5. *C. de Advoc.* 2. dum filijs paternum officium offerunt. *Si solito tempore legum doctrinam meruerint.* Licet adire Fr. Gregorium de Alfaro *de Rep. Cap.* 29.



CAP. V.

Nec facultates desiderantur.


SVMMARIVM.

1. *Inops regendo inidoneus.*
2. *Vix notus in magistratu.*
3. *Illum obscurat.*
4. *Ignobilium officium hominibus Resp. vetita.*
5. *Sacerdotumque inauguratio, sine censu.*
6. *Ne mendicare cogantur.*
7. *Secus scientia exuberante.*
8. *Peculatus suadet egestas.*
9. *Minus publico bono devincit.*
10. *Magistratus ideo censu electi.*
11. *Decurionibus prædium suorum alienatio prohibita.*

12. *Capite censi non militabant.*
13. *Ni vrgeret necessitas.*
14. *Dimidium donativum ad signa militi servatum.*
15. *Periculosior vrbis custodia ditioribus committenda.*
16. *Ad hostis decernendi confinia prædiatus, consilijs suspectus.*
17. *Divites superbi.*
18. *Ad luxum parati.*
19. *Perniciosius cupidi.*
20. *Dynastæ* Prætores *nõ creandi.*
21. *Opum mediocritas honoribus apta: Et ratio.*
22. *Scipionis responsum.*
23. *In qualibet fortunâ virtus honoranda.*
24. *Magistrando aptissima paupertas spontanea.*
25 *Dives præit cæteris paribus. Et cur.*
26. *Præfectum benemereri decet.*



27. *Ex probis, dives probatior egeno.*
28. *Inopes novâ potestate superbiunt.*
29. *Vernis serpentibus similes.*
30. *Et famelicis in escâ.*
31. *Vt vasa humore, vitia produnt.*
32. *Senatores in potentiâ pristinam moderationem servantes, laudati.*
33. *Elegans Vlpiani locus.*
34. *Iustiniani.*
35. *Mutationis ratio.*
36. *Alia physica.*
37. *Filio dicta non obsunt.*
38. *Cui vt inopi adverversantia, vt filio diluuntur. Et Num.40.*
39. *Firmius à naturâ, quàm ab accidenti præsumitur.*
41. *Genus ad virtutem vrget.*
42. *Filium inopem præcessurum* L. nostr. *probatur.*





ECVNDO rei familiaris penuria remittitur, in insignium genitis non est facultates desiderare; illis pro censu paterna sunt merita. Suppetunt opes, quas sors nascendi reddit, natum felicitans; fortunæque illæ, nec fati obnoxiæ, nec Fortunæ. Id etiam indulti condonatur. Cuius cōditio, vt planiùs penetretur: quid circa divites, an inopes Reip. inferēdos docti considerent, non multis exponere, ociosum non erit.

1 Inidoneos æstimari regendo, * quos tenet angustia censûs, dictant Vlpianus *in L. Scripto 6.* Callistratus *in L. Honor. 14. §. de Honoribus, ff. de Muner. & honor.* Arcadius, & Honorius *in L. Ad subeunda 46. C. de Decurion.* & Alphonsus Rex *in L. 6. Titul. 18. Partit. 2.* D. Thomas *de Regim. Princip. Lib. 4. Cap. 15.* Tiraquellus *de Nobilit. Cap. 3. Num. 19.* Actius *de Lud. Scacchor. Quæst. 11. Num. 18.* Monticulus *de Patr. Potest. Cap. Penult. Numer. 116.* Petrus Gregorius *Lib. 47. Syntagm. Cap. 10. à Num. 15.* Æneus Robertus *Rer. Iudicat. Lib. 3. Capit. 2.* Federicus Scotus *Resp. 28. Libr. 6. à Num. 65. Tom. 1.* Scribanius *Libr. 1. Polit. Cap. 27.* Navarrete *in Discurs. Polit. Pagin. 69.* Marquez *en el Govern. Christian. Lib. 1. Cap. 20.* Cum alijs compluribus congestis à Bovadilla *Lib. 1. Polit. Cap. 11. Num. 23.* & à Velasco *de Privileg.*
2 *paup. Part. 1. Quæst. 6. Num. 26. & Seq.* * Indigi quippe vix in magistratu noscuntur, familiæ tenebris, & alto non habendi silentio confusi. Loci splendor squalet, sordet, deturpatur, deprimitur. Populus enim sensibus prorsùs immersum animal; simulàc nil ex ijs, quæ tanti facit, deforis sentit bracteari, spernit rectorem, quem eodem ferè oculo inspicit, atque alios egenos. Sordidam Philosophi vocant avaritiam, sed vulgus paupertatem. Numatos verò tantùm non votis colit, & aris.

Inter Numen, & Numum paucissimum putat intercesse. Quasi terrarum Deum vnicum nomisma sequitur; si minùs profitetur, observat; imò pluriès ait cum Petronio: Clausum possidet arca Iovem. Sed in hæc a-
3 lij ociosiùs invehantur. * Porrò cùm deformissima rerum credatur pauperies, planiùs loquendo, appâret illâ dignitatem decolorandam, venustatem diluendam.
4 Magerus *de Advoc. Cap.* 1. *Num.* 233. * Quod minimè Cæsares amaverint, qui, vt decus illud servarent intemeratũ, stabiliere: Ne quis ex vltimis negotiatoribus, vel monetarijs, obscuris officijs, aut fœdis ministerijs, quasquam prophanare Reip. dignitates præsumeret, *L. Ne quis* 6. *C. de Dignitat. L. Si Cohortalis* 12. *C. de Cohortal. L.* 1. *C. de Præpos. agen. inreb. L. Vnic. C. de Negot. ne*
5 *milit. Lib.* 12. * Sanctissimeque sacra Pontificum iura præcavere, ne vllus in sacrum ordinem inungeretur, ad divinaque promoveretur ministeria; nisi queis, vel Ecclesiastici proventus, vel rei domesticæ copia tuta sit, vndè vivere possint honestè. Tridentin. *Sess.* 21. *de Reformat. Capit.* 2. *Cap. Sacerdotibus* 11. *Quæst.* 1. *Deuteron. Cap.* 15. ibi: *Non sit mendicus inter vos, Cap.* 1. *Distinct.* 70.
6 *Cap. Diaconi, circa med.* 93. *Distinct.* * Ne cum ordinis dedecore mendicare cogantur. Vt pluribus illustrat
7 Remirez *de Leg. Reg.* §. 30. *Num.* 9. * Quod æquissimè restrictionem illam imbibit: Ni scientia exuberans pro patrimonio sit. Gonzalez *in Reg.* 8. *Cancellar. Gloss.* 4. *Num.* 36.

Quid? quòd egestas * pessima monitrix sæpè pecu-
8 latus persuasit, & de iure iniustè victitare, ex publicâ togatâ rapinâ privatæ inopiæ subvenientes. Multumque ad Remp. interest, qui in eam possunt, substantiâ,
9 & possessionibus oppigneratos esse: * alioquì minus erit, quod eos, vel ab administratione iniquâ, vel à iuris venditione contineat. Quotus quisque est, qui in patriæ amore nudam soli natalis philosophiam amet? nec

potiùs, quæ in natali solo possidet? Saltèm quod omni certitudine non vacat, magis locum tuentur, vbì plus gazæ custodiunt. Magìs sua cuique patria dicitur, quæ magìs sua, id est, suo dominio cedit ampliùs: magìsque
10 propria, quæ plura ex proprijs habet. ★ Ideo à Romanis censu electos magistratus Gellius scribit *Lib. 16. Noct. Attic. Cap. 10. Quoniàm res, pecuniaque familiaris, obsidis vice, pignorisque esse apud Remp. videbatur; amorisque in patriam fides quadam in eâ firmamentumque erat.*
11 ★ Quâ etiam ratione, absque singulari decreto, prædia sua prohibentur abalienare Decuriones, quô scilicet non interveniente venditio revocatur, emptor pretium, & fructus amittit *Tot. Titul. C. de Præd. Decur.* cùm multis alijs locis *ibidèm* ab Amayâ citatis. Vndè etiam possessores nuncupantur *in L. 1. ff. de Decret. ab ord. fac. & L.*
12 *Vt quisquis 6. C. de Omn. agr. des.* ★ Adeoque capite censi, seu proletarij cives sub signa non recipiebantur. Petrus Gregorius *Lib. 19. Syntagmat. Cap. 3.* & optimè de literis meritus D. Nicolaus de Castro *in Repet. ad Titul. C. de Capit. civ. cens. exim. Num. 4.* ★ Nisi tumultuariè,
13 in maximo discrimine, seu penuriâ conscriberentur.
14 Agellius *Lib. 16. Cap. 10.* ★ Olim etiam dimidia donativi pars apud signa militibus retinebatur, quô dulciùs illa diligerent, amariùs desererent. Vegetius *de Re milit. Lib. 2. Cap. 20.* Lipsius *de Milit. Roman. Libr. 1. Dial. 2.* Salmuthius *ad Memorab. Pancirol. Titul. de Morib. in*
15 *bell. vsurp. ad illud: In quatuor legiones dividebant.* ★ Optima ideò (Chokier *in Not. ad Onosandr. Cap. 10. de Excubijs*) stationum disciplina est, si in hostibus facillimo vrbis locô, vbì insidiosa mœnia, maximaque in conservando vtilitas, cives opulentiores imponantur excubijs, quibusque in direptione vertuntur, sumptuosa discrimina: ij enim draconum acie, patefactis somno in ipso valvis oculorum, aureo velleri, aureis Hesperidum pomis invigilabunt, ne quà erumpentibus hostilibus

ar-

armis, in communi clade, suæ quoque naufragentur
16 opes. * Quemadmodùm è conversò læva de his concipitur opinio, qui ad limites eius, cui bellum dicendum faciendumque, agros habent; quod tantoperè viget, vt plures apud populos lege cautum fuerit, ne huiusmodi cives ad illius belli consilia admitterentur. *Quasi* (ait Aristoteles *Pol. Lib. 7. Cap. 10.*) *ob privatam sui causam, rectè consilium dare non valentes*

In pauperes satìs, neque enim quotquot vberrimè adduci poterant, immorari fas est, nunc in divites. Non leviora reperiri videntur in magistratuum potentiâ
17 Reip. incommoda. * Nam rebus affluentes, vt plurimùm, elati, despicaces inferiorum ordinum evadunt. Et sanè humanæ gentes auro gravidæ intumescunt, & quò minùs egêre norunt; vndè aliorum spiritus deprimuntur, dedidicere iam pridē. Hinc in obnoxiam plebem grande supercilium, spiritus crispati, & vastum
18 imperium. * Dein continentia dos admodùm in viro civili expetita, rerum omnium copiâ mollescit. Quid experimento notius, quàm divitias luxui propinare, luxuque, insigni malorum hidrâ, humanum genus in omne vitiorum genus effundi? Saltèm huiusmodi hominum sors, non raro, contemptu nescio quô, desidiâ, laborumque odio debitam administrationem declinare renituntur. Præmia non requirunt, qui merendo insudabunt? Domi beatitatem adservant, quid extrà solicitos aget? Nil expectant, quid spectaverint? Negotiorum fuga docere anhelant opulentiam illam, non petitione quæsitam, sed sanguine, sed naturâ. Si quid tribunalis fungi necesse est, vitam operosissimam, cōqueruntur. Denique magistratui, subcisivo velut muneri post salutationes pomposas, cæteràque faustûs solemnitatem locum assignant.

Neque ideo * nonnullis sedatur aviditas, & insa-
19 tiata cupido, qui stygius ignis eis ipsis, queis vescitur

opi-

opibus, accenditur, & augetur, tantoque perniciosior ditioribus, quàm pauperibus rapacitas, quantò illi maioribus inhiant, qui plura possident, amplioresque gerunt sinus, quos delictum expleat inultū, vt iuxta Martialem *Lib.* 1. *Epig.* 22. liceat dixisse.

Servantur magnis isti cervicibus vngues,
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus.

Alia suppeditant Simancas *de Primogen. Hisp. Lib.* 3. *Capit.* 18. & 19. Canonherius *in Aphor. Hipp. Lib.* 2. *Apho-*
20 *rism.* 28. *Tom.* 1. pluresque alij. ★ Vnde Dynastæ, seu potentiores in Prætores seligi prohibentur *in L.* 2. *Tit.* 5. *Li.* 3. *Recop.* Atq; satius esse pauperes Reip. muneribus adhiberi, largè defendit Velascus *D. Part.* 1. *Quæst.* 6. *à Num.* 28. Conradus Lycosthenes *in Apophtheg. Titu. de Magist. delectu.*

Aristoteles 4. *Politic. Cap.* 11. & ex eô Alphonsus Rex *in L.* 2. *Titul.* 9. *Parti.* 2. ibique ★ Gregorius medio-
21 critatis beatitudinem hic capiendam docent, vt nec Cræsus, nec Irus præficiendus sit, nec divitijs stagnantes, nec minùs re domesticâ prorsùs emuncti: nam illi, quos vbertas parêre dedocuit, non civilitèr imperant, sed superbè: At inopes educati nebulosè, non civilitèr, sed servilitèr. Giphanius *ad Aristote. vbi proximè.* Petrus Gregorius *de Rep. Lib.* 4. *Cap.* 5. *Num.* 18. Tympius *in Specul. Princip. Part.* 2. *Sign.* 42. Carbonarius *del Gobern. Lib.* 2. *Cap.* 9. Galganetus *de Iur. publ. Lib.* 2. *Tit.* 5. *Numer.* 35. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 2. *Cap.* 12. *Num.*
22 22. ★ In quam sententiam semper mihi arrisit ex Valerio *Lib.* 6. *Cap.* 4. *Num.* 6. responsum illud Scipionis Æmiliani. Nempè in Senatu cùm Servius Sulpitius Galba, Aureliusque Cotta contenderent, vter in Hispaniam mitti deberet contra Viriatum: pòst plurimum

Patrum dissidium dixit Æmilianus: *Neutrum mihi placet; quia alter nihil habet, alteri nihil est satis.*

Quod in re ventilari negat, ★ est virtutem quacunque gestatam fortuna exornandam esse; sive purpura, & bysso fulgidam, sive involutam centone. Lux hæc animi nobilissima, nec sordes, qua fertur contrahit, nec auro pallet, tam in cynico grabatulo, quàm Attalica inter aulæa indemni dignitate corruscat: toti humanæ naturæ æquo nutu connivet, nullum ardentem dedignatur amatorem, facillimis quoscumque anhelantes complectitur vlnis: Sæpiusque ad humile tugurium gaudet descendere, & integra maiestate ius hospitij cum abiectis inire, quos ad honorum apicem postea subvexit: *Ne postquàm ipsa pervicerit; in vllo genere hominum inhonorata esset.* Vt P. Decius apud Livium aiebat *Lib. 10. Cap. 25.* ★ Certè paupertatem spontaneam priscis Crati, similibusque adumbratam, & altum opum contemptum aptissimum esse decus gubernaturo, probat D. Thomas *de Regimin. Princip. Libr. 4. Cap. 15.*

(margin numbers in this paragraph: 23 beside "cunque gestatam…", 24 beside "bat Lib. 10…")

25 Cætera verò æquales, infra controversiam est ★ divites præituros. Eam obtinent prærogativam inter eas, quas recensuit Maynerius *in L. Qui rem alienam 166. ff. de Regul. Iur.* *Bona est equidem virtus* (ait Æneas Sylvius *de Gestis Basil. Concil. Lib. 2. circa fin.*) *sed multum interest, an in potente sit, an in paupere.* Cornelius Benincasius *de Paupert. & eius privil. Quæst. 4. Num. 41.* Borrellus *de Magistrat. edict. Lib. 1. Cap. 13. Num. 19.* Tympius *in Specul. Princip. Part. 2 Sign. 42.* Valenzuela *Consil. 166. Num. 88.* Ioannes Maria Campana *de Requis. ad commendab. Iud. creat. Num. 86.* Post D. Thomam *de Regimin. Princip. Lib. 4. Cap. 20.* Dives enim, præter nuper allegata, potis erit, vt de Rege loquens apud Stobeum aiebat Diogenes, *Amicos beneficijs obstringere, atque indigentibus suppeditare.* ★ Nihil profectò magistra-

26

tum agenti clarius, nil quò magis dignitati addat splẽdorem, quàm si in amicos, vel ignotos; munificentiam relaxet, alijsque proficere valeat: Nil pulchrius, nil aptius, quàm vt qui posit, prosit. Optima *L. Restituendæ* 6. §. *Adhæc*, C. *de Advoc*. 2. *Ad hæc* (inquit) *altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur, quos vnius solùm nomine eiusdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente, seu qui ex Provincijs suis, vel ex amicis voluerint.*

Ea insupèr ratio potest in paupertatem intorqueri.
27 *Qui inter rerum affluentiam virtuti fidem præstitit incorruptam, is profectò genium habet optimæ temperaturæ: nihilnon ei potest committi viro divitiarum ad ictum probato: auri quippe examen ab igne, humani autem ingenij ab auro est. Pauper verò eiusmodi fornacèm ignorans, certiùs nescitur an imperio adepto sit abusurus ad fastum, superbiam, sævitiem, aliorum oppresionem, & tyrannidem? An verò idem qui fuerat inops, perseverabit potens: Nam vt Tullius *in Orat. 2. de Leg. Agrar. contra Rullum* scripsit: *Singularis homo privatus, nisi magnâ sapientiâ præditus, vix facilè sese regionibus officij magnis in fortunis, & copijs continet.* *Sæpè for-
28 tuna humilis mentitur ingenium, sub eoque cineris squalore multus dormire solet ignis. At postquàm locò, & facultate potentes se in exercendi tempore conspiciunt virulentas artes, arrogantiam, luxuriam, avaritiam: *extemplò explicatur mòdò demissus egenus:
26

———— Ceu lubricus altâ
Anguis humo, verni blanda ad spiramina solis
Erigitur liber senio, & squalentibus annis
Exutus, latisque minax intervirent herbis.
Ah miser, agrestum si quis per gramen hianti
Obvius, & primò siccaverit ora veneno.

pumatissimique delectus doctrina, quæ quidem pueris potienda parvi constat: imò illis inevitabilis obtruditur, eis scilicet ab annis, queis maxima est auscultationum tenacitas, vbi imperiosa, efficax, suavissima præstò est præceptoris ratio: Dum nec invisa pueris ferula pensum indicit, nec onerosa philosophia compellit; sed vi eâdem, facilitate, necessitateque, quâ vivere, adolescere debent, eâdem pedetentim Senatorijs, alijsve acroamatibus imbuuntur. Rei dedimus illustrationem *in 1. Part. Cap. 11.* Vndè Philostratus *in Sophistis: Suavia* (inquit) *studia illa sunt, quæ à parentibus, & maioribus insunt: meliores quoque artes, quæ hæreditariò iure comparantur.*

29 Indè * paritèr è Rep. esse censuere sapientes, ne filij à paternis artibus, vivendique methodo resiliant. Quod *in L. 1. Nostr. Titul.* probant DD. * & apud Ægyptios observari tradit Diodorus Siculus *Lib. 1. Capit.*
30
31 *61. & Lib. 2. Cap. 8.* * apud Lacedæmones Plutarchus
32 *in Licurg.* Apud Indos Strabo *Lib. 15.* * Orientales communitèr, Malabares, Iaponas, Sinas Ioannes Barros *Capit. 3. Libr. 9. Dec. 1.* Sublimis Camoens *Cant. 7. Estanc. 38.*

Nem os filhos teràm outro exercicio
Se nã o de seus passados ate à morte.

Vbi eximius eius Commentator Emanuel Faria Sousa. Boterus *Delle Citta, Fol. Mihi 47.* qui in eam causam refert summam Sinarum in omni artificio perfectionem: *Perche i figlivoli sono obligati, à fare il mestiero, che fa il padre. Onde perche nascono quasi con l' animo determinato all' arte paterna, e il padre non li cela cosa alcuna, e gl' insegna con ogni affetto, assiduita, diligenza, sollecitudine; gli artesicij si riducono à quel supremo grado di bellezza, e di compimento, che si può desiderare.* Et infr. *Onde auuene che gli artefici sono infiniti, è che i fanciulli apena nati, sannola-*

vo-

vorare, è le fanciulle istesse. Gabriel Zinanus *de Ration: optim. imp. Lib.* 11. *Cap.* 4. * qui & idem moris plurimis
33 Germaniæ populis custodiri tradit. * In Romanis e-
34 tiam officialium soboles, vlli præsertim corpori, vel artificum ordini coniunctorum, paternæ professioni nascebantur *L.* 3. *Cum seqq. C. de Fabricens. L. Siquis* 13. *L. Qui aut patre* 15. *C. de Murileg. Lib.* 11. *L. Boëthos* 3. *C. de Tabul. Lib.* 10. *L. Fin.* §. 1. *ff. de Excus. Tut.* Ad eamque vocat *L.* 1. *Nostr. Tit.* & invitant *L.* 11. *&* 13. *C. de Advocat.* 1. *& L.* 3. *&* 5. *C. de Advoc.* 2. dum filijs paternum officium offerunt. *Si solito tempore legum doctrinam meruerint.* Licet adire Fr. Gregorium de Alfaro *de Rep. Cap.* 29.



CAP. V.

Nec facultates desiderantur.

SVMMARIVM.

1. *Inops regendo inidoneus.*
2. *Vix notus in magistratu.*
3. *Illum obscurat.*
4. *Ignobilium officium hominibus Resp: vetita.*
5. *Sacerdotumque inauguratio, sine censu.*
6. *Ne mendicare cogantur.*
7. *Secus scientia exuberante.*
8. *Peculatus suadet egestas.*
9. *Minus publico bono devincit.*
10. *Magistratus ideo censu electi.*
11. *Decurionibus prædium suorum alienatio prohibita.*



ECVNDO rei familiaris penuria remittitur, in insignium genitis non est facultates desiderare; illis pro censu paterna sunt merita. Suppetunt opes, quas sors nascendi reddit, natum felicitans; fortunæque illæ, nec furi obnoxiæ, nec Fortunæ. Id etiam indulti condonatur. Cuius cōditio, vt planiùs penetretur: quid circa divites, an inopes Reip. inferēdos docti considerent, non multis exponere, otiosum non erit.

1 Inidoneos æstimari regendò, * quos tenet angustia censûs, dictant Vlpianus *in L. Scripto 6.* Callistratus *in L. Honor. 14. §. de Honoribus ff. de Muner. & honor.* Arcadius, & Honorius *in L. Ad subeunda 46. C. de Decurion.* & Alphonsus Rex *in L. 6. Titul.* 18. *Partit. 2.* D. Thomas *de Regim. Princip. Lib. 4. Cap.* 15. Tiraquellus *de Nobilit. Cap. 3. Num.* 19. Actius *de Lud. Scacchor. Quæst.* 11. *Num.* 18. Monticulus *de Patr. Potest. Cap. Penult. Numer.* 116. Petrus Gregorius *Lib. 47. Syntagm. Cap. 10. à Num.* 15. Æneus Robertus *Rer. Iudicat. Lib. 3. Capit. 2.* Federicus Scotus *Resp. 28. Libr. 6. à Num. 65. Tom. 1.* Scribanius *Libr. 1. Polit. Cap. 27.* Navarrete *in Discurs. Polit. Pagin. 69.* Marquez *en el Govern. Christian. Lib. 1. Cap. 20.* Cum alijs compluribus congestis à Bovadilla *Lib. 1. Polit. Cap. 11. Num. 23.* & à Velasco *de Privileg.*
2 *paup. Part. 1. Quæst. 6. Num. 26. & Seq.* * Indigi quippe vix in magistratu noscuntur, familiæ tenebris, & alto non habendi silentio confusi. Loci splendor squalet, sordet, deturpatur, deprimitur: Populus enim sensibus prorsùs immersum animal; simulàc nil ex ijs, quæ tanti facit, deforis sentit bracteari, spernit rectorem, quem eodem ferè oculo inspicit, atque alios egenos. Sordidam Philosophi vocant avaritiam, sed vulgus paupertatem. Numatos verò tantùm non votis colit, & aris.

Inter Numen, & Numum paucissimum putat interesse. Quasi terrarum Deum vnicum nomisma sequitur; si minùs profitetur, observat; imò pluriès ait cum Petronio: Clausum possidet arca Iovem. Sed in hæc a-
3 lij ociosiùs invehantur. * Porrò cùm deformissima rerum credatur pauperies, planiùs loquendo, appâret illâ dignitatem decolorandam, venustatem diluendam.
4 Magerus *de Advoc. Cap. 1. Num. 233.* * Quod minimè Cæsares amaverint, qui, vt decus illud servarent intemeratũ, stabiliere: Nequis ex vltimis negotiatoribus, vel monetarijs, obscuris officijs, aut fœdis ministerijs, quasquam prophanate Reip. dignitates præsumeret, *L. Nequis 6. C. de Dignitat. L. Si Cohortalis 12. C. de Cohortal. L. 1. C. de Præpos. agen. inreb. L. Vnic. C. de Negot. ne*
5 *milit. Lib. 12.* * Sanctissimeque sacra Pontificum iura præcavere, ne vllus in sacrum ordinem inungeretur, ad divinaque promoveretur ministeria; nisi queis, vel Ecclesiastici proventus, vel rei domesticæ copia tuta sit, vndè vivere possint honestè. Tridentin. *Sess. 21. de Reformat. Capit. 2. Cap. Sacerdotibus 11. Quæst. 1. Deuteron. Cap. 15.* ibi: *Non sit mendicus inter vos, Cap. 1. Distinct. 70.*
6 *Cap. Diaconi, circa med. 93. Distinct.* * Ne cum ordinis dedecore mendicare cogantur. Vt pluribus illustrat
7 Remirez *de Leg. Reg. §. 30. Num. 9.* * Quod æquissimè restrictionem illam imbibit: Ni scientia exuberans pro patrimonio sit. Gonzalez *in Reg. 8. Cancellar. Gloss. 4. Num. 36.*

Quid? quòd egestas * pessima monitrix sæpè pecu-
8 latus persuasit, & de iure iniustè victitare, ex publicâ togatâ rapinâ privatæ inopiæ subvenientes. Multumque ad Remp. interest, qui in eam possunt, substantiâ,
9 & possessionibus oppigneratos esse: * alioqui minus erit, quod eos, vel ab administratione iniquâ, vel à iuris venditione contineat. Quotus quisque est, qui in patriæ amore nudam soli natalis philosophiam amet? nec

po-

potiùs, quæ in natali solo possidet? Saltèm quod omni certitudine non vacat, magis locum tuentur, vbì plus gazæ custodiunt. Magìs sua cuique patria dicitur, quæ magìs sua, id est, suo dominio cedit ampliùs: magìsque
10 propria, quæ plura ex proprijs habet. ★ Ideo à Romanis censu electos magistratus Gellius scribit *Lib. 16. Noct. Attic. Cap. 10. Quoniam res, pecuniaque familiaris, obsidis vice, pignorisque esse apud Remp. videbatur; amorisque in pa-*
11 *triam fides quadam in eà firmamentumque erat*. ★ Quâ etiam ratione, absque singulari decreto, prædia sua prohibentur abalienare Decuriones, quô scilicet non inter veniente venditio revocatur, emptor pretium, & fructus amittit *Tot. Titul. C. de Prad. Decur.* cum multis alijs locis *ibidèm* ab Amayâ citatis. Vndè etiam possessores nuncupantur *in L. 1. ff. de Decret. ab ord. fac. & L.*
12 *Vt quisquis 6. C. de Omn. agr. des.* ★ Adeoque capite censi, seu proletarij cives sub signa non recipiebantur. Petrus Gregorius *Lib. 19. Syntagmat. Cap. 3.* & optimè de literis meritus D. Nicolaus de Castro *in Repet. ad Titul. C. de Capit. civ. cens. exim. Num.* 4. ★ Nisi tumultuariè,
13 in maximo discrimine, seu penuriâ conscriberentur.
14 Agellius *Lib. 16. Cap. 10.* ★ Olim etiam dimidia donativi pars apud signa militibus retinebatur, quô dulciùs illa diligerent, amariùs desererent. Vegetius *de Remilit. Lib. 2. Cap. 20.* Lipsius *de Milit. Roman. Libr. 1. Dial. 2.* Salmuthius *ad Memorab. Pancirol. Titul. de Morib. in*
15 *bell. vsurp. ad illud: In quatuor legiones dividebant*. ★ Optima ideò (Chokier *in Not. ad Onosandr. Cap. 10. de Excubijs*) stationum disciplina est, si in hostibus facillimo vrbis locò, vbì insidiosa mœnia, maximaque in conservando vtilitas, cives opulentiores imponantur excubijs, quibusque in direptione vertuntur, sumptuosa discrimina: ij enim draconum acie, patefactis somno in ipso valvis oculorum, aureo velleri, aureis Hesperidum pomis invigilabunt, ne quà erumpentibus hostilibus

ar-

armis, in communi clade, suæ quoque naufragentur
16 opes. * Quemadmodùm è conversò læva de his concipitur opinio, qui ad limites eius, cui bellum indicendum faciendumque, agros habent; quod tantoperè viget, vt plures apud populos lege cautum fuerit, ne huiusmodi cives ad illius belli consilia admitterentur. *Quasi* (ait Aristoteles *Pol. Lib. 7. Cap. 10.*) *ob privatam sui causam, rectè consilium dare non valentes*

In pauperes satìs, neque enim quotquot vberrimè adduci poterant, immorari fas est, nunc in divites. Non leviora reperiri videntur in magistratuum potentiâ
17 Reip. incommoda. * Nam rebus affluentes, vt plurimùm, elati, despicaces inferiorum ordinum evadunt. Et sanè humanæ gentes auro gravidæ intumescunt, & quò minùs egêre norunt; vndè aliorum spiritus deprimuntur, dedidicere iam pridē. Hinc in obnoxiam plebem grande supercilium, spiritus crispati, & vastum
18 imperium. * Dein continentia dos admodùm in viro civili expetita, rerum omnium copiâ mollescit. Quid experimento notius, quàm divitias luxui propinare, luxuque, insigni malorum hidrâ, humanum genus in omne vitiorum genus effundi? Saltèm huiusmodi hominum sors, non rarò, contemptu nescio quô, desidiâ, laborumque odio debitam administrationem declinare tenituntur. Præmia non requirunt, qui merendo insudabunt? Domi beatitatem adservant, quid extrà solicitos aget? Nil expectant, quid spectaverint? Negotiorum fuga docere anhelant opulentiam illam, non petitione quæsitam, sed sanguine, sed naturâ. Si quid tribunalis fungi necesse est, vitam operosissimam, cōqueruntur. Denique magistratui, subcisivo velut muneri post salutationes pomposas, cæterāque faustûs solemnitatem locum asignant.

Neque ideo * nonnullis sedatur aviditas, & insa-
19 tiata cupido, qui stygius ignis eis ipsis, queis vescitur

opi-

opibus, accenditur, & augetur, tantoque perniciosior
ditioribus, quàm pauperibus rapacitas, quantò illi ma-
ioribus inhiant, qui plura possident, ampliores que ge-
runt sinus, quos delictum expleat inultũ, vt iuxta Mar-
tialem *Lib. 1. Epig. 22.* liceat dixisse.

Servantur magnis isti cervicibus vngues,
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus.

Alia suppeditant Simancas *de Primogen. Hisp. Lib. 3. Ca-
pit. 18. & 19.* Canonherius *in Aphor. Hipp. Lib. 2. Apho-
20 rism. 28. Tom. 1.* pluresque alij. * Vnde Dynastæ, seu
potentiores in Prætores seligi prohibentur *in L. 2. Tit.
5. Li. 3. Recop.* Atq; satius esse pauperes Reip. muneribus
adhiberi, largè defendit Velascus *D. Part. 1. Quæst. 6. à
Num. 28.* Conradus Lycosthenes *in Apophtheg. Titu. de
Magist. delectu.*

Aristoteles 4. *Politic. Cap. 11.* & ex eo Alphonsus
21 Rex *in L. 2. Titul. 9. Parti. 2.* ibique * Gregorius medio-
critatis beatitudinem hic capiendam docent, vt nec
Cræsus, nec Irus præficiendus sit, nec divitijs stagnan-
tes, nec minùs re domesticâ prorsùs emuncti: nam illi,
quos vbertas parêre dedocuit, non civilitèr imperant,
sed superbè: At inopes educati nebulosè, non civilitèr,
sed serviliter. Giphanius *ad Aristote. vbi proximè.* Petrus
Gregorius *de Rep. Lib. 4. Cap. 5. Num. 18.* Tympius *in
Specul. Princip. Part. 2. Sign. 42.* Carbonarius *del Gobern.
Lib. 2. Cap. 9.* Galganetus *de Iur. publ. Lib. 2. Tit. 5. Nu-
mer. 35.* Mastrillus *de Magistrat. Lib. 2. Cap. 12. Num.
22 22.* * In quam sententiam semper mihi arrisit ex Vale-
rio *Lib. 6. Cap. 4. Num. 6.* responsum illud Scipionis
Æmiliani. Nempè in Senatu cùm Servius Sulpitius
Galba, Aureliusque Cotta contenderent, vter in Hispa
niam mitti deberet contra Viriatum? post plurimum

tum agenti clarius, nil quò magis dignitati addat splẽdorem, quàm si in amicos, vel ignotos, munificentiam relaxet, alijsque proficere valeat: Nil pulchrius, nil aptius, quàm vt qui posſit, prosit. Optima *L. Restituendæ 6. §. Adhæc, C. de Advoc. 2. Ad hæc* (inquit) *altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur, quos vnius solùm nomine eiusdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente, seu qui ex Provincijs suis, vel ex amicis voluerint.*

Ea insupèr ratio potest in paupertatem intorqueri.
27 ⋆Qui inter rerum affluentiam virtuti fidem præstitit incorruptam, is profectò genium habet optimæ temperaturæ: nihil non ei potest committi viro divitiarum ad ictum probato: auri quippe examen ab igne, humani autem ingenij ab auro est. Pauper verò eiusmodi fornacem ignorans, certiùs nescitur an imperio adepto sit abusurus ad fastum, superbiam, sævitiem, aliorum oppressionem, & tyrannidem? An verò idem qui fuerat inops, perseverabit potens: Nam vt Tullius *in Orat. 2. de Leg. Agrar. contra Rullum* scripsit: *Singularis homo privatus, nisi magnâ sapientiâ præditus, vix facilè sese regionibus officij magnis in fortunis, & copijs continet.* ⋆ Sæpè for-
28 tuna humilis mentitur ingenium, sub eoque cineris squalore multus dormire solet ignis. At postquàm locò, & facultate potentes se in exercendi tempore conspiciunt virulentas artes, arrogantiam, luxuriam, avaritiam: ⋆extemplò explicatur modò demissus egenus:
26

——— Ceu lubricus altâ
Anguis humo, verni blanda ad spiramina solis
Erigitur liber senio, & squalentibus annis
Exutus, lætisque minax intervires herbis.
Ah miser, agrestum si quis per gramen hianti
Obvius, & primò siccaverit ora veneno.

Ni-

Nisi * avidis ganeonibus eos mavis æquare, quorum
30 cùm longa ieiunia fauces occupaverint hiulcas, sic in dapes irruunt, quasi Maronianæ Celænus vaticinio, ipsi etiam mensæ comminetur fames effusa. Vt Victor *de Cæsarib.* in hunc cogitatum inquit: *Compertum habeo humillimos quosque, maximè vbi alta accesserunt, superbiâ, atque ambitione immodicos esse, dum animus potentiæ ex-*
31 *pers, tanquam inediâ refecti insatiabilis est.* * Tunc humore infuso manifesta fit vrceoli rima; non quòd aqua vitium effecerit, sed quâ parte insyncerus esset, deficiens vnda revelat: vt aptissimè inquit Mariana *de Reg. & Reg. Institut. Lib.* 1. *Cap.* 3. in verba hæc: *Frequentèr contingit, pauperes, cùm repentè facti sunt divites, seu honores adepti sunt, graves, intolerandosque existere in magistratu, omniũque rerũ licẽtiâ mores cõmutari, aut apparere indolem vitiorum, naturæ perversitatem, quæ priuatæ fortuna humilitate tegebatur: non secùs, ac quassati vasis vitiũ humore*
32 *infuso perspicitur.* * Non immeritò Senatores illi, qui frugalitatis, & continentiæ normam edixere Reip. suæ, optima melioris frugis exemplaria, quamvis ex tenui fortunâ in Senatum illecti, & fortunarum cumulum; pristinum tamen animum, pristinam retinuere parcimoniam, Tacito 3. *Ann. Cap.* 55. commendati. *Simùl* (inquit) *novi homines à Municipijs, & Colonijs, atque etiam Provincijs in Senatum crebrò adsumpti, domesticam parcimoniam intulerunt, & quamquàm fortunâ, vel industria plerique pecuniosam ad senectam pervenirent; mansit tamen prior animus.* Hanc melioris fortunæ subitam
33 insolentiam vividissimè taxat * Vlpianus *in L. Prætor edixit* 7. §. *Prætereà ff. de Iniur.* inquiens: *Neque enim ferre Prætor debet, herì servum, hodiè liberum conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit, vel quòd leuitèr pulsaverit.* Preme illud *Heri servum, hodiè liberum*, quasi liberti conditione non delibatâ, subitò liber evaserit, imò liberrimus. Illustrant Cujacius *in Novel.* 6. & Anto-

nius

nius Muretus *Obſervat. iur. Cap. 5.* Et vide petulantem homulum, quàm de improviſo tenereſcat! Debuit ſcuticâ fortè durata cutis dieculam durare, vt minùs plagas ſentiret, nedùm levitèr pulſantem: debuerunt aurès forsàn maſtigâ, furcifero, cæteroque Plautino nomenclatore adhuc non puræ, ſcomma deglutire. Talis in humanis rebus eſt ſuperbiæ natura, vt abſque gradibus faciliùs, velociùs aſcendatur. Quod planiùs perſpicies, ſi ancillam illam noveris noſtri nuperi delicatuli ſervi, vt videtur, conſortem ⋆ *in Novel. 22. de Nuptijs,*
34 *§. Iucundum.* Quæ heri amore â ſervitute ad iuſtum thalamum manuducta, vt primùm in dominam incaluit, iamque altiùs vivere, cothurnata fumos venari, mundo ſerico ſplendere, non, vt modò, inter cacabos, ſed oſtro cœnatura diſcumbere, non de menſæ analectis, ſed de pretioſis tucetis victitare. Quid? Eveſtigiò in tantũ inflata eſt muliercula, vt virum ipſum nauci pependerit, ſuaque illum ſibi habere iuſſerit, illìc: *At illa, vt videtur, elata, & epulata ſolverit circa manumiſsionem matrimonium.*

35 Cur ⋆ eiuſmodi deterior ſtatus humanis animo, & ingenio accidant, de inopiâ ad copiam, ac celſitudinem ſubitò mutatis, rationem luſtravit Ariſtoteles *Libr. 2. Rhetor. Cap. 16.* Quia ſcilicet illi homines nondũ divites eſſe, nondùm poſſe didicere, nondumque caſtigatis vtuntur divitijs, quarè ſubitæ potentiæ fructum in contumelijs, arrogantiâ, & ſuperbiloquentiâ poſitum putant. ⋆ Quòd ſi plus ad Phyſices intranea de-
36 ſcendere liceat, venaturis originem; hanc philoſophatur ſolertiſsimus Huartus *in ſuo Exam. Cap. 7.* Nempè qui ex humiliori ſorte ad excelſam inſiliunt, corporeum temperamentum commutant; fauſtitate videlicet, pinguiori lætitiâ, proſperitate, & deliciarum amplitudine, antiquam illam amittunt ſiccitatem, ex dolore, laboribuſque procedentem, quæ mentem vegeta-

bat miseria, quæ intellectum colebat vexatio: in locum que ariditatis illius, humida, & vaporosa succedit temperatura, quà nulla magìs inimica menti. Vndè vetera phantasmata, memoriæque simulacra delentur, ingenium degenerat, nequiorque animi intemperies oborta ad nequiora propellit. Ad rem plura diffundunt D. Thomas *de Regimin. Princip. Lib. 4. Cap. 7. & 8.* Rebuffus *de Privileg. Scholar. Privileg. 104. Num. 2.* Bobadilla *Lib. 1. Polit. Cap. 3. Num. 40.* Marquez *en el Governad. Christian. Lib. 1. Cap. 3.* Remirez *de Leg. Reg. §. 7. à Num. 14.* Savarus *ad Sidon. Lib. 4. Epist. 14.* Contzenus *Lib. 8. Polit. Cap. 20. §. 4.* Arnisæus *de Repub. Lib. & Cap. 2. Sect. 4. Num. 122.* Carbonarius *del Gobern. Li. 2. Cap. 6.* Auctor Aulici inculpati *Cap. 11.* Staibanus Iunior *Res. For. 100. à Num. 339.*

Verùm autem verò * nil ex præmissis ligat eos,
37 qui ex probis, & egregiè in munere versatis, progenerati sunt, vt exigui patrimonij echeneis eos præpediat, à publicisque munijs remoretur. Imò iuvat, anticipat. Cùm rationes in inopes adductæ, in filios si quæ militant, vegetioribus alijs pro his stantibus enerventur, iuxta Text. *in L. Si debitori 47. in fin. ff. de Fideiuss. L. Cui pacto 5. ff. de Serv. export.* Quas omnes pro filijs causas inferiùs tibi largus proponam.

Nec quòd inops ob facultatum, aut facultatis defectum, cum immoderati animi vitijs manus potiùs non conseruit, quàm superavit: dum dives, & pugnarit, & vicerit; nostris obstat. Nam qui sub paterno magistratu adoleverunt, nec in abiecto rerum statu enutriti, nec tenebrosâ educatione vilescentes, incusari nequeunt, quòd rerum copiam ignorent de facie. Vndè nec temperamentum invertetur dominatu, cui ab infantiâ domi versanti consuevere. Iam quidē posse sapiunt; Iam cicures divitias, & à parente castigatos resument honores.

Rur-

38 Rursus* si ab inexpertâ potestate suspicio eos agit in deterius; parte aliâ de stirpe sumpta præsumptio eos in melius longè restituit. Validiorem autem hanc illâ esse, vel indè patet, quòd favens in naturâ consistit; obsistens in accidenti externo firmatur, inconstanti, & adventitio. Menochius *Libr. 6. Præsumpt.* 28. *Numer. 6.* * Nervosior autem est coniectura illa, quæ na-
39 turæ, quàm quæ accidenti nititur, *L. Eum qui probabilem 19. C. de Episc. & Cler. vbi not.* Baldus *Num.* 2. Menochius *de Arbitr. Lib. 2. Cent. 5. Cas. 472. Num.* 19. & *de Præsumpt. Lib. 1. Quæst. 29. Num. 9.* Prævaleat igitur iuxta Text. *in L. Divus* 8. *ff. de In integr. restit. & ibi* Glossa, Mantica *de Coniect. Lib. 12. Titul. fin. Num. 7.* Grammaticus *Cons. 13. Num. 7.* Menochius *de Præs. Libr. 1. Quæst. 30. per tot.* Roxas *de Hæretic. 1. Part. Num.* 332. *
40 Quoniam non tanta est fortunæ bonis virtus corruptiva virtutis, quanta optimæ indoli transfusæ, vt fas, rectum colatur, augeatur, & perseveret. Illa enim quãvis invitent, non trudunt, licèt pelliciant, non rapiant. * Genus verò probitatis à naturâ, intra liberta-
41 tis aream strictissimam quandam necessitatem imponit: vt præclarè Boëthius *Lib. 3. de Consol. Pros. 6.* Osorius *de Nobilit. Civil. Lib. 2. Capit. 7.* Lucas de Penna *in L. Mulieres 13. Num. 9. C. de Dignitat. Lib. 12.* Iacobus Tapia *de Tripl. bon. Lib. 3. Pag.* 389. Simancas *de Primogen. Hisp. Lib. 1. Cap. 19.* Remirez *de Leg. Reg. §. 13. Nu. 9.* Pichardus *de Nobilit. comm. inter vir. & vxor. Num.* 8. Xammarius *de Offic. Iud. & Adv. Part. 1. Quæstion. 1. Num.* 32.

Et ne peregrè aberrem, vt sententiæ isti de paupe-
42 rum natorum antelatione, firmitudinẽ addam; *Legis ipsius nostræ sanctio est; facil eque id notaveris, cũ sic textus se habeat. Si parens vltimum clauserit dimicando diem, primogenitus filius in eius locum succedens, easdem annonas obtineat, additurque: *Manifestum au-*

tem est maiorem natu, in quem eiusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum. Manifestum autem est, familiam, quæ ab erogatâ fraternę annonæ stipe sus penditur, non aliundè fore copiosam; rectèque primò geniti ante munus adeptum arguitur inopia. Quæ tan tùm abest, vt consecutionem impediat, quin potiùs sit in causâ conscensûs, de quô posteà latiùs *Cap*. 16.



CAP. VI.

Officium venale gratìs impenditur.

SVMMARIVM.

1. *Ad officium venale filij præferuntur.*
2. *Minori pretio.*
3. *Gratìs.*
4. *Probatur* ex LL.4.& 5.C.de Advoc.2.
5. Ex LL.4 & 7. cod.
6. *Officia extinguenda, propter natos substinentur.*
7. *Suffragium quid? Et Num.*9.
8. *Magistratus pernicio sè distracti.*
10. *Pecunia merita æqui pollent.*
11. Ex Nov. 35. *fulcitur sententia.*
12. *Militiæ venales, & transmissibiles quæ?*
13. *Filijs gratuitum facturi, officium rectè gerent.*



FI-



ILIIS prætereà Leges adfavent, vt paternum officium venale prehendant; eosque faciunt potiores reliquis alijs ad munus pretio redimendum adspirãtibus. Quàm, & quì hæc indulgentia procedat, videre licet.

Carolus Tapia *in sua Iure Regn. Titul. de Offic. Procurat. Cæsar in Cap. In primis 60.* & Antonius Novarius *in Schol. ad nostr. Titul.*
1 ★ Cùm venale officium gerenti natus superest, emptoribus cæteris preferendum, cum hàc solùm indeterminatione affirmant.

2 Capiblancus *Singul. 60.* ★ amiciùs, & signatiùs pro filio sentit: videlicèt etiam minus erogantem, faciendùm voti compotem, & *de Baronib. Pragmat.* 8. *Part.* 1. *Num.* 43. trientem, seu quadrantem remittendum præscribit: Quod apud Siciliæ Proreges, Regijque patrimonij tribunal in praxin concessisse, tradit Mastrillus *de Magist. Lib.* 1. *Cap.* 28. *Num.* 8.

Quod hi auctores largiuntur abripio: contractiori tamen manu opitulantur liberis nostris. Vellem eos liberaliores, & quantuncunque largirent, nil spondeo prodigerent. Etenim hæc æqualitatis prælatio, aut paululùm extensior, iam dudùm, vt ignobilior favor nobis displicuit. Sed quid parens in eò munere meruisset, non aspexere fortassìs: quò animadverso credo futuros
3 munificentiores. ★ Ego autem hàc in re sic cẽseo: quotiès venale officium occurrit, parentis respectu, ante quóscunque aliòs traducendum est in filium; nõ modò si ęqualia solvat, aut pauciora, verũ omninò gratìs, nullaque pretij habitâ mentione.

4 Quod mihi persuasere ★ Textus *in L. Iubemus* 3. *&* *L.* Petitiones 5. §. *Et filios, C. de Advoc.* 2. vbì sancitur Advocatorum filios, seu fisci Patronatum deponentium, *Gratìs, & sine sumptibus* legi. Quid compertius? Aliud

gratis, aliud *sine sumptibus*, verba designant: capienda vtraque proculdubiò pro diversis, quæ planè his vocibus intelliguntur, hoc est: *De valde, y sin propinas*, nullis enim alijs vteretur, qui Legem ad scopum effinxisset.

5 Quibus respondet * Text. *in L. Laudabile 4. §. 1. C. Eod.* quæ iubet fisci Patronorum filios Notariorum Tribunûm (id est Secretariorum Principis. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib. 3. Cap. 9.* Savarus *ad Sidon. Lib. 5. Epist. 9.* Larrea *Allegat. 51. Num. 31.*) consortio inseri, sacras epistolas *Sine quadam suffragij solutione percepturos.* Et Text. *in L. Per hanc 7. C. Eod.* sancienti in foro Præfecti Vrbi Advocatorum numerum ad LXXX. redigi: & ne quis ad Collegium adspiret, priusquàm ad numerum illum decrescatur: *Nisi vel eorum filij* (* Nota, in
6 filiorum privilegium alias extinguenda officia conservari. Cui marita Legem illam 16. *Titul. 3. Lib. 7. Recop.* datam *sup. Cap. 4. Num. 25.* Hæc obiter, ne ad aliud privilegij caput divertamus) *qui triginta priorum obtinent numerum; facundiæ studijs eruditi, gratis videlicet, & sine vllo suffragio.* Vbì * vox hæc *Suffragium,* interprete Pan
7 cirolo *Lib. 2. Variar. Cap. 198.* quem sequitur Augustinus Barbosa *in Collectan. ad eandem L. 4.* Nihil aliud significat, quàm pretium pro munere pendendum: *Vt in Auth. vt Iudic. sin. quoq. suffrag. fi.* Vbì Iustinianus inhibet magistratus in posterum fore venales. * Quippe
8 mos insalubris invaluerat, vt distraherentur, exemplo sanè in primis pernicioso, & in ipsius Romanæ libertatis interitum. Besoldus *Dissertat. de Magistrat. & Censor. Cap. 1. Num. 12.* illustratque inter Consiliarios Regios conspicuus D.D. Christophorus Moscoso & Cordova, in singulari Tractatu, quem de inhibendà magistratuum nundinatione publico bono conscripsit, tanti quidem Apellis lineam, fusiora daturi; ni publica Hispaniarum salus, ingenij astrum, primum eruditionis

ver,

ver, prudentiæ abyssum curis vsurpasset regalibus. Vir si retrò meremur, primarum gentium proavis, queis fruitur, dignissimus: si forsàn imitabilis, Senatorum idea: Si ad cœlum suffugit Astræa, cœlum ipse vocandus. Eum cultu effero, non præconijs. Si minùs suspectus laudator, nec beneficijs emptus (in eum siquidem nostra domus inclinata recumbit, ereptumque vetat sensisse parentem) quantus sum, celebraturus Heroëm; si sua sibi lingua esset affectus, quantus est ille. Hunc omninò adi: sin copia non fuerit, de officiorum venditione (vt breviores omittam) profusi sunt Xāmarius *de Offic. Iudic. & Advoc. Part. 1. Quæst. 21. à Num. 1. ad 39* Staibanusque Iunior *in For. Resol. 100. à Num. 38.* Nec omittas Solorzanum *de Ind. Guber. Lib. 4. Cap. 4. à Numer. 14.*

9 Pretium ergo prostituti officij * suffragium vocabatur, honestâ nomenclaturâ, quasi suffragandi causâ Principi solveretur. Quô etiam modô nuncupatur *in Titul. C. de Suffrag.* Iuxta Pancirolum; à quô non dissident Alciatus *Paradox. Lib. 2. Cap. 14.* Duarenus *Disput. Anniv. Lib. 2. Cap. 20.* Osualdus *ad Donel. Libr. 18. Comm. Cap. 11. Lit. D.* Neque enim intererat vtrùm Principi, an Aulicis ipso consentiente, numeraretur pecunia, quominùs officium negaretur divendi. Quandò tale suffragium vera merces erat, & pretium. Quod patefit *in Novel. 6. Quom. opor. Episcop. §. Et hanc.* aienti: *Illud quoque sciat apertè qui pecunijs, aut rebus alijs emerit Præsulatum: quia si prius, Diaconus, aut Præsbiter sit, deindè per suffragium ad sacerdotium veniat, non solùm cadat Episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo, Præsbiterij forsitan, aut Diaconatus.* Et *in L. Vltim. §. Vltim. C. de Silentiar. Lib. 12. Nec ipsam militiam, vel suffragium, quod pro eà datum est.* Et *in L. Quoniam 25. C. Theod. de Decurion.* illic: *Quoniam empta dignitatis obtentu Curias vacuefactas esse, non dubium est, placuit, vt cuncti, qui suffra-*

gi-

Pignor. in hæredes transire militias sub certâ pretij definitione. Cuiacius *in D. Novel.* Extraneorum autem hæredum erat, pretium illud exhibere, non liberorum, quibus pro solatio cedebat, si alius in paternũ officium inferretur. Donellus *in D. L, Vltim. Num.* 2. *C. de Pignor.* * Prædictæque fuere militiæ, de quibus vẽ-
12 di legitur, salariaque præstita pro ipsis *in L. Creditor* 25 *§. Inter venditorem, ff. de Action. Empt.* Vel testamento cum commodis relinqui, *L. Denique* 3. *§. Si quid minori, ff. de Minor.* cum alijs adductis *sup. Part.* 1. *Capit.* 1. *Num.* 10. Cuiacius *in L. Fin. C. de Proxim. sacr.* & *in L. Eis quidem* 5. *C. Qui milit. poss. Lib.* 12. Quas etiam ex casu perperàm nominavit Lælius Taurellus, vt eodem *Num.* 10. Videas Hopperum *de Ver. Iurisp. Libr.* 7. *Titul.* 17.

1 Huic nostro asserto, vt vides, confirmato * consideratio accedit, haud contemnendi momenti. Quidquid enim DD. in munerum subhastationem loquuntur de plaustro; quidquid execrantur, & abhorrent, hâc gratuitâ in filios traductione mirè delinitur, & cavetur. Qui enim alioqui, vt aiunt, quod emunt venderent, libereque sordidè, & temerè in munere, vt in empto diversorio, versarentur, & vt mancipium obnoxium contrectarent; hi quidem ipsi si certiores fiant, locum commissum dignè tractando, seque totos laudabilitèr impendendo, non modò prælationem officij natis relicturos, sed & ipsum officium gratuitum: dubium facessit, quin eas virtutes sedulò curabunt, quæ laudabilem reddunt administrationem. Cùm maximè homini num eiusmodi sors, ideo iustitiam plerunquè prostituat, vt posteros habeat egestatis exortes. Nec ideo credat ego licitanda officia consulere; sed vbi consuetudine, aut necessitate venura sunt; periculis committantibus vellem occurri; idquè non aëreis, exoticis, paradoxis, aut imaginarijs inventis, sed eô

folùm operi mandatò, quod aliundè ratio, & iura fieri iubent.

Omiſi, vt cuique menti obviam, aſſerti noſtri probationem de perſonarum patris, & filij vnitate. Iuri percelebri. Quæ in re noſtrę remunerationis, ſicubì, vigere debet (quandò paternûm meritorum tranſitu magìs vnitèr copulantur perſonæ) vt eius beneficio, nil filius pro eô, quod parens comparaverat, ſoluturus eſſet; ne duplici pretio, idem foret coëmendum, cùm parens olim mercedem largitus, in filio iterùm largiēte reputetur extare.



CAP. VII.

Abſque introitus expenſis adeuntur honores.

SVMMARIVM.

1. *Pro muneribus ineundis certi olim ſumptus.*
2. *Vt militiâ.*
3. *Decurionatu.*
4. *Sacerdotio.*
5. *Aliȷſque magiſtratibus.*
6. *Pro Decurionatu conſuetudo valet.*
7. *Pro beneficijs ſecùs.*
8. *Niſi pios in vſus.*

6. I L.4. & 7. C. de Advoc. 2. expoſitæ.

10. *Vetus* ſuffragium, *an hodierna* annatæ *reſpondeat?*

11. L. 11. C. de Proxim.

12. *Introitus proprijs, ſeu gentilibus meritis remiſſus. & Num. 14.*

13. *Cuiacius repurgatus.*

15. *Doctorum filij absque sumptibus doctorandi.*
16. *Exolevit.*
17. *Nisi Cadomi.*
18. *Lima minoribus expensis.*
19. *Neapoli tenuioribus adhùc.*
20. *Salmantica restituuntur* propinæ.


X Præcitatis Legibus *C. de Advoc.* 2. quæ sine sumptibus filios promoveri iubebant, quartum prætereà privilegium elucet, nec vulgare. Eatenùs non solùm patrium officium, gratis donatur, sed à quibusvis sumptibus, subeundique oneribus liberum, & absolutum: Id est filij nil expendunt pro introitu, vt *ibidèm* explicat Gothofredus. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib.* 3. *Cap.* 1.

1 Moris enim fuit, ★ vt primùm ineuntes munera certam inferrent summam partiendam inter priores constitutos eâ in Militiâ, Scholâ, Officiò, Collegio, Curiâ, Corpore. Cuiacius *in L. Spurij* 6. §. *Minores, ff. de Decurion. sub Lib.* 1. *Resp. Pap.* & *ad L. Vnicuique* 7. *C. de Prox. sacr.* Lib. 12. Notat Beroaldus *ad illud Apuleij Libr.* 7. *Metam. En, inquit, istam sportulam, imò verò dotem*
2 *vestro collegio libens offero.* ★ Vt erogare comparantes militiam, comprobat Text. *in L. Penultim.* §. *Alumno, ff. de Leg.* 3. ibi: *Et cùm per ætatem licebit, militiam illam cũ*
3 *introitu comparari volo.* ★ Similitèr, & qui Decuriones creabantur, D. *L. Spurij* 6. *Minores* (inquit Papinianus) *XXV. Ann. Decuriones facti sportulas Decurionum accipiunt.* Idem significat Marcellus *in L. Si mulier* 6. *ff. de Donat. inter vir. & vxor. Si mulier* (scribit) *pecuniam à maritò acceptam in sportulas pro cognato suo erogaverit.* Plinius *ad Trajanum Lib.* 10. *Epistol.* 117. *de Adiectione Buleutarum.* Pancirolus *de Magistrat. municip. Capit.* 5. Gutherius *de Offic. Dom. August. Lib* 2. *Cap.* 17. Solor-

zanus *de Iurib. muner. honorar. Numer.* 236. ★ Necnon
4 qui Sacerdotium ingrediebantur. Suetonius *in Claudio Cap.* 9. *Postremò* (ait) *sestertium octogies pro introitu novi Sacerdotij coactus impendere.* ★ Vniversique demùm,
5 qui honores, & magistratus obibant *L.* 1. §. *Sed an id, ff. de Collation. vbi* Cuiacius *sub Lib.* 13. *Quæst. Pap. & in Comm. ad Titul. ff. de Collat. bon. in D. L.* 1. §. *Nec castrēse,* Pancirolus *Lib.* 1. *Variar. Lect. Cap* 196. *& in Notit. Orient. Cap.* 97. Osualdus *ad Donel. Lib.* 19. *Comm. Cap.* 4. *Lit. XX.* ★ Quodque in Decurionibus associandis
6 eiusmodi sumptuum consuetudo valeat, vt pactum, vel statutum, docent Curia Pisana, & *ibi* Azevedus *Lib.* 1. *Cap.* 13. ★ Secùs in beneficijs Ecclesiasticis adeundis, ★ nisi cùm pios in vsus, divinum vti cultum cederent, ex Tridentino *Cap.* 14. *Sess.* 24. *de Ref.* Latè *ibi* Barbosa, Azevedus *vbi prox.*
7
8

Minimè autem ad hos sumptus respexit vox *Suffragium* ★ *in LL.* 4. *&* 7. *C. de Advoc.* 2. Quòd enim sic
9 acceperit Gothofredus, fallitur, aut fallor. Pretium officij, cum Pancirolo, solidum intellexi, vt superiori Cap. vidisti. Nisi mavis iuxta Duareni intellectum, *Lib.* 2. *Disput. Anniverf. Cap.* 21. procedere, qui suffragium in vtrâque Lege capit *Pro munere ipso, quod datur in remunerationem beneficij accepti à Principe.* ★ An suffra-
10 gium istud respondeat ei, quod appellamus *Media anata.* Quod olim Princeps filijs relaxaverit, vt noster mili ti nupèr, acutiores videant.

11 Nec vero propius reputo, quòd ★ *in L. Si quis* 11. *C. de Proxim.* per vocem *Suffragium* introitus noster designetur: Quidquid senserit Cuiacius *in ipsius Titul. L. Vnicuique.* Ibi etenim quod in mentionem venit, pretium est ab eò pensum, qui Adiutoris militiam præstinabat: In quam extranei recipiebantur, cùm natorum capacium aberat copia: hi siquidèm quandò aptitudinis penuriâ, in patrium munus non oportebat succe-

de-

dere; mercedem saltem illam, quanti officium æstimabatur, adibant, scilicet *pro solatio, aut suffragio*, vt ipsa loquitur Constitutio. Et abs dubio eis in officijs duo intererant, præcipua pretij summa, & introitus appendix onerosa. Id quod nunciat *L. Penultim. §. Alumno, ff. de Leg.* 3. illic: *Militiā cum introitu comparari volo*. Et optimè innuit Pancirolus *in Notit. Orient. Cap.* 72. Vndè nec *in D. L.* 11. Suffragium pro pretij præstatione, vt alibì proponitur, sed significat eam filijs tunc fieri indulgentiam, vt ipsis officij pretiū applicetur pro suffragio.

12 Prædictos * sumptus, qui officiorum limini appendebantur, meritorum consideratione remitti solitos, quadam ab antiquâ inscriptione demonstrat Cuiacius *in* D. *L.* 6. §. 1. * Sed si quis in locum incideris, ne, vt
13 ego quondàm, hæreas; moneo fœdissimè corruptum: sic enim, & his ipsis characteribus habet: Pro introitu Sacerdotij. Apud Sueton. in Claud. *Erogantur*, (inquit) *sportulæ ordini a novo Decurione, nisi gratuito ei decurionatus concessus sit, vt in antiqua inscriptione, quæ sic habet: Titio ob merita patriæ honorem decurionatus gratuitum decrevit ordo decurionum & Augustus & plebs vniversa*. Quasi verba hæc omnia Suetonij sint. Sed quisnam stupidus genius hanc mentem iniecit librarijs, vt illud *inquit* adderent, & gracilioribus elementis sensum perverterent? Adeò vt nulli ex exemplaribus, hæc imperitia pepercerit. At mihi pellucidum est, locum non Suetonij, sed Cuiacij esse ipsius; stultè *inquit* appositum, & in solâ inscriptione graphicum ordinem immutandum fuisse. Nam præterquamquòd stylus apertè abhorret à Tranquillo, certus omninò sum auctoris huius in Vitâ Claudij simile nihil extare, sed illud vnum *pro introitu Sacerdotij*, quod ego supra posui, & cui probando solùm à Cuiacio affertur.

Eadem introitûs remissio malè ad rectè meritos

extenderetur, * ni ad filios quoque meritorum accede-
14 ret. Ijs ergo similitèr indulgeri constat ex *L.3. & 5. C. de Advoc.2.* Vbì nullus non adnotat. * Vndè Docto-
15 rum filios, sine sumptibus doctorandos (vt verbo vulgari vtar) nihilque pro examine solvere obstringi, edocuit Accursius *in D.L.3. vbi* & Gothofredus. Baldus *in L. Gallus 29. §. Quidam rectè, ff. de Liber. & Posthum.* Cassenæus *in Catalog. Glor. Mund. Part. 7. Consid. 45.* Benius *de Privil. Iurisconsf. Part. 3. Privil. 60.* Paschalis *de Virib. patr. potest. Part. 4. Cap. 4. Num. 43.* Raudensis *de Analog. Libr. 1. Cap. 22. Numer. 85.* Constantius *ad Nostr. Titul. Num. 26.* Ioannes Maria Novarius *in Collect. sup. Pragm. 2. de Scholar. doctor. Num. 2.* Baldaxaris de Angelis *in Prat. sup. Lib. 2. Cod. ad D.L.3. §. Prosportulis,*
16 *Num. 1. & 7.* * Licèt hocà consuetudine delirasse testetur Cagnolus *in L. Cùm quid 4. Num. 51. ff. Si cert. pet.* * Apud Cadomenses tamen non inobserva-
17 ri, annuit Lenauderius *de Privileg. Doctor. 2. Par. §. 12.*
18 *Num. 14.* * In Peruanâ Regiæ vrbis Academiâ vsu increbuisse, vt tenuiori sumptu Doctorum filij ad superiores gradus evehantur, tradit Alfarus *de Offic. Fiscal.*
19 *Gloss. 31. Num. 12.* * Neapoli parva tantùm munuscula exhiberi; referunt Vincentius de Anna *Singular. 216.* filiusque Fabius *Cons. 138. Num. 62. Lib. 2.*

Et ne Hispanum intra, & extra orbem pervagemur, * Lyceum Princeps Salmantica seruat, vt solita
20 donaria Patres Academici accipient quidem, sed actu tùm restituant, nuperque vidimus, cùm supremo Athenæi gradu redimiretur D. Iosephus Ramos, quem literarum ingenuit splendori eiusdem etiam Academiæ celeberrimus honos, Parnasi deliciæ, mihique quondàm discipulo non tacenda gloria DD. Franciscus Ramos del Manzano è Paradisiaca scientiæ arbore ramus orbi dono datus, Salmantino inserendus viridario; ibi omniscià literaturà florens ad miraculum, dig-

nas ſtirpis imagine germinavit ſpes. Meruit Inſubriæ Præſulatus traductũ; ſed dulcioris glebæ dignum Italiæ invidit Hiſpania, iamiam vernanti ſapientiæ honore potitura. Cedat Apollinea laurus; hòc frutice coronetur Tribunal; Iuſtitia cum Muſis ſub eius vmbrâ requieſcant.



CAP. VIII.

Minori cum ſolennitate conferuntur.

SVMMARIVM.

1. *Princeps de remunerãdis conſulturus.*
2. *Neceſſaria univerſim conſultatio.*
3. *Abſque hâc in patrium officium traduceris.*
4. *Abſque exceſſu ſuffragantium in collegium.*
5. *Neapoli nec nativitate probatâ.*
6. *Etiam, ſi Conſiliarij natus.*
7. *Eam Doctoris filius nõ amittit alibi ortus.*



NEC tranſeunda in filios indulgentia eſt, quòd honoribus inferantur cum ſolennitate minori. Quod theorema expreſſit Matienzus *in L. 5. Titul. 10. Libr. 5. Recopil. Gloſſ. 3. Num.* 1.

Enimverò civilis in decoribus, munijſque diſpenſandis providentia, quædam diſponit prorectò electionis conſilio, qualia ſunt de candidato conſultatio ſuffragia, civilitatis cognitio, & ſimilia. Horum igitur im

mu-

munitas filijs impertienda venit. Vt scilicet, nec consultationi subiacentes, nec calculis collegarum, nec nativitatis examini, illius ordinis, quô parens vixerat, efficiantur consortes.

1 Et quidem Princeps quanvis (aliàs) remuneraturus Procerum, & Senatûs debet captare sententias (quod
2 ★ moris, sensus nempè audiri, & studia senatûs, publicarum rerum maximum firmamentum nunquàm nõ fuisse, vulgare lemma exequi non vacat. Eius neglectu Romanum imperium corruisse probat Gutherius *de Offic. Dom. August. Libr.* 1. *Cap.* 17.) vt observarunt Baldus, & alij apud Constantium *ad Nostr. Titul. Nu-*
3 *mer.* 28. ★ Hanc tamen consultationem conferere non solet, cùm de filio agit in patriam militiam, seu officium transferendo. Quod apertè definit *D. L.* 5. *Titul.* 10. *Lib.* 5. *Recop.* Solorzanus *de Indiar. Gub. Lib.* 2. *Cap.* 30. *Num.* 39.

4 Vndè etiam, ★ si quodquam extet statutum, vt per suffragantium maximam partem, nec aliàs, pateat adi tus ad Collegium; si tamen ibì parentem habueris, hęc exacta ingressus formula cessat; eô quòd Iuris communis extet dispositio, quâ faciliùs, & favorabiliùs aggregari iuberis *LL.* 11. & 13. *C. de Advoc.* 1. Ita Corneus *Cons.* 126. *Num.* 6. *Volumin.* 3. Ex eâdem solem-
5 nitatis excusatione provenit, ★ Neapoli Collegiati filius absque istâ nativitatis in eadem vrbe disquisitione, seu informatione admictatur; quæ in alijs requiritur pro formâ. Fabius de Anna *in Addit. ad Parentem Sing.* 216. Tassonus *ad Pragm. de Antefat. Vers.* 3. *Obser.* 3. *Num.* 269. Constantius *ad Nostr. Titul. Num.* 27. ★
6 Quam & in Consiliariorum genitis præterhabendam fuisse decisum à superiori eiusdem Collegij parte, præterhabitamque, refert Horatius Montanus *Contr.* 30. *Num.* 16. ★ Denique Doctoris natus etiamsi aliô
7 in locô in lucem editus, non amittere originariam pa-

tris

tris ciuitatem, nec ideo ab honoribus arcendus, scribitur à Rebuffo *de Privil, Schol. Privil. 65.*



CAP. IX.

Filius sit, vel non intra destinatum honoribus ordinem præcedit antiquiores.

SVMMARIVM.

1. *Præ digniori antiquissimus eligendus.*
2. *Saltèm æquali. Cur Num. 4.*
3 *Sin primus tempore, proximus.*
5. *Inter eligi solitos diutiùs vacans.*
6. *Quì pro antiquitate Provincias Romani deferrent?*
7. *Fabius itidèm Senatũ refecerit?*
8. *Ex destinatis ad honores, filius antiquiorẽ prævertitur.*
9. *Quanvis nec ex eis sit.*
10. *Nec ex Advocatis, Fiscalis creandus.*
11. *Elisa obiectio.*
12 *Advocatio seminariũ dignitatum.*
13. *Ad hodierna analogia.*
14. *Eis filij non egent.*
15. *Promeritorum posteri seminarium honorum.*
16. *Illis dilatio promotionis adimitur.*




EMPORIS excessus tantum roboris cō-
1 ciliat candidato, * vbì maximè in certæ
conditionis homines honores conce-
dunt; vt non defuerit, qui hâc solùm de
causâ, vel digniori censuerit præponen-
2 dum. Glossa *in Cap. Episcoporum* 5. 74. *Distinct.* * Saltē,
vt fert dogma commune, primus tempore potiori iure
vota instruit, *L. Binos* 10. *L. Petitionem* 13. *C. de Advoc.* 1
L. Nemo 8. *de Advoc.* 2. Nisi alioquì neotericus meri-
tis exundet, *L. Vnicuique* 7. *C. de Proxim. Sacr. Libr.* 12.
3 Secùs vetustissimus nominetur oportet: * Sin minùs
istud aliquo ex eventu perficiatur, ab illô proximus,
indicat Tacitus *Lib.* 3. *Ann. Cap.* 72. eis verbis: *Ita sors
Asiæ in eum, qui Consularium Maluginensi proximus erat,
conlata.* Vbì Paschalius adnotat. * Nec inconsultè: ip-
4 sa enim intervalli longitudo petitoris experimentum
protelat, ipsumque perficit; dum industriam promo-
vet, acerbos spiritus interiectâ repulsâ decoquit, in-
fringit ambitum, ætatem maturat, & consecutionem
reddit pretiosiorem. Eadem denique diuturna priva-
tio, tantumque spei consumptum, æquum suadet, vt
hic præponatur, cæteris intereà spes, & merita thesau-
5 rizantibus. Præfertur ergo tempore maximus, * Quē-
admodùm ex his, qui olìm administrationem tenue-
re, cùm nova inter ipsos redit petitio, ille potior habe-
tur, qui diutiùs adusquè vacavit. Avendañus *de Exe-
6 quend. mand. Lib.* 1. *Cap.* 5 *Nu.* 19. * Sic in Romanâ poli
tiâ vetustissimi Provincijs inditi, Consularibus Con-
sulares, Prætorianis Prætorij, prout quisque priùs alte
rutrum magistratum in Vrbe gessisset; vt ex nupero
Taciti locô, depromunt Iosias Mercerus *ad illud eius-
dem* 3. *Ann. Cap.* 32. *Etiam Asiæ sorte depellēdum*, & Clap
marius *de Arcan. Rerump. Lib.* 2. *Cap.* 18. * Dictator-
7 que Fabius post Cannense naufragium Senatum re-

fe-

fecturus, primùm legit qui aliũ magistratum abindè retrò longiùs cepissent. Livius *Lib. & Cap.* 23.

Sed equidem hæc sunt de ordinatâ potētiâ Legum,
8 * non quatenùs cum promeritorum filijs se gerunt, à communibus nexibus absolutis: quippe si ad paternũ munus aspiras; licèt temporis suffragio nitantur alij, veteres triũphabis recentior. Hoc indultum habeo *in L. Nemini* 11. §. 1. *C. de Advocat.* 1. Cuius ea forma est: *Filios autem togatorum excellentia tua, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitaverint, cæteris supernumerarijs anteferri*. Vbì vox *cæteris* ostendit filium etiam esse supernumerarium, socijs omnibus præferendum, & antiquioribus, vt omnes observant. Romanus *in L. Si verò* 65. §. *De viro, Num.* 54. *ff. Solut. Matrimon.* Bocerus *Clas.* 6. *Disput.* 7. *de Advocat. Num.* 45. Vela *Dissertat.* 13. *Num.* 20. & reliqui sup. adducti *Cap. & Num.* 3.

9 Amplior * tamen benignitas filios demulcet. Videlicet, nec eos supernumerarios esse requirit, vt inter statutos Advocatos, qualis pater fuerit congregentur. Impendent præternumerarij primæ, quæ inanis è numerô fiat, advocationi. Et dũ cessanti loco antiquissimus iamiam inserebatur, patroni natus accurrens omnem illam antiquitatem supervolat, in officiumque insilit. Quod leve fit ex Text. *in L. Iubemus* 3. §. *Et filios*, *C. de Advoc.* 2. Vbì: *Et filios Advocatorum, vel adhùc in tali cõstitutorum officiò, vel eorum, qui Fisci Patronatum deposuerint superstitum, vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, si & ipsi solito tempore legum doctrinam meruerint.*

10 Necdùm * tamen his evictis quiesco. Nescio quid altius privilegij ex D. L. vellem subodorari. Anne quoque Patroni fisci filius, vt in paternum patronatum succedat, necesse non habet ex togatis fuisse? Sed sat est si solitum quinquenium meritus fuerit? Certè id vehe-

men-

mentèr arguitur, quandò, quò ad filios; id solùm ait: *Vel eorum, qui Fisci Patronatum deposuerint, extraneis ad idem oficium accedentibus anteponi; si & ipsi solito tempore legum doctrinam meruerint*. Nil aliud video, nisi Fiscalium liberos eidem officio anteferendos, & pro symbolo literarium tantùm quinquennium desiderari, dummodò in aptitudinem profecerint, vt *sup. Par.* 1. *Cap. & Num.* 9. Promoventque hunc sensum, haud segnitèr verba ea. *Eorum, qui fisci Patronatum deposuerint*. Nisi enim in dignitatem depositam filius est introgressurus, quid sibi volunt? Si Advocatorum tantùm collegio esset associandus, quid opus fuit parentem à Patronatu discessisse? Cùm & ipse præsertìm pater ex Advocatorum numerò fuerit, qui omnes eò gaudebant privilegio, vt sive in officiò constitutis, sive remotis, sive defunctis, eorum gnati extraneis anteferrentur? Si & Fisci Patronus Advocationis claritate fuerat electus, cur eius proles, intra tempus exercicij paterni, à Togatorum consortio repellitur, dum vocantur alij, qui patribus fruuntur simplicibus causidicis? Quamobrèm haud temerariè reputaverim eosdem Patronorum Fisci filios, qui *in L.* 4. si ingenui sint, in Tribunos Notarios post patris depositum officium, seliguntur, *in D. L.* Si eruditi, & apti reperiantur, absq; aliò numerariæ, vel supernumerariæ Advocationis procemio in Fisci Patronos accelerari.

11 Nec quò minùs assentirer, * quidquam retardat ea consideratio: quòd cùm primùm fiscale munus regẽte nudum remanebat, collegij primati deferebatur cõfestìm *ex DD. LL.* 10. *&* 13. *de Advocat.* 1. 2. *&* 8. *de Advoc.* 2. Quasi filij nil indè sint speraturi. Nã paritèr quolibet ex Advocatorũ cœtu deficiẽte succedebat (vt dixi) extemplò diutissimus supernumerarius: nihilò tamẽ minùs, si filius petitum accederet, retrocedebat quæcunque vetustas: adeò vt laxissimà legum benevolen-

tia extraneis quibusvis potior fieret. Extranei omnes erant, qui ex Advocatis ortum non duxerant: At à Fisci Patronatu extranei fuerint omnes illi, qui ex Fisci Patronis non promanassent. Certè ad officiũ istud filios præponendos scripsere Galganetus *de Iur. publ. Lib.* 4. *Tit.* 3. *Nu.* 6. & Alfarus *de Offic. Fisc. Glos.* 31. *Num.* 12.

Id autem privilegium, vt absque togato decursu proveniat Fisci Patronatus, opportunum, felix, & ingens est, nec vsquè, censeo, libatum. Quod, vt ad curios effluat, in mentem revoca, * Collegium Advocato-
12 rum *Seminarium dignitatum* fuisse: ait Novel. Theodosij, & Valentiniani *de Postuland.* * Qualia nobis sunt
13 Professorum suggestus, seu Cathedrę, Academica togata collegia, Causidicina, & si quæ alia. Illìc enim, & hìc scientiæ velut in abaco sunt; quærentibus ostentandæ, & profuturæ. Quâ ex gymnade probati, desupèr ad clavum tolluntur præsignes. Indè, velut è speculâ illi generosè honoribus insidiantur, si quà rimam egerint inserendi; ipsos etiam dispensatrix manus observat, si quos emeritos pro insignibus locis decerpat. Adhucque longè solennius, & observatius vetus collegium erat: Siquidem certi, & fixi decorum gradus certam collegij antiquitatem manebant. Primores enim ex Advocatis, vt vidisti, ad Fisci Patronatum inhæsitantèr ascendebant: Advocati Comitis rerum privatarum Proconsulis item Asiæ emeriti, clarissimorum titulis ornabantur *L.* 1. *C. de Advoc.* 2. Provinciarumque Rectores, sive moderatores Excõsulares creabantur securè: *L.* 6. *&* 13. *de Advoc.* 1.

Dum ergo istàc filijs non esset transeundum, *
14 multò certius deducitur, vt nec hodiernis, ad publica gerenda petatur, quòd in coętaneis honorum seminarijs dignitatum elemẽta didicerint; siquidem vt paternum Fiscalis munus subeas, dummodò solito tempore legum doctrinam merueris, nec desideres stridula in

ter academicos ſcientiarum de pulpitis certamina, nec focale verſicolor, nec raucâ voce clepſidras repetitas. Satìs ſunt ingenua, vtcunquè nota, non indecora, nec indecorè verſata nuda ſtudia, niſi paternâ gloriâ induta mavis.

Si reſponderis; incivile forè, ſi ad magiſtratum quãticunque filius applicuiſſet; nec per honorum regiam viam, publicamque ſcientiæ lucem, ſeu vt Theodoſianæ Novellæ phraſis eſt, per honorum ſeminarium: His filius pro ſe facilè reſponderit, imò privilegium roboraverit,
15 proteſtans ★ promeritorum ſobolem etiam eſſe ***dignitatum Seminarium***. Nec diſſentiet Athalaricus Rex, â quô, cùm Felix Quæſturæ fuiſſet præfectus, nec tamen inter Senatoriam ſobolem virum delegiſſet, velut excuſationem obtendit Senatui, quaſi crimen audiret, non Senatoris filium in Remp. adſciviſſe, inquitque: Fateor innatum, legitimum, & commune Senatûs ſeminarium eſſe Senatoriam gentem, non ideò tamen compediti erimus, vt ex extraneis ordinibus aliquem aliquandò non audeamus ſeligere præclariſsimum. Qualitèr hodierno rerum in ſtatu, excuſatione videtur indigere, ſi quis nec ex condictis ſeminarijs nominetur. Ait ergo apud Caſsiodorum *Lib.* 8. *Variar. Epiſtol.* 19. ***Nam licèt apud vos ſeminarium ſit Senatûs, tamen & de noſtrâ indulgentiâ naſcitur, qui veſtris cœtibus applicetur: Alumnos certè nobis pariunt aulica dignitates.*** Quem locum ſibi commodiſsimum hâc formâ in propiam cauſam filius inverteret: Ne nimium vobis placeatis honorandi ſementini; nam licèt apud vos è Regiâ indulgentiâ, ſeminarium Senatûs vireſcat; Aſt & nos metipſos non ignobilius ſeminarium poſuit natura: nos alumnos pepercre dignitates paternis poſtmodùm applicandos cœtibus.

16 Vides ★ quanta per Iûs in liberis munerandis quæratur velocitas, quandò ante muneribus proximos illis

pro-

providetur. Mihi vix vllâ gaudeant suaviori prærogativâ, quàm quòd solitis morosis molestis, queijs alij anguntur, subducantur, & in aliquandò patefaciendum honorem ingerantur *statìm*. quæ nostræ Legis vox est, id privilegium expressè intimantis. Tetigi etiam *Sup. Part*. 1. *Cap*. 9. Simulàc parente munus appareat exoneratum, prosequatur filius: nullum cras audiat, nullas opperiatur vices, neutiquàm causetur elector: Prius alij consulendum est. Omnis, quæ aliàs intercederet dilatio, parenti optimo condonetur; careatque proles eò graviori repulsâ, quò longiori. Alijs procrastinatione commendentur honores, non liberis, qui sat magni facient, saltèm quia paternos: vniverso liberentur amarissimo sperandi, dolendi, timendi præludio: Eis præmaturetur honesti præmij gloria, non quæ se ipsam in spe antecedit, quæ quidem tunc, & tantùm optima, cùm possessione deponitur: Cunctisque tandem precibus, prensationibus, curis, solicitudinibus, operosissimisque petendi temporibus, & ærumnis dignitatum præambulis subleventur.




CAP. X.

Per saltum promovendus.

SVMMARIVM.

1. *Ad officia gradatìm.*
2. *Ad sacros ordines.*
3. *Ad militares olim.*
4. *Ad vrbanos magistratus.*
5. *Quorum experta industria, promovendi.*
6. *Ad summa munera quinam.*
7 *Magistratus magistratu petendus.*

8. *Gradatio quæ muneris cuiusque docet.*
9. *In munere præsenti ad sequens instruit.*
10. *Digniores saltu collocandi.*
11. *Vt Scipio, Germanicus, Galba.*
12. *Et ex promeritis orti.*
13. *Patet ex L. Nostra.*
14. *Equestris militiæ gradus.*
15. *Vt Scholarum, & Apparitorum.*
16 *Nemo erat in Senatu, quin prius in magistratu.*
17. *Secùs liberi Senatorum, iubente Augusto.*
18. *Licet filio cum patre Senatus idem.*
19. *Vt idem decurionũ ordo.*
20. *Secùs Neapoli.*
21. *Et in Hispaniâ, si vnus sit Decurionatus.*
22. *Vt nec vnum beneficium patri, legitimoque filio, secùs eadem in Ecclesia duplex.*
23. *Æduorum Senatus duos eiusdem familiæ nõ cepit.*
24. *Et alibi gentium.*
25. *Non in Hispaniâ.*
26. *Exempla coæva.*
27 *Causa eadem a patre cum filio iudicari potest.*
28. *Pontificis propinqui â sententiâ in consistorio dicendâ non excusandi.*



OVISSIMVM privilegium novô reficitur. Quid enim acerbabit, quòd filij præeũtem tempore prævertant, si vel ipsos in honoribus anteriores, radicosisque dignitatibus instructos supergrediuntur? tantus est currentium ad paternum solium impetus, vt qualescunque se viæ obijciant proturbatis, ad destinatum rapiantur invicti. Alij accessuri impedimenta removent, ij obices super ipsos gradiuntur. Alij terrestri cursu incedunt, si quà saltus, salebræ,

aut

aut confraga occurrant, vel superaturi, vel sistendi; ij æthereâ quasi viâ liquidum aëra tranant, nihilque omninò inveniunt occursans, vno remigio fulti pennæ duplicis, paternæ gratiæ, propriæ sufficientiæ. Hæc flumina fermè alvum nullam, nullas riparum metas agnoscunt, cum naturali prodigio ad locum originis revertuntur. Dixi fermè, si namque celsior esset paternus locus, statim filium inferi, prudentia non præciperet.

Alioquì enim nisi legum-latoribus carissima fuisset in ortos ex optimis munificentia, neutiquàm per curtissimum compendium eos ducerent, * solemni
1 relicto graduum itinere, iuxta quã procedendi normam supremis muneribus inducuntur tenentes tantùm nõ suprema, in hæcque aliquantò inferiores, & ex vltimis ad mediocria conscenditur. Ea recta Mathesi via est, quæ brevissima: ea recta videtur indipiscendis honoribus, quà minimùm distat invehẽdus. Naturà duce, quæ solenni decursu â minimis semper incipit, & pedetentìm progreditur. *L. Vt gradatìm* 11. *L. Honor* 14. *§. Gerendorum, ff. de Muner. & Honor. L.* 2. *C. Quemadm. civ. mun. L. Quæ vtilitèr* 47. *in Princip. ff. de Negot. gest. L. Nam & Imperator* 41. ibì: *Vt ad processus viri vxor ei donare possit, ff. de Donat. inter, L. Nemini* 3. *C. de Consulib. Lib.* 12. *L.* 17. *Tit.* 13. *L.* 23. *in fin. Tit.* 21. *Par-*
2 *tit.* 2. * Sacroque consilio, & saluberrimo iussum extat, vt ordinatâ lentitudine graduum ad sacros ordines scandatur. *Tot. Distinct.* 59. Omninoque prohibentur neophiti in Antistites consecrari, *Distinct.* 48. Petrus Gregorius *Lib.* 16. *Syntag. Cap.* 1. *Num.* 4. Menochius *de Arbit. Lib.* 2. *Cent.* 6. *Cas.* 564.

Hanc politicam gradationem in mandandis dignitatibus diligentissimè observavere Romani. * In le-
3 gionibus quàm gravi pede miles, ductoresque sursùm honoris procedebant? Conveni Lipsium *de Milit. Ro-*

*man.Lib.2.Dialog.*8.Rosinum *de Antiquit.Lib.10.Cap.*
7.Pancirolum *in Notit.Orient.Cap.*33.& 36.*L.Contra*
4 *publicam* 14.*C.de Re milit.Lib.*12.★ Quàm etiam tar-
digradè vrbicorum magistratuum petitio repebat?
Patricij,& de plebe nobiles post exacta stipendia mili-
taria,viam sibi parabant ad Remp. Primam petebant
Quæsturam,primordium gerendùm honorum exindè
dictam ab Vlpiano *in L.*1.*C.de Offic.Quæstor.* Triennio
elapso Ædilitatem: biennio Præturam: eàdem quo-
que intercapedine Consulatum: sequebantur Censu-
ra,& Patriciatus. Quæ omnia iam pridèm non ineru-
ditis conspicua resumit Franciscus Robortellus *in Dis-
put.de Gradib.Honor.*★ debet etenim semper clarere ma
5 gistratûs integritas,industriaque gerendi commissa ex
anteactis *Novel.*82.*de Iudicib.§.Vetus, Vers.Quia verò.*
Cùm inferiori ordine indignus,indignior pateat supe-
riori,*L.Qui indignus* 4.*ff.de Senator.* Nimirùm ex ante-
lapsis coniectura in posterum capitur; vt rectè Iusti-
nianus *Novel.Const.*103.*de Proconsf.Palestin. Collat.*10.
6 ★ Vndè Aurelius Arcadius suasit *in L.Vnic. ff. de Offic.
Præf.Prat.* vt ad summorum munerum cacumen illi e-
rigantur,quorum singularis industria, fides, & gravi-
tas habentur explorata. Tunc enim progredi maximè
congruum est,*L.*2.*§.Et vnumquenque,C.de Offic.Præf.*
7 *Prat.Afr.L.Fin.C.de Statuis,& Imag.*★ In peractis mu
neribus monstrata fides,gnavitas, & prudentia quan-
tum valuerit erga Traianum ad splendidiora conse-
quēda sic prædicat *in Panegyr.* Plinius. *Nihil magis prod
esse candidato ad sequentes honores, quàm peractos optimè*
8 *magistratus:magistratus magistratu,honore honor petitur.*★
Sic addiscitur singillatìm, quid vnunquodque of-
ficium seorsìm sibi velit.★ Et dum in hôc munere ver-
9 saris,oculos iacis in subsequens, facilique negotio,
quid huius conditio poscat, quid ferat, quid recu-
set prænoscis; cùm vicinia obtutum faciliter, & spes

pro-

proxima mẽtem obſervaturam pelliciat: vt cùm poſtmodum pro grediare, velut trita munia (quæ vicinis familiaritas eſt) videaris ſubire. Plurima ex his præterea ſuggerent, Marquez *en el Governad. Chriſt. Lib. 2. Cap. 3.* Amiratus *Diſſert. Polit. Lib. 3. Diſc. 3.* Beſoldus *Differ. de Magiſtrat. & Cenſor. Cap. 1. Num. 11.* Brancalaſſus *in Philoſoph. Reg. Lib. 22. Decem praedit am Cur. Cap. 5. §. 12. & Cap. 8. §. 7. & Cap. 10. §. 3.* Velazquez *de Optim. Princip. in Expoſit. Liter. Pſalm. 100. Verſ. 6. Lect. 3.* Menochius *Inſtit. Polit. Lib. 3. Cap. 3. Num. 11.* Ioannes de Campo *in Monarq. Perfect. Cap. 14.* Carbonarius *del Govern. Lib. 1. Cap. 10.* Maſtrillus *de Magiſtrat. Lib. 1. Cap. 23. Num. 35.* Solorzanus *in Tract. de Iurib. mun. honor. à Num. 57.* Franciſcus de Petris *Conſ. 40. Num. 10.*

10 Veruntamen ab obſervatô gradiendi tenore ★ illi expediuntur, qui anterioribus in honoribus ipſis, honorum meritis anteſtant *D. L. Vt gradatìm, §. 1. L. Honores 7. ff. de Decurion.* Quô ex illuſtri merentium agmine

11 ★ primus extitit Scipio ille Africanus, qui intactâ Quæſturâ in Ædilitatem continuò ſuffectus eſt, Præturamque tranſcendendo Ædilitatem Conſulatu commutavit. Plutarchus *in Vit.* Cicero *in Orat. pro Leg. Manil.* Germanicus quoque teſte *in Calig. Cap. 1.* Suetonio: *Quæſturam quinquennio antequàm per leges liceret; & poſt eam, Conſulatum ſtatim geſsit*, in Conſulares etiam faſces Sulpitius Galba nullo curuli magiſtratu invectus pervénit. Livius *Lib. 25. Cap. Vlt. in fin.* Ab exemplis ſuperſedeo.

Eadem quæ clariſsimis meritis virtute partis indul-

12 gentia fuit, ★ eadem quoque ſanguine comparatis nõ defecit: in horum etiam gratiam ocyori gradu ad honeſta quæque percurrere datum eſt; & vt non longè diſsiti ſint honores, primô curſûs hauſtu illò devenire. Sic generoſa proles ſalvâ virûm mediorum dignitate, tranſilit vltrà. *Saltu quodam* (aptè Caſsiodorus ad pro-

geniem *Lib.3.Epistol.5.* profitetur) *se tendit vestra prosperitas, solaque perfectio a vobis quæritur, cùm vobiscũ multa nascantur.*

13 Probatur saltus iste ★ *L. Nostr.* vbi filius Biarchus iam tum constituitur. *Statim in locum eius succedat, si pater vsque ad Biarchi duntaxat gradum pervenerit.* Quin priùs Equitem, & Circitorem percurrerit, ★ inferiores
14 quidem militiæ gradus: vt ex Hieronymo *Epistol. 61. ad Pammachium* iam diù nobis adducto, planum est. *Finge* (ait Divus) *aliquem Tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum, per singula militiæ equestris officia, ad tyronis vocabulum devolutum: Nunquid ex Tribuno statim fit tyro? non, sed ante Primicerius, deindè Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, posteà Tyro.* ★ Hinc ortos in scholis,
15 & apparitionibus gradus, vide *sup. in Rubr. Cap. 2. Numer. 71.*

16 Deindè thesin nostram tuetur; ★ quod cùm in senatorium ordinem nemo quondàm referretur, ni priùs aliquô gestô magistratu. Livius *Lib. & Cap. 23. vbi* Gruterus. ★ Cæsar tamen Augustus Senatorum liberos,
17 ævi adhùc florescentes, & prorsùs honoribus illibatos, in Senatum voluit ascisci. *Liberis Senatorum* (Suetonius *in Aug. Cap. 38.*) *quò celeriùs Reip. adsuescerent; protinùs virilem togam, latum clavum induere, & Curiæ interesse permisit.* Quod Lipsio notatum est, *ad illud Taciti 6. Annal. Cap. 2. Honoribus perfunctos, an iuvenes.*

Eàdem apud Romanos Curiâ, cui patres adstabant, liberis, vt vides, donatis, possem ad differendum devolvi (quòd si diverterem per saltum, de saltu agimus) an quò parens assidet consessu, vnà filius possit assidere,
18 sed prætereo, imò rem perstringo. ★ Innuit Platea *in L.
19 Vnicuique 7. ex eodẽ Text. C. de Prox. sacr. Nu. 4.* ★ Vt idu plex Decurionatus, in eàdem vrbe genito, & genitori possunt obtingere. Idem auctor *ex L. 1. C. de Muner. & Honor. non cont. in Princ.* & est Text. *in* L. *Illud 5. L. Item*

6.

6.ff. Quod cuiusque univ. Vbi illi ab vniversitatis actu
20 non repelluntur. Marcus *Decis.629. Nu.2. Tom.* 1. *
Secùs Neapoli *ex Pragmat.*5.§.15.*de Administr. Civit.*
Vbi Rovitus *Num.*27. Caputus *de Regim. Reip. Capit.*
12. *Num.*1. Ioannes Maria Novarius *Decis.*41. *Num.*
3. * Quod nec Ius Hispanicum prohibuit, nisi offi-
21 cium idem vtrumque Decurionem comprehendat *L.*
4.*Titul.*3.*Lib* 7.*Recopilat.* Azeuedus *ad Pisam in Cur.*
*Lib.*4.*Cap.*1.*Num.*2. Ioannes Hevia Bolaños *in Cur.*
*Philip. Par.*1.§.2. *Num.*27. An patri convivere posit
22 Bovadilla 3.*Pol.Cap.*8.*Nu.*30. * Idē prorsùs de bene-
ficijs dictum esto, quę haud vnum indivisum, secus eâ-
dem in Ecclesiâ duo; â parēte filioque legitimo simùl
possūt obtineri. Illustrat *vbi proximè* Azevedus, Garcia
*de Benef. Par.*7.*Cap.*3.*Num.*18. & 79.

23 In Senatu iterùm * apud Æduos olìm plures eâ-
dem ex familiâ iungi vetiti. Cæsar *de Bell. Gallic. Lib.*7.
Ærodius *Rer. Iudicat. Lib.*10.*Titul.*13.*Cap.*5. Clapma-
24 tius *de Arcan. Rerump. Lib.* 2. *Cap.* 12. * Aliasque apud
nationes. Petrus Gregorius *de Rep. Lib.*4.*Cap.*6.*Nu.*9.
Leoninus *Emendat. Lib.*7.*Cap.*9.*Num.* 3.

25 Hispania nostra * lege nullâ, quam sciam, ab eo-
26 dem tribunali seiungit eosdem. * Nonnullos vidi-
mus, videmus genere, affinitate, & senatoriis subsellijs
convenire.

In Regiæ gazæ senatu inclitos Centuriones Mo-
nasterij Marchionem Octavium, & Dominicum avū-
culum, & nepotem, socerum, & generum, non tamen
concursuros.

Quò vltimò nexu vinctos in bellico consessu D.
Ferdinandum de la Cerda, D. Hieronymum Sandova-
lium. Ibidem cum Valparadisiensi Marchione; D.
Melchiorem Borgia levirum. Levirum etiam D. Hie-
ronymi â Villanoua, D. Petrum Valle de la Cerda.

In Summo Regni Statûs identidem cum Olivarē-

si elapso Comite Monte-Regiensem levirum etiam, & consobrinum: modoque Leganesium, Lorianensemque fratres Marchiones.

Sed Regio Castellæ Senatui (quod notatu dignius autumo, quod vnum meminerim) bini fratres D. D. Ioannes, & Antonius Chumaceri, spē publicam æthereis virtutibus coruscarunt. Sed Antonius criminalibus præerat iudicibus, simulque, donec Ioannes Romam discessit, post meridianos tantùm Castellani Cōcilij frequentabat conventus, dum Cameræ frater intererat. Sic alterno muneris vsu illuxere togati Castores. Anne solarem splendorem deneges, quia duplex auctor? Imò tam solis est alterum in occasu orbi fecisse noctem, quàm alterum in meridiano facere orbi diem. Sed cur pari huic Ferdinandum fratrem dissimulem omnino parem? Extaret modò, nec inter fabulas esset in tricorpore Geryone animus vnus. Extarentque modo, tres cœlum servasset, si totidem supremum Tribunal Præsules pateretur. Quid parens? Idem regendo decus. Vnum Heroa vivit vniversa familia: eadem mirandam

——Totos infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Qualitèr enim aliàs post vnum ex viris mundo datum, alteri non effœta, sed integra maneret natura? Sibyllina in fratribus video mysteria: tres singuli valent: tres cuncti triades: Ergo duplici amissā, minùs dolendum, quarum in reliquā pretium totū superest. Superest Ioānes maximos cultui sudor, invidiæ maximum ocium. Illi ad Vrbē Legato sese commendavit Hispania, plus ille Hispaniam commendavit in Vrbe. Redux Prætorio Præfectus creatus; resonante Rep.

——O & præsidium, & dulce decus meum.

Ni-

Nimirùm invenit illa foris in Legato decenti decus, intus in Præside præsidium. Sed taceo, ne quæ illi dixero, Præsidi dicta putentur. Cesset in scribentis manu, quæ in Famæ humeris pluma non cessat.

An verò eiusdem causæ iudices pater filiusque valeant esse? Disceptat, * & affirmat Sanfelicius *Tom.* 1.
27 *Decis.* 77. Ex non ineleganti Text. *in L.* 3. §. *Sed si servus ff. de Condict. caus. dat.* Vbi non obstante sanguinis communione, paternaque adhæsione, & cultu, diversa super eodem iudicavit à patre Celsus; eiusque sententia prævaluit. Eidemque causæ Neapoli Regentem Scipionem Rovitum, filiumque Ferdinandum iudices insimùl habitos memorat. * Atque in sacro Purpurato-
28 rum Patrum Senatu Pontificis consanguinei, & Nepotes à sententiâ dicendâ non excusandos, docet Cardinalis Palæotus *de Sacr. Consist. Consult. Part.* 3. *Quæst.* 1. quin propter sanguinis communionem, se Pontifici mancipandos timeatur. Etenim, vt pluribus torrentibus in princeps flumen sese exonerantibus nullus privati fontis sapor, nulla peculiaris manet signatura; sed vnus vnius fluvij genius est, vnus sensus; sic ex quotquot in publicum Ecclesiæ bonum dissertandum coëunt, ex qualicunque fonte promanarint, remoto, aut propinquô, intimô, aut extero, rectí animi, recti scopi sensus manet vnus, & consensus, eiusdem cœlici saporis vota resultant. Quod aut accidere creditur, aut oportet, vbilibet publica sunt ritè tractanda, privati nepotis affectus omni specie privari.

De his satis. Quòd si rem perstringi promissam, fusiùs tractasse videar, multis tamen rationibus, exemplis, & ornamentis in vtrâque partem omissis, rem profectò perstrinxi. Sed vnum ad privilegium superstes revocemur.

CAP.



CAP. XI.

Qui paternum in munus, in locum etiam succedit.

SVMMARIVM.

1. *Æqualibus munere præit antiquior.*
2. *Ni præpollenti qualitate superetur.*
3. *Ducibus Dux filius anteſtat.*
4. *Doctoribus Doctor.*
5. *Solos, quos pater, præcedat natus*
6. *Ne derivante plus iuris obtineat.*
7. *Penditur* L. 7. C. de Proxim.
8. *Cæteris paribus filius anteit.*



NEC duntaxàt officium, ſed locus etiam in poſteritatem prodigitur. Qui proles illuſtrium, ideo quoque honoribus imponeris, quodam inter extraneos collegas ſplendore ſingulari præcellis, ſede, locò, cæteriſque functionibus, quas alijs aliàs tempus, ſolet comparare. Aſſerunt nonnulli exemplificatâ opinione: qui parentem muneris titulo clariorem ſortitus eſt, ſocijs præeminere, queiſcunque conditione illâ non inſignitis. Quarè qui eiuſmodi polleat, nequit æquale ſocijs apprehendere munus, quin reddat ſuperius. Nova enim dignitas recipiente viro inaurata dignius reverberat; meliuſque habitans, meliùs habens in hòc, quàm in illò, meritò decentiùs coli debet, & obſervari.

Ete-

1 Etenim * licèt recentem præcedere soleat anus dignitas æqualis; *L. 1. ff. de Albo scrib. L. 1. C. de Consul. L. 1. C. de Præpos. sacr. cubic. Lib. 12.* Abbas *in Capit. Clerici* 8. *Num.* 3. *de Iudic.* & ibì Decius *Num.* 8. Petrus Gregorius *de Rep. Lib.* 4. *Cap.* 6. *Num.* 9. Tapia *Decis.* 21. *Numer.* 1. Maynardus *Lib.* 1. *Decis. Thol.* 72. Rovitus *Sup. Pragm. de Schol. doctor.* à *Num.* 35. Amaya *in L. Curialibus* 66. *Cap.* 1. *Num.* 34. *C. de Decur.* D. Michael Ferro Manrique *de Præced. Quæst.* 27. *Num.* 7. dedimus alios *sup. Par.* 1. *Cap.* 2. *Num.* 14.

2 Si fortè tamen * altior insideat excellentia juniori, antiquitatis totam calculationem subverti, tenent Geminianus *in Cap. Isidorus* 4. *Numer.* 3. *Distinct.* 16. & *in Cap. Episcopos* 7. *Numer.* 2. 17. *Distinct.* Natta *Cons.* 62. *Num.* 3. *Lib.* 1. Menochius *Cons.* 125. *Num.* 31. Fabius Annius *Cons.* 122. *Num.* 13. *Lib.* 2. Latè Valenzuela *Cōsil.* 34. Cùm ergo ex gerente dignitatem ortus quædam sit excellendi felicitas, reliquos carentes superemi nens, indè sequi cogitant, qui hàc præclareat, omni ex
3 traneæ antiquitati antecessurum. * Vt Ducem Ducis filium, Duci non filio Ducis, Decianus *Respons.* 19. *Numer.* 229. *Volumin.* 3. ex Glossà *in L. Iubemus* 3. §. *Et filios, C. de Advoc.* 2. & Baldo *ibidèm,* & *in L. Gallus* 29.
4 §. *Quidam rectè, ff. de Liber. & Postum.* * Doctorem Doctoris filium non filijs Doctorum, etiam antiquioribus. Expressè Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 4. *Capit.* 14. *Num.* 60. & *Lib.* 5. *Cap.* 4. *Num.* 16. Boërius *in Tract. de Ordin. grad. Part.* 1. *Nu.* 31. Federicus Scotus *Tom.* 1 *Resp.* 28. *Lib.* 6. *Num.* 15. Alfarus *de Offic. Fisc. Glos.* 31. *Num.* 12.

Quid? anne salebrosum? nec miror. Certè videtur in rarum quod plusquàm parens auctoritate præeundi valeret filius, qui dùm plurimùm, in eius amplitudinem sufficitur: at certum est natalium gloriâ paren-
5 tem à filio superari. * Fide dignius est, admissuque sua

vius; quòd filius ita pro parente agere debeat, vicesq; replere, vt his omnibus, queis pater antesedebat, antesedeat ipse; ★ ne meliorē filius cōditionē sortiatur, quā
6 pater, à quô ius obtinet *L. Si vivâ matre* 3. §. *In nepotibus, C. de Bon. matern.* Corneus *Consf.* 199. *Num.* 40. *Volumin.* 2. *Grammaticus Decis.* 63. *Num.* 12. Valenzuela *Consf.* 21. *Num.* 82. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 19. *Num.* 5. Eaque succedendi in antiquitatem ratione, succedere in locum strictiùs accipitur, nec in munus denudatum, sed omnibus ornatum auctoritatis parergis. Quod prӕterquàm, vt hôc esset contenta, opinio prima posset exorari, significatum quoque videtur per Constitutionum tenorem. *L. Nostr.* ibi: *Statim in locum eius succedat, L. Petitionem* 13. *C. de Advoc.* 1. illic. *Filijs scilicet Advocatorum in locò deficientium supernu-*
7 *merarijs anteponendis.* ★ Hoc privilegium in suspicionem veritatis venit *ex L. Vnicuique* 7. *C. de Prox. Sacr.* Vbì cùm de subrogandis extraneis agitur, eis signatè locus postremus prӕscribitur: *Vt tamen vltimis socientur.* Idem *in L. Comperimus* 13. *Qui posteriores erunt cӕteris, & in L. Certa* 15. *Vltimum locum in ijsdem Adiutoribus obtenturos, C. Eod. Titul.* Cùm verò de liberis promovendis, novissimus porrò locus subticetur. Imò & ab eà observantivà identur excludi verbis illis: *Hanc quoque observationem extra filios Proximorum volumus custodiri.*

Hӕc omnia quid habeant veri crisi meà compertū nolo. Fundamenta, queis nituntur labefactare, aut alia eregionè munire, nec gratum est, nec idem facile. Qui nimiùm favent generosè peccant, nec animadversurus ego, timeat. Si minùs id privilegium constantiӕ prӕseferat, sat non leve privilegium est ab auctoribus induci, & à Iure dubitari permitti. Mihi tamen quamvis non propugnentur, non nimium displicent; nec e-
8 nim quӕ certissima non sunt ideo non delectant: ★

Verùm ex his datur tutò deducere, filium cæteris paribus, locó, sede anteferendum. Id mens solùm avarissima, & cui cum ratione malè conveniat, denegatit. Ex præiactis enim, vtut minimum valeant, probatur apertè; & asserit Lenauderius *de Privil. Doctor. Part. 3. Nu.* 11. Iuxta hæc si plures ad scientiarum lauream publicis in gymnasijs appellant, Doctoris filius antiquitatis iura cæteris præripiet. Senatoris natus, & similes. Et iam quandò alia ex dictis privilegia posset derivare, aliundeve non ægrè trahere favoris ambitio, novó privilegio ab istis exemptus animus aliorsùm erumpat.



CAP. XII.

Capita vndè filij, vel deteriores munerandi sint.

Naturæ coniunctio.

SVMMARIVM.

1. *Series retexitur.*
2. *Sanguinis ratione filius præfertur aptiori.*
3. *Vt conceduntur aliàs non permittenda.*
4. *Filijs donata, patri cẽsentur.*
5. *Ideo remunerandi.*



AM ad amœnissimam operis scenam, ad rationum fluenta non indefatigati Lector pervenimus: Iuvat respirare, propter marginemque sedentes de acto, de agendo itinere confabulari. * Per eorum privilegia, queis laudandos genitores natura in-
1 dulsit, progressi sumus, celerique pede dimensi ecce post terga manent. Nec tamen ab intentâ posteritatis, & minùs dignæ prælatione deflexi, quinimò palmariâ claritate optata videor convicisse: Quandoquidèm ex ijs, quæ in præficiendo etiam spectantur, identidèm parci genitis ostensum est, & dum parte aliquâ debiles cooptantur in munera, eâ saltèm parte indigniores conspiciuntur. Sic institutum nostrum probatum vides, abhìnc intelliges: quæ præcessere rationes ad sensum spectant, ad rationem quæ sequuntur; illa velut oculati corporis testimonia, hæ oculati velut animi: Persuadebam quia sit, nunc quia fieri debet. Enimvero id sempèr in Iuris viâ duxi servandum, vt eius dogmatis ita fidas, ac si nullâ indigeant ratione, ita verò rationem indagere, ac si minimè fideres. Ideo ego gentem nostram à Iure in delicijs haberi contemplatus, causas pernoscere concupivi: nec enim amor iste cæcus. Plures erui, neque omnes præsumo; quem etenim plura non lateant? Quas venatus sum observari posco, filio, vel minùs apto favere cunctas, favere singulas; seu expresse, seu ipsâ causæ virtute. Quod si quæque seorsìm sufficiant, quid simùl omnes? Illas ordine recensebo, multis supersedens, quas haud facili negocio, ex traditis per opus integrum exuggere potes, aut quas, prout iussit opportunitas dispersi. Odi enim data repetere, odi quæcunque styli volutabra, nisi quæ in aliud argumentum adducta iam faciem aliam in nostrum institutum afferunt. Quarè nimirùm, & ipsorum capitũ,

quæ ſcribam rationum venulas, partìm memoro, partìm plures, queis alius forsàn volumen ſaginaret, dimitto. Satìs ſit capitales fontes inveniſſe, quà in iuſtũ flumen coactis alij naviculentur. Satìs ſaltèm plures, aliquos reperiſſe, digeſsiſſe, vt vberiora ingenia procedant affluentiùs. Imò in thematis inſolentiâ invaſiſſe ſatis. Satius, inquis, vt exordijs ſatis eſſe dicens, promiſſis incipiam facere ſatis.

Capitales ergo tituli, quos digerere cupio, quoſque propter optimorum ſoboli adeo favendum, hi ſunt. Sanguinis vnio. Meritorum tranſitus. Pœnarum. Nati ſolatium. Egeſtas. Memoria promerentium conſervanda. Munerum ſplendor augmentandus. Gratiæ in filios repoſitæ apud parentes valor. Filij moderamen acceptius. Paterna inſtituta invertendi difficultas. Nati ad virtutem debitum. Donãdi paterna munera generalis conſuetudo. Singula perſequar capitibus ſingulis.

2 Prima igitur ordine ratio ſit ea, * quæ inter patrẽ, & filium coniunctio intercedit; quò nexu nil potentius, & invictius novit fabrefacere natura; vndè cæteris paribus præcedere filios contendebamus. Nũc autẽ in cor rei noſtræ, licèt alia pereat illuſtratio, id tantùm dixerim: Hóc ſeorsìm nomine peculiaritèr probari, quòd filius aptiori præferri debeat, teſte Platea *in L. Vnicuique 7. Num. 3. C. de Proxim. ſacr.* illìc: *Ea ratio facit pro filio, vt ipſe licèt ſit deterior, præferatur; ſcilicet natura ſanguinis, L. 2. §. Ad filios; C. Quand. & quib. quar. pars deb.* Et hanc propter ſanguinis communionem, eatenùs filijs faveri, vt potioribus præferantur; docent Ludovicus Romanus *in L. Si verò 65. §. De viro, Num. 54 ff. Solut. Matrimon.* Ex eoque Raudenſis *de Analog. Lib. 1. Cap. 22. Num. 83.* Quemadmodùm eadem de causâ perplurima Ius largitur alioquì non permittenda. Latè Rolandus *Conſ. 45. à Num. 48. Tom. 1.* & fuſ-

fisimè Franciscus de Leonardis *in Tract. de Varijs iur. decis. Cap.* 18. *per tot.* Meritoque vnioni huic tantum tribuitur in re nostrâ, quandò beneficium filio collatum patri præstitum censeri, in eumque refundi, longè probat Seneca 5. *de Benefic. Cap.* 19. Optimè Æneus Robertus *Rer. Iudicat. Lib.* 2. *Cap.* 13. Quô, vel solô titulo filios remunerandos scripsere P. Menochius *in Polit. Lib.* 3. *Cap.* 16. *Num.* 5. & Pizarrus *in Vit. Ferdin. Pizar. Cap.* 1. *Obs.* 2.

Siquidem igitur aliàs non toleranda permittuntur, amantur, necessum est, vt minùs digno favor fiat. Id enim solũ esse potest, quod aliàs Leges non paterentur: nam quòd æqualis præferatur, intolerabile Iuri fore, quisnam est qui asseveret?



CAP. XIII.

Meritorum transitus.

SVMMARIVM.

1. *Ad liberos merita trãseunt.*
2. *Eorum censentur.*
3. *Adeoque remunerantur.*
4. *Reis prosunt.*
5. *Probatur exemplis.*
6. *Vt prosunt propria.*
7. *Vt Horatio sorore occisâ.*
8. *Ni crimen excedat.*
9. *Si excederetur, vel aquaret, Persa non plectebant.*
10. *Beneficia recentibus offensis prævaleant.*
11. *Si excellant illa, hæ remitti possunt.*
12. *Et parte invitâ.*
13. *Ob bonum publicum.*

14. *Ob parentes privilegia filiorum.*

15. *Horum merita ad patrem ascendunt.*

16. *Episcopatus, & Doctoratus illi proficiunt.*

17. *Facilius descendunt, quàm ascendunt merita.*

18. *Propria cum patris praferunt digniori.*

19. *Amicorum liberi diligendi quicunque.*

20. Qualescũque sint è *Seneca qui capiendum.*



EST hæc ratio proles præcedentis: Ex naturæ nempe communione nascitur, ★
1 quòd ad liberos parentum merita transcurrant. Quod doctè advertit Baldum *Consil.* 355. *Numer.* 5. *Libr.* 1. Consentiunt Soccinus *Cons.* 84. *Num.* 7. *Lib.* 3. Decius *Cons.* 262. *Num.* 5. Surdus *de Aliment. Titul.* 8. *Privileg.* 65. *Num.* 41. Paschalis *de Vrib. patr. potest. Part.* 4. *Cap* 3. *Num.* 43. Vincentius Annius *Allegat.* 50. *Num.* 12. Cabedus *Decis.* 36. *Num.* 14. *Part.* 2. Valenzuela *Cons.* 84 *Num.* 157. Gilhausenus *in Arbor. iudic. crim. Capit.* 5. *Ram.* 3. *de Exception. Num.* 78. Escobarius *de Puritat. Sang.* 1. *Part. Quæst.* 1. *Proœm.* §. 3. *Numer.* 12. Ioannes Salgadus Araujo *en la Ley Regia de Portugal, Discurs.* 1.
2 *Num.* 37. Innumerique alij. ★ Si fortè vel transire dicendum est; quòd potiùs in vnâ eademque præsumptâ personâ perseverat; dupliciter explicatur; in eâdem, bipartitâ tamen sede parentis decora sidunt. Id quod Rex sanctissimus David 3. *Reg.* 2. demonstrat, dum in elogio supremo gratiam legavit Berzellai filijs rependendam; amicitiæ in humiliori quondàm fortunâ, & ipse iã in excelsâ, religiosus Princeps extitit memor. *Filijs* (inquit Salomoni) *Berzellai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensâ tuâ; occurrerunt enim mihi quandò fugiebam à facie Absalon fratris tui.* At licèt beneficij non immemor, benefactoris tamen David videtur oblitus:

Siquidem non filij, sed Galaadites ipse parens Regi laboranti navavit opem, 3. *Reg. 19. Erat autem Berzellai Galaadites senex valdè, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi cùm moraretur in castris.* Novit ergo Divus, & si non virum eundem, eundem benemerentem fibulâ sanguinis effici, vereque in eô eventu filios opẽ erogâsse, sed manibus paternis. * Plura trado silentio
3 ex eâdem divinâ paginâ (ex prophanâ enim longus esset labor: vtcunque actum, agendum agerem; hùc siquidem totius ferè operis loci concerrunt. Adeas Beyerlinck *in Theatr. Liter. H. Pagin.* 156. *& Liter. P. Pagin.* 40.) documenta evidentia, quibus vtique Deus cernitur paterna merita inhærentia filijs adprobare; quandò non secùs ac ob proprio patrata sudore indulget, & mulcet; Ismaëlem in Abrahami respectum *Genes.* 17. & in Lothi eius posteros *Deuteron. Cap.* 2. in Esau Moabitas, secundum Augustinum *Quæst.* 44. *in Num.* in Tobiæ parẽtis filiũ, *Tob. Cap.* 10. Quis ignoret Numen olìm professum plùra condonare Davidis domui, Abrahamique posteris, eô nomine, quòd priusquàm nascerentur, in stirpe promeruerant. Scatet exẽplis sancta politice, promissis, & præmijs istiusmodi. Ex pluribus illud, quòd *Deuter.* 17. Principi iustitiam colenti, remunerationem, de quâ sermo noster, pollicetur, filio gubernacula non defectura. *Vt longo tempore, regnet ipse, & filius eius super Israël.* Quò super sapientèr Ioannes Salisberiensis *in Policrat. Lib.* 4. *Cap.* 10. *in princip.* tradidit doctrinæ: Hanc è divino iudicio descendere remunerandi formam, vt paterna imperia in filijs stabiliantur; etenim ex patriâ virtute provenit, vt filijs diuturnum moderamen consistat'. Non absimilia dabunt *Proverb.* 11. *Vers.* 21. *&* 14. *Vers.* 22. *&* 26. Merita ergo transire nil aliud est, quàm sicut in patre ipso remunerationis titulum, & velut ius operantur; idem eadem in posteris operari. Paschalis *de Vir. patr.*

po-

potestat. Part. 4. Capit. 3. Numer. 1.

Indè * laudanda genitorum fama superstes poste
4 rûm errata coram iudice diluit, supplicia mutilat, infringit, avertit. Feliciter nata cõmissa, & quidem iustè, vindices leges subornant: eis natis pro supplicio sit
5 veniam pro remuneratione obtinuisse: * vt alijs ex sacris, humanisque literis insuper habitis, T. Menenio apud Livium *Lib.2.Cap.58.* Mamerco Æmilio apud eundem *Lib.4.Cap.41.* Æmilio Scauro apud Valerium *Lib.8.Cap.1.Num.6.* obtigit, ibì: *Propter vetustissimam nobilitatem, & recentem patris memoriam absolutus est.* Multa conferunt Ærodius *Rer. Iudicat. Lib.6. Tit. 1. Cap.15.* Tiraquellus *de Pæn. temper. Caus. 31. Num. 9. & Caus. 49. Num. 10. de Nobilitat. Cap. 20. Numer. 108. cum seqq. & in L. Si vnquàm, verb. Donatione largitus, Num. 40.* Decianus *Respons. 16. Num. 7, Lib. 3.* Grãmaticus *Decis. 23. Num. 14. Vbì* Didacus de Mari, Matienzus *in L. 5. Gloss. 3. Num. 5. Titul. 10. Lib. 5. Recopilat.* Mastrillus *de Magistratib. Lib. 6. Cap. 10. Num. 143* Carolus Maranta *Part. 2. Resp. 43. Num 91.* Pizarrus *in Vità Gundisalvi Pizarr. Cap. 1. in princ.* Latè parens optimus D. Didacus Altamiranus *in Allegat. pro Duce de Arschot, à Num. 819.* Post. D. Gregorium *in 1. Reg.*
6 *Cap. 14.* * Non aliter ac ipsi quoque parentes virtutibus scelera redimerẽt *Ca. Fi. 22. Quæst. 1. L. 2. §. Postea cùm Appius, ff. de Origin. Iur. L. Non omnes 5. §. Vltim. ff. de Re milit. L. 1. in fin. de Constit. Princip. L. 1. & Vlt. Titul. 32. Partit. 7. L. 49. Titul. 18. Partit. 3.* vbì Gregorius *Verb. Por recibir, l. 51. ad fin. Eod. Titul.* Cassenæus *in Catal. Glor. mund. Part. 6. Consid. 19.* Iulius Clarus *Sentent. Lib. 5. §. Fin. Num. 27.* Suarez *Libr. 5. de Legib. Cap. 11. Num. 9.* Gratianus *Discept. Cap. 179. Num.*
7 *23.* Ayala *de Iur. bell. Lib. 3. Cap. 9.* cum reliquis. * Exẽplo sit non quidem arcanus, sed celebris admiratione Horatiorum eventus, quæ trifida proles cum tribus

paritèr Curiatijs Albanis fratribus singulari certamine de rerum summâ conflixerat, victoriamque reportans superstes Horatius vnus, sororem pugione confodit, mucronemque alterô cruore nobilem infecit alterô. Reus parricidij factus. Inter crimen; & meritum vacillavit iustitia; tandèm victoria vicit; triumphusque veniâ damnatus est. *Abstulitque*(vt ait Iornandes *Libr.* 1. *de Regner. ac tempor. succes.*)*virtus parricidium*, & *facinus infra gloriam fuit*. Rhodij ex Livio *Libr*.45. *Capit.* 24. Quidquid in Romanos insulæ arma peccaverant, antiquis officijs condonandum vrgebant: *Priorum nostrorum benefactorum cumulus hoc, quod nunc cessatum in officiô est, expleat.*

8 Quod vtique laudandum est, * dum non criminis atrocitas anteacta cuncta bona mergeret. Tiraquellus *de Pœn. temp. Caus*.49. *Num*. 13. & *seq*. Farinacius *in eodem Tract. Quæst*.98. *Caus*. 15. *Num*. 142. *
9 Eô condimento lege agebant olìm Persarum Reges, vt si proceriora fuerant officia peccatis, hæc sub illorum vmbrâ laterent. Atque in æquâ vtrorumque librâ in clementiam solebant inclinare. Ærodius *Rer. Iudicat. Lib*.9. *Titul*.5. *Cap*. 2. *
10 Chios commendat Demosthenes *Orat. in Leptinem*, qui acceptis quondam â Chabriâ beneficijs novas eiusdem iniurias delevere. Ne quod semel concesserant retractarent. *Iam illud quoquoque Athenienses*(ait)*providendum est, ne gratitudine à Chijs superemur. Nam si illi, quos armis hostilitèr invasit, nihil ei nunc, quod olìm dederant, ademerunt, sed plus valere*
11 *passi sunt vetera beneficia, quàm recentes offensas.* * Inter aliaque vndè ignoscere delictis est, Cicero posuit maioris crimine ponderis meritum *Lib*. 1. *ad Heren*. *
12 Superiùs adhùc benignitatis procedit Abulēsis *in* 2. *Reg. Cap*.20. *Quæst*. 21. Qui & in maiori litis angustiâ, renitente scilicet actore, & in reum implacabilitèr reclamante dixit, post longa vtrinquè ventilabra: *Creden-*

dum

dum tamen est, quòd si istud bonum; quod delinquens egit Reip. sit super excellens valdè, quòd posit Princeps invitâ parte remittere pœnam. Conveniunt nostri Pennensis *in L. Si Apparitor 6. Num.* 24. *C. de Cohortal. Lib.* 12. Ponte *de Potestat. Proreg. Titul.* 10. §. *de Salvoconduct. Numer.* 3. Tassonus *de Antefat. Vers.* 3. *Observ.* 1. *Num.* 12 Xammarius *de Offic. Iudic. & Advoc. Part.* 2. *Quæst.* 6. *Num.* 69. Et colligitur ex Text. *in Cap. Pastoralis* 28. *in princ.* illic: *Dignitati defferas, & personæ, de Offic. Deleg.* Sic apud Tassi *Cant.* 5. *Stanz.* 36. de Gernandi Norvegiæ Regis nece Rinaldum accusans his repellitur à Tancredo, qui Regem alloquitur:

Soggiunse all' hor Tancredi, hor ti souuegnâ
Saggio signor chi sia Rinaldo, è quale:
Qual per se stesso honor gli si convegna;
E per la stirpe sua chiara, è regale,
E per Guelfo suo Zio. Non dee chi regnâ
Nel castigo con tutti esser eguale.
Vario è l' istesso error ne' gradi vari:
E sol l'è egualità giusta è co' pari.

13 In commune tandem abijt axioma * rationem actoris non habendam, vbi causa publica vertitur; testantibus Deciano *Lib.* 3. *Tract. Crimin. Cap.* 35. *Num.* 90. Farinacio *in Prax. Tom.* 1. *Quæst.* 6. *Num.* 22. Sesse de *Inhibition. Cap.* 1. §. 5. *Num.* 44. Mastrillo *ad Indult. gener. Cap.* 24. *Num.* 15. Didaco de Mari *in Addition. ad Grammat. Decis.* 46. *Num.* 5. & alijs. Sed de his, dum tibi non licet videre, quæ in rem doctissimè differet D. Ioannes Suarius de Mendoza in suâ Politicâ militari tandiù luci negatâ, tandiù lucem cultis ingenijs negante, ista interìm habe.

14 Ex eodem meritorum transitu fit * indulta plurima, & privilegia filijs sæpiùs effundi, *L. Vacatio* 8. *ff.*

de

de Muner.& honor.L.1.L.Immunitates 4.*ff. de Iur. immun.L. Emancipatum* 7.*ff.de Senator.L.Veteranis* 3.*ff. de Veteran.L.Isti quidem* 8.*ff.Quod met.cauſ.L.Honor* 5. *L.Si matrem* 9.*L.Decurionum* 12.*C.de Pœn.L.*2.§.*Vltim C.de Epiſcop.& Cleric.L.Divo Marco* 11.*C.de Quaſtion.L.Cùm Advocatio* 8.*L.Poſt duos* 15. *in princip.L. Ad ſimilitudinem* 16.*C.de Advoc.*1. *L.*2. *C. de Advoc.* 2.*L.Medicos* 8.*& L.Fin.C.de Profeſſor.& Medic. Lib.* 10.*L.*1.*&* 2.*C.de Privileg.eor.qui in ſacr.Pal.mil.L.Iubemus* 5.*C.de Silentiar.& Decur.L.*2.*C.de Comitib. Conſiſt. L.In ſacris* 9.*&* 12.*C.de Proxim.ſacr. ſcrin. L. Hàc ſaluberrimà* 2.*C.de Præpoſ.agent.in reb. Lib.*12.Platea *in D.L.*2.*C.de Comit.Conſiſt.*Antonius Faber *in Papin.Titul.*8.*Princ.*7.*Illat.*16.Acacius *de Privil.veter. in princ. Num.* 18.

15 Denique quidni paterna in filios merita veniant,* ſi gradu inversô, à filijs ad parentes ſubire comperimus? *L.Bellò amiſsi* 18.*de Excuſat.tut. L. Moris eſt* 9. §.*Parentes,ff.de Pœn.L.Fin.*§.*Hac autem,C. de Caſtrẽſ. & Miniſt.L.In ſacris* 12.*C.de Prox.ſacr.ſcrin. Libr.* 12. *Novell.*103.*de Conſul.*§.2.*cum alijs*. Neque in his tantùm, quæ generis excellentiam reſpiciunt; nobiles actus poſitivi filiorum, parentibus profectui ſunt, vt pluribus Eſcobarius *de Puritat.Part.*2.*Quaſt.*4.*Art.*2. 16 *ex Num.*75.* Sed alia etiam merita, à filij dignitate exorta proſunt. Nec Epiſcopi, Doctoriſve genitor publicæ cuſtodiæ pro debito civili, torturæ, pœnis infamibus obnoxius erit. De quibus optimè Fõtanella *Deciſ.*239.qui te ad plures alios adducet. Vndè plura alia depromas. Adeas, ſi placet, Additionatores Baldaxarẽ, Mele, & Mari *ad Gizzarellum Deciſ.*10.Petris *Conſ.*15 *Num.*25.Eſcobarium *de Puritat.Quaſt.*1.*Proœm.* §.3. *ex Num.*27.Ex hiſce deducit Romanus *Conſ.*29.merita paterna filijs vtilia fore, quemadmodùm quæ filio-
17 rum ſunt, proſunt parentibus. * Sed contractè fatus

eſt

est *quemadmodùm*. Imò multò validiùs, & vrgentiùs, & longè faciliùs; cùm sanguinis, & naturæ bona, commodaque orta exindè, procedant vlteriùs vltrò, ægrè retrò redeant: cùm acclive sit sursùm ire, proelive deorsùm: quod etiam observavere relati: Nam sicut plantæ incrementa vegetandi cuncta, omnemque virtutem sursùm transmittunt, ab imis radicibus ad ramos, calices, & papavera. Abillinc comarum viridantium decus, florum gratia, fructuum opes: quin tamen quidquam ab eâ omni culminis pompâ in originem recidat; sic etiam quanvìs nulla derivaretur in stirpem à progenie gloria, vtilitas; contrariò tamen naturâ ipsâ patria decora in genita virgulta scandunt; & sponte funduntur: Quamobrèm in hâc sanguinis conjunctione si meritorum ascensum, quod magìs arduũ, videmus accidere; quæ faciliora sunt, eorũ nempe descensus promptissimus erit.

19 Cùm ergo paterna merita in filium decurrant * non mirum erit si hæc proprijs aggregata cum dignitatis efficiant cumulum, vt extraneo prævaleant aptiori, quatenùs vtriusque personalia considerantur. Non, inquam, mirum: Parens enim, qui merendo apparebat sublimis se solô locatus, quid filio velut pegmati superimpositus non adsequetur? Aut econtrariò quidni super colossi verticem fastigiatus filius id attingat, cui alioquì longè inferior esset? In quem sensum habeo Papiniani responsum *in L. Qui tutelam* 28. *in princip. ff. de Testament. tutel. Plerunque* (inquit) *legata filij non affectione propria, sed in honorem patris merentur*. Et quidem hoc placendi parentis nomine genus, minùs saltèm displicendi firmum, nullique obnoxium est velivolæ humanæ inconstantiæ. Vti namque à patre non prodijsse nequis, sic abindè aliquâ favoris particulâ indignus esse nequies. Quocunque vase decora paterna recipiantur, suam gratiam necessariò con-

20 ciliant. * Sic amicorum liberos qualescunque amore, sequendos, sententia est Trebonij *Libr. 12. Epistol. 16. inter Cicer. Epistol.* ipsi gratulantis de indole; filij. *Noli* (ait) *putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare, nihil adolescente tuo, atque adeò nostro (nihil enim mihi à te potest esse seiunctum) aut amabilius omnibus ijs, qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maximè amas, hoc est optimarũ. Itaque tibi quod verè facere possum, gratulor, nec minùs etiã nobis; quòd eũ, quem necesse erat diligere, qualiscunque esset, talem habemus, vt libentèr quoq; diligamus.* *Eatenùs sanus Seneca, imò verissimus
21 sup.dum 4. *de Benefic. Cap. 30.* aiebat: *Hic egregijs maioribus ortus est: qualiscunque est sub vmbrâ suorum lateat.* Vt enim nullo deleri potest pactô nativitas, nullo similitèr fieri potest, vt non iucundus sit amico amici natus, saltèm non minùs iniucundus. Nullo itidẽ, vt optimi filius, quia talis, non aliquid mereatur, vel saltem non demereatur minus.



CAP. XIV.

Pœnarum transitus.

SVMMARIVM.

1. *Gratia in filios, transcurrat, quia pœna.*
2. *Non sic è converso.*
3. *Imò gratia, non supplicia.*
4. *Illa præ his propagatur apud Deum.*
5. *Quia illa præ his viget, filius muneretur, vel inferior.*



EX ipso etiam erga natos Iuris odio, pro
eiusdem erga eosdem amore instruitur
1 propugnatio; nec* ægrum erit ex prolis
damnatæ veneno erga felicem favoris
antidotum componere. Acerbitatem,
quà cum nocentium filijs agitur, non novus advena
pulso. Dixi de hôc, & in contrarium paritate *sup.* 1.
Part. Cap. 7. *in Sol. ad* 4. *Argum.* Eandem antithesin in
præsentiâ pro instituto efformo: Si pœnæ transeunt
2 ad posteros, cur non & præmia? * Luēda transmittan-
tur, quia gratia transmittitur, vult Petrus Faber *Se-
mestr. Libr.* 3. *Cap.* 8. Sed inversa quantò magìs polle-
ret argumentatio, quâ vtimur? Transmittuntur deli-
cta, ergo & gratia. Vtcunquè tamen in hanc senten-
tiam, paternam sequi conditionē filios oportere, *L. no-
stra* 2. pronunciat.

Quin potiùs * latiùs regnare debet stirpis gratia,
3 quàm invidia: pœna necubì transilit culpam, nec cul-
pa parentem; benemereri autem vivaciùs differtur,
res est longè diffusior; delicta, carcere velut perpetuo,
nocente ipso condemnantur, gesta verò nobilia, vt est
natura boni, libera, soluta, quà generatio patet, spa-
tiata descendunt. Si parens deliquit, subeat suppli-
cium ipse solus; si præclarè gessit, metat posteritas fru
ctus beatos. Hæc omnia crede Demostheni eâ in Epi-
stolâ, quâ suadebat ab imputatis Lycurgo filios pro-
tuendos; ait quippe: *In quâ inquisitione, si bona, & popu-
laria, & studio Reip. iuvandæ suscepta Lycurgi acta vide-
buntur: non modò nullo affici malo, sed quibusuis ornari be-
neficijs eius liberos, æquum est: sin contraria, illum dum vi-
veret, pœnas dedisse oportuit; Hos verò ne sic quidem prop-
ter obiecta patri à quibusdam crimina, per iracundiam ple-
cti. Omnibus enim omnium delictorum quasi meta est obi-
tus.* Quodque odiosa non ad filios permeent vti favo-

rabilia, optimè Valenzuela *Consil. 60. Numer. 70. & 71.*

Vera illa, vnica, & prima norma politicorum di-
4 vina mēs * hanc in progeniem retributionem supplicijs fusiorem sanctam esse iubet, dum quartum humani processûs germen metam posuit pœnis in posteros derivandis, præmijs verò non minus millesimo *Exod. 20.* illic: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* Quocircà Glossa: *Quia magis prolongatur eius misericordia, & bonitas, dando bona filijs pro bonitate patrum, quàm eius iustitia in puniendo filios pro malitia patrum.* Ibidèm Abulensis *Quæst. 5.* satìs pro nobis inquit: *Sicut filij pro peccatô parentum puniuntur, ita pro bono opere patris præmium accipiunt. Sed in punitione, aut retributione boni temporalitèr facit differentiam; quia pro malò patrum pauci filij puniuntur, scilicet vsque ad quatuor generationes, pro bono patrum filij multi retributionē accipiunt, scilicet vsque ad mille generationes, vel vsque ad duas mille generationes; sed ponitur hic numerus certus pro incerto.* En quàm amplum, laxum; divinum profectò genus hoc remunerandi! Vlcisci breve, præmiari diuturnum. Hoc Deo gratissimum, illud minùs iucundum. Quin divina ipsa axiomata ad aspera velut exeunt, ad benigna profunduntur. Quàm latè vnius virtus in bonis posterorum perennat, quàm latè serpunt pulcra hæc munificentiæ contagia! De clementiâ severitati, præmio pœnæ prævaliturìs communem locum ommitto.

5 Cùm * igitur obfœda parētum facinora geniti ab honoribus trudantur, ob præclara ad eosdem admittantur honores apertis amplexibus. Si alij patrizant infamiâ, decoribus alij patrizent. Neque enim magìs

illi reprehendendi, quàm isti laudandi. Vlteriùs cùm dulcedo retributionis faciliùs, suaviùs, validiùs, & longiùs in posteros continuetur; quàm amaritudo pœnarum, illud clarè deducitur, quòd nati munera inire debeant, etsi alijs extraneis scituleijs inferiores. Cæteroquin vndè manifestabitur, quanta sit meritorum in transeundo, & retributionis præ sceleribus, & supplicijs virtus? Præponderet igitur munifica Iuris erga prolem voluntas alicui dotium optimarum in eadem prole defectui; & excessus ille præmiorum præ pœnis excessum aliorum meritùm devincat, & superet.




CAP. XV.

Orbati solatium.

SVMMARIVM.

1. *Insolatium amissæ prolis adoptat fœmina.*
2. *In amissi patris à Scrinijs, C. sol. filius capit à successore.*
3. *In Duce rarij, totius anni salaria.*
4. *Et prævalet dignioribus, in solatium.*
5. *Solatij significata.*
6. *Compensatio.*
7. *Salarium.*
8. *Remuneratio.*
9. *Miseria levamen.*
10. *Donaria pro victis.*
11. *Fundi principales.*
12. *Patris obitus muneribus solandus.*
13. *Infortunium omniū luctuosissimus.*
14. *Quale putavit Æneas.*
15. *Cui semper acerbus.*
16. *Licèt serus.*

HINC


INC aliam exordior probationem,
quam quidem nostræ ipsi Legi refero
acceptam: dum etenim ait: *In quem
eiusmodi solatium confertur*; sciamus in-
tendit solaminis nomine benemereri.
1 ★ Nam quemadmodùm, *ad solatium liberorum amisso-
rum*, fœminis adoptio permittitur, *§. Fœminæ Inst. de
2 Adoptiori.* ★ Atque in amissi patris apud sacra Scrinia
militantis, præceptum est, vt *pro solatio* liberis centum
impendat solidos in eius locum subrogatus, *L. Si quis
3 in sacris 11. C. de Proxim. sacr. Scrin. Lib. 12. Nov. 53.* ★
Et vt defuncti Ducenarij liberi totius anni *potiantur so-
latijs*: ita vt eò anno vacet demortui locus, *L. Matri-
culam 3. C. de Agentib. in reb. Lib. 12.* Sic eâdem pietate,
Lex nostra super patris obitu natum sublevatura, rea-
le solatium exhibet, oculos exsiccans honore pater-
no. Vera equidèm consolatio non ab ore facundo, sed
4 â manu largâ descendens. ★ Hic adnoto, hanc solan-
di rationem etiam probare filium dignioribus præfe-
rendum, & constituendum in officiô, vtpote mœren-
tem magìs, & si merentem minus: vt expressè asserit
Platea *in L. 1. h. Titul. & in L. Vnicuique 7. Num. 3. C.
de* Proxim. *sacr.* illìc: *Ea ratio facit pro filio, vt ipse licèt sit
deterior, præferatur, nempe vt hoc habeat in solatium patris
defuncti.*

5 Solatium autem ★ multidica vox est, neque in v-
no invenitur significatô apud Pancirolum *in Thesaur.
Var. Lect. Lib. 1. Cap. 78.* Alia & ipse attingam. ★ Pro
6 compensatione quadam sumitur quandoquè, *L. Vlt.
de Litigios. L. 32. C. Theod. de Navicul.* Gutherius de
7 *Offic. Dom. Aug. Lib. 3. Capit. 17.* ★ Pro salario, seu sti-
pendio, *L. Penultim. in princ. C. de Erog. milit. Ann. L.
Fin. in princ. C. de Silentiar. Lib. 12. L. Restituenda 6. C. de
8 Advoc. 2.* cum alijs. ★ Interdùm pro remuneratione,

L.2.C.de Præd.Decur.sin.decr.non al.Libr.10. L. In om-
9 *nibus 7.C.de Curs.Publ.Lib.12.* * Pro auxilio, patrocinio, & allevatâ miseriâ, vt apud Spartianum *in Adriano: Solatijs refovit*; vbì adnotat Salmasius.
10 * Donaria quoque tristis lætitia, dispendij decor, victis in certamine concessa, velut pia cedendi bractea, solatia dicebantur. Virgilius 5. *Æn. Vers.* 367.

Ensem, atque insignem galeam solatia victo.

11 Omitto * solatia Petri de Gregorio *de Concess. feud. Part.8. Quæst.10. Num.6.* Quò nomine designat Principum hortos, seu fundos in gymnades ab eis animi causâ deputatos: Quia ibì solatiantur, inquit ex Glossâ *in L. Apud Iulianum 39. §. Constat. de Leg.1.*

Omni ferè hòc idiomate solatij nostrum loqui textum palàm est. Maximè doloris, & calamitatis delinimentum hic sonat, quò ægritudinis animi aculei
12 hebetantur, mœroris ferocia consopitur. * Vndè non modò remuneratio id spectat, quòd parens lætam fecit Remp. vivens, sed etiam quòd filium mœstum moriens, non solùm quid illum illustrarit, sed etiam quid hunc funestet, perspicitur. Etenim gravissimo animi vulneri validissimâ omnium medicinâ fuit occurrendum, videlicet beneficijs, nec alitèr boni parentis defectum satìs resarciri iura putant, ni dum filius paternis honoribus patrem sibi restituat, fiat alter parens, nec extra sese desideret, quem in sese, decoribusque ijsdem obvolutum tenet. Nec immodica videatur merces, quæ non modò virtutis merces est, sed vnà do-
13 loris. * Quis enim, vel inexpertus illius acorem nesciat? quis damna ignoret iacturæ illius plagarum omnium principis, quæ miseræ menti occurrit magnâ cum maiestate malorum. Profundissimus angor tartareo similis, non modò sentientis filij, sed referentis extranei linguam innodat. Nullus tam barbarus, ex-

cors

cors, saxeus, cuius in tanto casu cor habeat absque stigmate. Non aliud tetrius fulmen in mortalia pectora intorsere superi, nulla lateri altiùs hæret lethalis arũdo. Aliæ pungunt, hæc transabit; alij fluctus agitant, hic obruit. Hic Erigones iugulum laqueo dedit.

Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei, fac quoque, guttur eat.

Ovidius *in Ibin.* Aliaque protulit, queis frequentia
14 portentum ademit. * Mirum illud Æneæ: in Anchisis obitum cogitationem immergens aiebat 3. *Æneid. Vers.* 712.

Nec vates Helenus, cùm multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.

Tot exilia, discrimina, fames, labores, & errores prædicta, vnius genitoris morti non æquipollent. Quasi diceret: Primum malum silentio pressere, plebeia tantùm explicarunt. Anne gigas hoc infortunium, nec vate, nec aliâ linguâ plenè tractatur, silentio satiùs relinquendum? hìc os fatidicum velatur, vt alibì alicu-
15 ius depicti Regis vultus. * Fuit etiam perenni decursu dies illa Troiano Principi celeberrima planctu; infanda sempèr illi dies, quâ post anni quamque devolutam rotam, ingens, sed vix valentior, solennior certè luctus redibat 5. *Æn. Vers.* 49.

Iamque dies (ni fallor) adest, quem sempèr acerbum,
Sempèr honoratum (sic dij voluistis) habebo.

Nec * tantum auræ vitalis exhaustum ab Anchise filio casum indulcavit; non cariosa vita piæ menti mortem comminuit. Quid iuvat dolentem sublati senectus, si quantuncunque pater in vivis fuerit, in multò longius discedere sempèr filius reputat. Verè filio nunquàm pater decedit in tempore, nec doloris

acerbitati ævi maturitas facit temperiem. Pura quin
17 pietas quasi adolescentem longævum deplorat. * Sic
Etruscum parentem octogenario maiorem; ita filius
querebatur abductum, vt præcocē lugere crederetur;
adeo defuncto annos dolendo demebat...

———*Nigrasque putat properasse sorores.*

Inquit Papinius, qui suis etiam rhythmicis lachrymis in exequias confluxit, cum Martiale dicente *Lib.7. Epigr.*34. de sene.

Hic propè tèr senas vidit Olympiadas.
Sed festinatis raptum te credidit annis,
Aspexit lachrymas quisquis Etrusce tuas.

18 Seriò * tamen maior patet questibus area, cui viridis excessit genitor, quò miserius est ad marcorem decerpi, quàm ad frugem, quò plùs dentes avulsi torquent, quàm sponte cadentes; Non indignamur natu ræ, sed sorti. Quis infrendet soli occidenti, dum vesper oritur? & tamen cum in meridie laborat, sub furvo æthere pavet orbis. Præcipuè si eidem parenti Remp. tractanti, integrè corusco plus ætatis pollicebatur natura, plus honoris merita. Defecit tamen cùm per omnes lucendi ordines ferebatur, & nondùm in auge. Qualis ævi erat officialis noster, nempe bellici; turpitèr enim fuisset senex miles: Adhùc roboris, nondùm graduum integritas. Insolabilis ergo genito ruina, hora nunquàm sine gemitu recolenda, quâ simùl custos, amans, caput, decus, præsidium evanuere. Pater perijt, adeò pater; adeoque perijt, vt applausus etiam fortunæ, resque cæteræ inanimes, quæ vivere nesciunt, in deserti tormentum mori didicerint. Pater perijt, qui domus omnis erat, Delphicusque gladius omnes in vsus. Quondàm exhibiti cultus difflantur, enodantur consuetudines familiarium, nubilique re-

ce-

cedunt amici. In illam tandem incidit oblivionem, eã
agit in communi ſcenâ perſonam mutam, quam Hiſ-
panus verna proverbio vocat: *Hijo de Oidor muerto.* Nil
reliqui. Manet tamen dilapſæ felicitatis memoria; ſed
quô nullus gravior cruciatus. Minima eſt infelici-
tas, quæ ſe ipsâ conſcribitur, maxima fortunatioris
olim ſtatus conſcia: graviores enim tenebras patiun-
19 tur qui ex ſudâ, & fulgenti die feruntur in abdita. *
Ideo tunc tempeſtatis filijs ſuccurrere promptius eſt,
quia nullà habet vividiora lænocinia compaſsio,
quàm fuiſſe, non eſſe felicem. Plus miſerationis ſug-
git proſpera, quàm adverſa fortuna; ſed hæc dum eſt;
illa dum fuerit, iuxta D. Boœthium *Libr. 2. de Conſol.
Philoſoph. Æquum eſt* (ait Caſsiodorus *Libr. 9. Epiſtol.
22.*) *vt commodet ſe regalis pietas fati vulnere ſauciatis;
quia erigi plùs merentur, quos ſortis ſuæ adverſa preſſerunt.*
Multa Tiraquellus *Leg. Conn. Gloſſ. 1. Part. 2. Numer.
17.* Federicus Scotus *Tom. Libr. & Reſp. 1. Numer. 39.*
Surdus *de Aliment. Titul. 1. Quæſt. 93. Num. 31.* Valen
zuela *Diſcurſ. Stat. & bell. Part. 1. Conſid. 1. à Numer.
51.* Didacus Perez *in L. 1. Titul. 1. Libr. 4. Or-
din.*

Cæteroquìn vulnera ſaucio, mœror geminabitur
mœrenti adverſus vulgaria, *Cap. Pen. de Cler. ægrot. L.
Si furioſi 25. in fin. C. de Nupt. L. 1. de Pæn. L. 11. Titul.
29. Partit. 7. cum paribus.* Enimverò ſi hæc auget fu-
nera præmij privatio, iam ad cordis medullam pene-
trabit afflictio. * Nempe iam an verè talis viri filius
20 ſis, in dubium verti videtur, imò negari. Meritiſsimũ
parentem fateri, honeſtaſſe, præfeciſſe, nec ad filium
beneficia progredi, pluſquàm ad huius necem adigi-
tur hæc plaga, ſcilicet ad famam, ad originem. Paren-
tem illi negat, qui ob parentem præmia. Omnia mor-
ti licuiſſe videbantur præter gloriam tanti habiti ge-
nitoris, ſed quod mors non aufert, aufert oblivio, in-

curia, ne ingratitudo dixerim. Et porrò ægrè ab eô, qui publicè resplenduit emanasse creditur proles, quæ indonata latet. ⋆ Anxius idcircò identidèm à nobis agi-
21 tatus Phaëthon, ne pudicitia Clymenes matris aurâ famosâ laboraret, neque Phœbum mentitum patrem sæpiùs convitiaretur Epaphus, munera paterna poposcit, munera, inquã, omnimodæ probationis testes irrefragandos.

Pignora da genitor, per quæ tua vera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.

Tam naturalis est patris cum filij remuneratione nexus, vt hâc deficiente illum habuisse sit impersuasibile, & velut inter fabulas, cum ipso Phaëthonte re-
22 feratur. ⋆ Nisi alios ille muneribus genuit, absque liberis abijt. Infœcundus habetur, cuius gnatis Resp. est infœcunda præmiorum. Quantunvìs illi numerosior proles mensam coronaverit, quàm Danao, aut Priamo, ni gratia eis propter eum rependatur, decessit improlis. Mortẽ enim tantùm similium propagatio germinum decipit, & hæc præmio duntaxat propagantur. Paradoxa vererer ni fideiussorẽ meruissem D. Thomam qui *de Regimin. Princip. Lib.* 4. *Cap.* 13. Adducit ⋆
23 Legem Hippodami Milesij, quâ statuit (quasi non idẽ iam pridèm Athenis, alijsque civitatibus fuisset lege provisum; teste Aristotele *Politic. Lib.* 2. *Cap.* 6. Adeas Platonem *in Menexen.*) filijs expirantum in acie expẽ-
24 sis publicis alimenta diffundi. ⋆ Deindè cognatam Romanorum consuetudinem, quòd occumbentibus pro Rep. præmia debita susciperent filij, ⋆ minorisque
25 sexûs proxenies reum dotis haberet ærarium. Vtrumque complectuntur, Alexander ab Alexandro *Libr.* 4. *Dier. Gen. Cap.* 18. & Dempsterus *ad Rosin. Lib.* 7. *An-*
26 *tiquitat Cap.* 31. Vide *sup. ad Rubr. Cap.* 4. *Num.* 67. ⋆ At D. Thomas verbis hisce: *Hoc idem de bellatoribus præ*

ce-

cepit, vt si aliqui eorũ morerentur in bellò, ob defensionem patria, & bonum civitatis, ipsorum nati acciperent cibum de ærario publicò. Hæc statuit Hippodamus. In quò quidem Romana Resp. maximè conatum adhibuit victoriosos milites honorare, sive in morte, sive in vitâ, vt historiæ tradunt. Continuatque Divus. *Sed præcipuè in filijs, quia in eis, cùm sit ipsorum similitudo, satis perpetuatur memoria, vt verum sit quod in Ecclesiastico scribitur. Mortuus est, & quasi non est mortuus; similem enim reliquit post se; videlicet in beneficio adepto causâ patris.* Iterùm lege: *In beneficio adepto causâ patris.* En vt â contrario, privatio beneficij prolem similem abstulisset, & sursùm effudisset sterilitatem. Solati ergo natos æquum, opportunum, & necessarium est, non solùm quòd patrem desierint habere, sed ne simùl habuisse desierint, ne cum morientem amiserint, adhùc quoque quòd suus vixerit, amisisse videantur. Ne non modò vita, sed nomen etiam patris appareat abrasum. Siquidem, vt vidimus, quisquis beneficentiam contrahat; aut filium contradicit, aut in obscurum revocat. Vtcunque iniuria nati.

Quod si profiteatur, nec præmietur, iniuria patris.

27 * Etenim cui qualitercunque potest impendi, negatur honora merces, acta damnantur. In sanô imperio, quæ nominis proscriptio, factorum palàm improbatio infestior, & famæ insuavior buccina, quàm â muneribus exclusio. Quidquid labia celebrant manus despicit. Quòd dignus sis, nosci debere dicitur ante munus; sed in integræ valetudinis Rep. post munus latiùs, & certiùs noscitur, quòd merueris. *Etenim* (Plinius dicebat in Panegir.) *memini tunc verissimè iudicari, meruerit quis honorem, nec ne, cùm adeptus est.* Rem equidem publicam gerentes, qui se gesserint, quâ fide, quô animô, quàm castè amaverint commune bonum, in idve peccaverint, non omnium est historia ve-

ra, secura notitia; ex fonte quippe ipso ægrè petenda. Populi autem moles oculis tantùm externis pœnæ, aut præmij discernit. Sed & ijs, queis moderatoris probitas perspicua est, præmio negatô, velut dissuadetur. Cave ne præmia sileant, dum alibì fervent, Numa licet fueris, Tarquinius habebere: *Omnia siquidem bona* (Cassiodorus *Lib.* 1. *Variar. Epistol.* 3.) *suis sunt coniuncta cum fructibus; neque credi potest virtus, quæ sequestratur à præmio.* Et *Epistol.* 4. *Patritiatus dedimus dignitatem, vt per honorem magni nominis declarentur merita servientis.* Hoc idem *Epistol.* 28. *Libr.* 2. *Alibique sæpiùs.* In quod quidem thema latè D. Thomas 2.2. *Quæst.* 103. *Art.* 1. Ærodius Rer. *Iudic. Libr.* 7. *Titul.* 4. *Cap.* 18. Boërius *in Tract. de Author. magn. Consf. Numer.* 28. Actius *de Lud. Scacchor. Quæst.* 6. *Num.* 73. Gregorius *in L.* 51. *Titul.* 18. *Partit.* 3. Menchaca *Controv. Illustr. Libr.* 1. *Cap.* 43. *Num.* 16. Fontanella *de Pact. Nupt. Clausf.* 4. *Gloss.* 14. *Num.* 122. Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 2. *Cap.* 1. *Num.* 54. ★ Quoniam ex præmiô virtus, vt
28 ex pœnâ flagitium dignoscitur *L.* 2. *ff. de Public. iud. L. Auxilium* 37. *ff. de Minor.* Glossa *in L. Ad ea* 157. *ff. de Reg. Iur.* Gregorius *in L.* 4. *Tit.* 7. *Part.* 6. *Verb. Palabra.* Conradus Brunus *de Sedit. Libr.* 5. *Cap.* 11. *Numer.* 12. Benincasius *de Paupertat. Quæst.* 8. *Special.* 9. *in iudicijs, Num.* 4. Rodolphinus *Lib.* 2. *Quæst.* 36. *Num.* 17. Vide signatiora tradentem Tacitum *de Morib. German. Cap.* 12.

Iam igitur filio speciosius debetur solatium. Ille generosiùs dolet, cùm agatur causa parentis, ★ cuius
29 nempe memoriæ infertur vis, fortè gravissima, longissima certè: Ad sepultum orbem extenditur, in pios etiam manes incrudescit, quorum virtutes, quia nunc inserviunt æternitati, despicatui habentur, & auctoritas incorporea pessundatur. Cōgruētissimus in rem Demosthenes *Orat. contra Leptinem*: Decerpam Helleni-

nicæ ſuadæ particulam, in huiuſmodi theſi. Mos erat
Athenienſibus benemeritos de Rep. publicorum mu-
nerum immunitate inter alia honeſtare; quâ in poſte-
ritates continuatâ, immuniumque numero nimis ex-
creſcente, cùm vix eſſet, qui onera comportaret; Lep-
tines rogationem tulit; vt immunitates huiuſmodi
reſcinderentur. Demoſthenes igitur Steſippo Cha-
briæ, alijſque illuſtrium poſteris patrocinatus iniu-
riam defunctis parentibus inferēdam exaggerat: *Quo-
modò quiſquam dixerit te* (Leptinem) *Solonis leges, vel le-
giſſe, vel intellexiſſe: cùm efficias ne quis populo ſtudeat; dum
prædicis, & oſtendis, benemerentibus nullam omninò ſperan-
dam eſſe remunerationē? Quin illa etiã Solonis lex eſt è lau-
datarum numero: Mortuo nemini maledicendum, etiam ſi
quis à liberis eius inceſſatur maledictis: tu verò non maledi-
cis; ſed malefacis mortuis benemeritis.* Idem ampliarat,
progenitorum dignitatem meditandam proponens;
30 eorũ famam verti demonſtrans; * querelaſque iuſtè
orituras, ſi ſua facinora temni, & infructifera reddi
noſſent, vt idem fuiſſet minimè patraſſe. *Quos igitur*
(ait) *niſi legem iſtam abrogabitis, afficietis iniuria, præter a-
lia multa, quæ audiviſtis, hi ſunt iudices. Conſiderate autem
apud voſmetipſos; ſi qui ex hiſce defunctis aliquo pacto quid
in præſentiâ ageretur, cognoſcerent, quàm iuſtâ indignatio-
ne moverentur. Nam quæ vnuſquiſque re ipsâ in vos benefi-
cia contulit, de illis è ſermone ſi ſit iudicium, & res ab illis
præclarè geſtæ, ſi apud vos malè narrantur; fruſtrà ab illis
ſuſceptæ, magniſque laboribus confectæ ſunt: An non iniquiſ-
ſimè cum illis agitur?* Iniuſtè agi cum defunctis fatetur,
iniurioſè, & iniquè; & indignãdos aſſerit, ſi fortè ali-
quo pacto reſcirent. Sed *fortè* illud mihi excuſarem e-
go; * Non enim videntur ignorare vitâ functi, quid
31 ſuis eveniat noſtro in orbe locatis. * Viduis certè nup
32 tias ſecundas obeuntibus, extinctos dolere maritos,
Iuſtinianus ait *Novel. 22. de Nuptijs, §. Quæ verò, Verſ.*

Nos

37 At vltimò ★ felices illas beatorum mentes, sacratô Numinis intuitu perlustrare de terreis istis, quicquid ad beatitudinis cuiusque cumulum pertinet, vt paterfamilias, exempli gratiâ, suæ domus statum, eventorumque vices percalleat, apud Theologos dempto nemine (Caietani vnius restrictionē non moror) in cōfesso est, sæpiùs repertum: frequentèr *in 1. Par. Quæst. 12. dum de Visione; & in 1. 2. Quæst. 2. dum de Beatitudine: in 3. Part. dum de Scientiâ beatâ Christi* non pauci. D. Thomas 3. *Part. Quæst. 10. Art. 2. & in 4. Dist. 45. Quæst. 3. Art. 1. & de Verit. Quæst. 8. Art 4. ad 12. & 2. 2. Quæst. 83. Art. 4 ad 2.* Capreolus *in 4. Dist. 49. Quæst. 6.* Ferrara 3. *Contra Gent. Cap. 59.* Molina 1. *Part. Quæstion. 12. Art. 8. Disp. 5. Membr. 3. ad fin. & Membr. 6.* Suarez *Lib. 2. de Attribut. negat. Cap. 28. Num. 15.* Valencia *Tom. 1. Disp. 1. Quæst. 12. Punct. 6.* Granados 1. *Part. Disp. 1. præcipuè Sect. 9.* Salas 1. 2. *Quæst. 3. Tract. 2 Disp. 4. Sect. 11. Num. 169.* reliquos subticeo. *Quid est, quod non videant* (ait Gregorius 12. *Moral.*) *qui videntem omnia vident?* Quem sensum cape, vt coërcent ad congruentia beatæ mentis integritati omnes cum S. Thomâ 1. *Part. Quæst. 89. Art. 8. & 3. Contr. gent. Cap.*
38 *57.* ★ Aliàs enim irrequietâ, & anxiâ solicitudine nuncia suorum sitirent: nec vbì potissimùm cœlestem opem viatoribus solicitari opus esset, apprehenderent, nisi rogati. Qui profectò implacidus ignorantiæ vapor limpidissimo mentali tractui apparet inidoneus.
39 ★ Quare Orco addictis animabus, inter cæteras mentis lanienas, contingit pro supplicio suorum in terris agentium ignoratio. Ibì miserrimi mortalium ex vi status, an filij virtutibus, decoribus cum famâ negocium habeant, honoribus nobilitentur, an secùs, nil sciunt omninò: Vt Biblia sancta docent *Iob, 14. Vers. 21.* eis verbis: *Sive nobiles fuerint filij eius, sive ignobiles, non intelliget.* Vt, & quòd contrarium beatis pro præmio sit ex

D.Gregorio *vbi modò Cap.* 13. exponit Sanctus Thomas 2.2. *Quæst.*83. *Art.*4.*ad* 2.

40 Quòd* eos tangat cura ſuorum dubitarè non licet; cùm naturalis providentia familiæ virtus intima charitati expiraſſe in empyreo portu dicenda non ſit, vbi animæ bona ſervari, & perfici nemo negavit. *
41 Quòd autem gaudeant de bonis eorūdem, beneficijſque in illos collatis, non minùs indubium habetur. Videas apud ſuprà poſitos. Quod nulli non probari affirmans occurrit Fevardentius *in Ruth. Cap.* 2. *Verſ.* 20. Quandò & idem ad æternam cœlicæ lætitiæ ſummam proſpectat; & in patriâ conſtituti verò amicitiæ amore erga viatores iuſtos gaudere dicuntur. Vazquez 1.2. *Diſp.* 16. *Num.* 13. Nonne divina veritas pronunciavit tantam eſſe beatis ſpiritibus in Evigenas curam, amorem, & de proſperis gaudium, vt cùm ad meliorem frugem convertitur homunculus, ſolenniter eiubilent? *Luc.* 15. Receptum ergo illud eſt: quòd accidentalem ſpecialem gloriam ex hominum memori obſervatione capiant iuxta Text. *in Cap. Cum Mar-*
42 *tha* 6. §. *Tertio loco, de Celeb. Miſſ.** Sicut damnatis ipſis per accidens pœnas comminui, dixit magnus Albertus *ſup. Cap. Vltim. Dyoniſij de Eccleſ. Hierarch.* dum pro illis operaremur ſuffragia: quatenùs ſcilicet eò cruciatu carerent, qui ſi ſe in oblivione iacentes cernerent, oriretur. Quod vtique, ſi reſcirent eventurum, non reffragatur S. Thomas apud Sybillam *vbi ſup. Cap.* 3. *Quæſt.* 13. Sed negat, vt diximus, iſtud in eorū notitiam communitèr devenire.

43 Ad * ethnicam Theologiam ſi fortè placeret æſtivare, vberrimè floreret excurſio. Die pulſi, qui, an ſcirent hæc, quæ apud ſuperos eveniunt, vulgus anceps fuit, vt condirionali voce vterentur plerūquè. Auctor Octaviæ *in princ.*

Sem-

Semper genitrix deflenda mihi,
Prima meorum causa malorum,
Tristes questus
Nata exaudi, si quis remanet
Sensus in vmbris.

Sapientes verò aliter cogitabant. Ex plurimis dabo statim Platonem. Communitèr vmbras infestas circumvolitare aiebant vetustis inimicis; & vniversim quod affectionum, & curarum est, persuasissimum habuere; amores eosdem, propensiones, & studia, quæ vità fruentibus fuerant, in cassis quoque perseverare. Quàm eadem cum Creusà fuit, vmbra illa Creusæ, vale dicens:

——Et nati serva communis amorem.

Æneid. 2. Quàm sextus Maronianus liber id ornat, ingerit, & inculcat!

————Quæ gratia currûm,
Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Vbi Cerda illustrat. Iuvat etsi non ethnicum, poëtam tamen inserere Petrarcam, cuius pleraque 2. *Part.* sonula, sed præcipuè dulcissimum XV. animæ beatæ, pro charissimo quondàm in terris agente, pias curas venustissimè describens:

Ne mai pietosa madre al caro figlio,
Ne donna accesa al suo sposo diletto
Diè con tanti sospir, con tal sospetto
In dubbio stato sì fedel consiglio.
Come à me quella, che l'mio grave essiglio
Mirando dal suo eterno alto ricetto

Spesso à me torna con l' vsato affetto,
E di doppia pietate ornata il ciglio.
Hor di madre, hor d'amante, hor teme, hor arde
D' honesto fuoco; e nel parlar mi mostra
Quel, che in questo viaggio fugga, ò segua.
Contando i casi de la vita nostra:
Pregando, ch' al leuar l' alma non tarde:
E sol quant' ella parla, ho pace, ò tregua.

44 Quòd * si nobis obtingant sinistra, haud quidem in tristitiam labuntur animi beati. Absit, abest prorsùs ab hilaritatis aulâ divinâ mœror omnis. S. Thomas *vt*
45 *supr. in* 4. *Dist.* 45. & nullus non. * Iustinianus verò *in nuperâ Nov.* voce *contristari* vsus est, vt & sacra ipsa pagina vtitur *Ad Ephes.* 4. *Nolite contristare SpiritumSãctum Dei.* Et *Isa.* 33. *Angeli pacis amarè flebunt*, & similia. Nimirùm aliâ nullâ metaphorâ posset aptiùs affectus ille declarari, quô rem cœlicolæ improbant, & damnant, quæ si contrariò contigisset, peculiarem accidentem gloriam adferret. Adeas Sybillam *Dec.* 2. *Quæst.* 3. *Cap.* 5. Sic capio *Novel.* Iuvasset tamen vidisse Borrellum *in Neanomologia Cap.* 28. *per tot.* & interpretationem, quam textui adhibere refert *in Sum. Decis. Tit.* 2. *de Secund. Nupt. Num.* 70.

46 Vacat itaque dubitatione; * si iusti viri sobolem paternæ virtutis fructibus defraudes, nec memoriam demortui recolas in filijs, vt par est; omni accidentali gloriâ illâ, quæ de virtutum in terris cultu caperet, per te privari beatum: qualitèr alijs etiam de causis destituuntur cœlites specialibus gloriæ decoribus, insignibus, & aureolis, queis alij alijs potiuntur nominibus. De quibus Theologi *ad* 1. 2. *Quæst.* 3. *& Supplem. ad* 3. *Part. Quæst.* 96.

47 Constet etiam * contemnentes piorum altiùs iam viventium merita, nec in dilectis posteris illa observã-

tès

tes iniuriam cœlicolis inferre, vt intendebat Demosthenes, priusque dixerat idem: *Non decet, talem virum iniuriâ a vobis affici.* Modò noscerent, modò secùs: notitia enim culpam non efficit, sed revelat: sive gaudeant, sive alitèr. Etenim novæ letitiæ, mærorisve incapaci Deo iniuriatur peccans.

Et absolutè pij genitorum animi, beneficijs in posteros collocatis devinciuntur, officijs offenduntur contrarijs. Adeò vt præcipuam inanis mundi curam hanc esse, Divinus Plato *de Legib. Dial.* 11. docuerit; Subijcio locum, mihi ex vetustis in rei coronida selectum. Ait orphanam iuventutem curandam, tutoresque monet, primùm ne superos exasperent. *Deindè etiam mortuorum manes, quibus natura inest, vt præcipuâ illorum curâ teneantur, qui ab eis geniti sunt, adeò vt honorantibus eos propitij, contemnentibus infensi sint,* dummodò viventes meruerint.

48 Quapropter ⋆ (vt hôc capite dicta iam agglomerem) qui clarentis quondàm virtutibus non indigna progenies excluderetur ab honoribus, cuncta hæc dura, & iniqua pati haberet: præter paternam mortem, suimet contēptum ipsius, & supra desolatum cum domô animum, repulsæ contumeliam: Tum quia genus, & legitimæ prolis signa denegari videntur: Tum etiā quia patris existimatio lædi cōspicitur, iniuriaque affici, cùm æquus, solitusque præteritis virtutibus cultus exhiberi supprimitur, extorquetur. Meliùs Lex nostra, quæ eiusmodi ærumnas paterno munere solatur, & demit.



CAP. XVI.

Egestatis levamen.

SVMMARIVM.

1. *Inopiam filij muneribus, & annonis levat Text.*
2. *Optimi rectores inopes decedunt.*
3. *Magistratum opes plerunque salarium.*
4. *Sæpe nō opulenti viā Reip. capessunt.*
5. *Vix patrimonijs eversis ad honores pervenitur.*
6. *Idcircò natis promptiùs succurrendum.*
7. *Patrem incorruptū probantibus.*
8. *Peculatus sacrilegij genus.*
9. *Tribunal templum.*
10. *Soli iustitiæ arbiter.*
11. *Phœbi Phaëthonta monentis altior sensus.*
12. *Locus Plutarchi cōspicuus.*
13. *Regentiū obitus pauper laudatus.*
14. *Vt parentis D. Nazianzeni non aucto patrimonio.*
15. *Cùm crimē avaritia non erat.*
16. *Indidèm filius muneratur apud Casiod.*
17. *Qui in officiò, de officiò ditatum credimus.*
18. *Vt Themistoclem.*
19. *Illiusmodi homines leoni cuidam similes.*
20. *Alio syndicatu non egebant apud Henricum III.*
21. *Ius in eos præsumit.*
22. *Vt, quòd de viri bonis adquisierit vxor.*
23. *De Ecclesiæ Prælatus.*
24. *Ideo promoti edunt inventarium.*
25. *An debeant totiès quotiès?*

26. *An etiam Episcopi.*
27. *Incorrupti filius indonatus infelix.*
28. *Filios munerandos sperans sanctè versabitur.*
29. *Ea spes facienda.*
30 *Ne idoneì filius egeat, Ius procurat.*
31. *Hinc aucta legitima pro numerò filiorum.*
32. *Stipendium erogatur.*
33. L. 1. C. de Primip. *exposita.*
34. *Militia casus conceditur.*
35 *Liberalitas Regia qualis?*
36. *Filijs parare patres potissimùm student.*
37. *Non remunerandis, vel per flagitia praeparabunt.*
38. *Huius ansa tollenda.*
39. *Non parcit populis brevis potestas.*
40. *Vt apud senem Galbam servi rapaciores.*
41. *Vinea coloni simile.*
42. *Norvegicorum accipitrum aliud.*
43. *Pater filio sol est.*
44 *Optimorum filijs subveniendū, ne vt perduellium vivant.*
45. *Ne genitoribus oneri sint.*
46. *Alia ratiuncula.*
47 *Ne probro sit egestas, quae patri laudi.*
48. *Ne parta nobilitatis instrumento destituantur.*
49. *Nobilitas egestate supprimitur.*
50. *Augusti liberalitas cōmendata.*
51. *Principi nobiles conseruandi, & quare?*



SVFFRAGATVR immeritioribus etiam filijs ratio alia, nostro ipso ex textu oriū da, verbis: *Manifestum autem est maiorem natu, in quem eiusmodi solatium confertur*
1 *caeterorum curam habiturū.** Lex quidem vt pia ergà bonos matersfamilias, defuncto parente, natis prospicit, paternà munus, & annonas filio primae-

quid istius modi filius eget, Principi beneficium est, si quidquid abundaret, ipsi Principi potuit esse detrimentum. Ergo parentem probat, & optimè meriti generis testimonio per se ipsum exhibito resplendet. Congruunt Bovadillla *Lib. 2. Politic. Cap.* 11. *Num.* 8. Bravo *de Reg. & regen. rat. Lib.* 2. *Pagin.* 56. Tersissimũ fit paterni candoris speculum, quò nulla obtutui regio repercussio suavior: præconia sunt iterata præteriti moderaminis silentia illa, queis inopia marcet. Apparet perspicuè, nil animum illum illius contraxisse ferruginis, quà solet aurum sordidare: non sibi, sed Reip. rexisse, nullumque præter rectè facti lucrum an-
8 helasse: * Ex illisque fuisse integerrimis iustitiæ procis, qui publica quæque sacrosancta putantes, quantuluncunque diminueretur, se reos sacrilegij facerent. Rectè: Nec eos idcircò superstitionis accersam. *
9 Quod etenim togæ castra, tribunal Astrææ, & æquitatis aulam appellant; ego sacratissimum publicæ lucis *Templum* dixero, Iustiniano duce *in L.* 1. *§. Cumque, C. de Veter. Iur. Enucl.* Quò, ni fallor, adlusit argutissimè poëseos mithologicæ Princeps Ovidius 2. *Met.* qui decantatâ in fabulâ Phaëthonteâ Reip. gerendæ præcepta dantem Phœbum inducit. Nec im-
10 propiè; * Solem enim iustitiæ arbitrum, & moderatorem esse, memoravit Plutarchus *in Tract. Ad Princip. inerud.* Ait ergo Phœbus Phaëthonti solare regimen ambienti.

Forsitan & lucos illic, vrbesque deorum,
Concipias animo, delubraque ditia donis.

11 Quasi moneret: * Forsitan animò concipias, inter alia in Reip. via invenienda, delubra ditia donis esse, vnde speras ditari, vndè currus adspiras. Cave spes: fanorum enim divitiæ tantùm abesse debent à ditando ingredientes, vt hi potius, & auro, & auri omni

12 adfectu cùm templa subeunt spoliandi sint. * Afful-
geo Soli ex aptissimo Plutarchi locô *in Reip. ger. præcept.* Vbì Rectorem similem esse iubet Argonautis, *qui fana intrantes aurum foris relinquebant*, & subiungit. *Quandò igitur tribunal commune quoddam est templum Consultoris, atque Vrbitenentis Iovis, ac Themidos, & Iustitiæ: iam indè ab initio, divitiarum, & pecuniæ cupiditatem, tanquam ferrum, & morbum animi æruginis plenum exuēs, in cauponum, aut fæneratorum fora abijce.*

——Lonque avertere ab illis:

Atque sic habe, eum qui quæstum è publicò captat, furari de sacris, de bustis, de amicis, proditione, falsi testimonij dictione, lucrum quærere, infidum esse consiliarium, periurum iudicem, magistratum dona captantem; denique nullo non genere iniustitiæ obstrictum, vt hac de re non sit multis opus verbis. * Hìnc meritò est famæ, temporum, & scriptorum
13 haustrix eorum inopia, qui Reip. summam moderati, in summâ egestate diem obiere: Poplicola, Æmilius, Epaminondas, Aristides, Menenius, Isauricus, Phocion, & alij, qui post primos fasces, ingentia facinora, & triumphos precariò fuere telluri mandati. Nimirùm admiramur boni publici tantum amorem, vt domestico detraxerit. Laus itaque nulla gubernantem decentior, quàm in rei familiaris modestiâ, bonis publicis familiaritèr vsum, cynicâ mendicitate decedere: nullum aliud evidentius indicium heroicæ virtutis in regendo, quàm neutiquàm propiam promovisse
14 substantiam. * Quarè sanctissimus Nazianzenus Gregorius *in Funebr. Orat. Patris.* dum eius laudibus insistit, in eô constituit supremum iustitiæ testimonium, quòd ipsi non accrevisset patrimonium in locis sublimibus versanti. *Iustitiæ* (inquit) *illius, quod maius, illustriusque argumentum afferri possit, quàm quòd in magnis Reip. muneribus, administrationibusque versatus, ne terun-*

*tio quidem facultates suas auxerit: Idque cùm alios cerne-
ret Briarei manus (vt dici solet) iniicientes, & scelerato quæ
stu turgentes. Sic enim opes iniustis artibus collectas voco.*
Quasi, petitis, diceret, parentis definitionem? Ecce il-
lam: Publica tractavit, nec substantiam auxit. Quan-
tus fuerit, hinc conijcite, inspectate; qualis humanæ
probitatis, animi, sanctique ingenij securior index?
Quodnam aliud in eo viro peretur superius, de quo-
nam præterea inquiretur prodigio, ad famigerabilem,
ad eam, quam reddunt virtutibus excultæ gentes, He-
roibus apotheosin? Idne magnum? Tamen adhuc ma-
15 iora. Aliquid vltrà vultis, edoceam. ★ Eà scilicet tem-
porum conditione continentiam amavit, cùm hy-
drops habendi morbus non erat; inter Briareos fuit Si-
rena sine brachijs, vel vt Atheniensia Iudicum idola,
sine manibus. ★ Idem ego (Cassiodorus ait *Lib.3. Epi-*
16 *stol.12.*) de Argolici parente prædico, ideoque filius, iu
re optimo, decorandus Vrbanâ Præfecturâ. *Accidit*
(ait) *provecti nobilissimus pater, qui Comitivæ Privata-
rum infulas nullius acerbitate calumniæ profanavit, qui
affectans famæ commoda, pecuniæ neglexit augmenta: Et,
quod rarum virtutis exemplum est, his egit se temporibus cō-
tinentem, quibus crimen avaritia non habebat.*

17 Et è converso ★ in divites evadentibus magistra-
tibus non benè manus olent. Facilè philosophamur,
plus illos compilandis divitijs, quàm expellendis publi
cis damnis fuisse intentos. Non hic Aristotelis syllo-
gisticum rete opus est. Vndè isti Midæ nisi ex conta-
ctu? Vndè iste tumor hirudini, nisi ex corpore, cui ad-
hæret? Non ingravescit arca solo vocabulo magistra-
tus, nec simplex, innocensque titulus tantas auget o-
pes. Evidentèr Vulcatius *in Cassio: Audisti* (dicit) *Præ-
fectum nostri prætorij ante triduum quàm fieret, mendicum,
& pauperem, sed subitò divitem effectum. Vndè, quæso, nisi
de visceribus Reip. provincialiumque fortunis.* Calluerat

Iu-

Iustinianus optimè; vndè istæ subitæ fortunarum coruscationes, dum *Novel. 17. de Mandat. Princip. §. 5.* Provincialibus Præsidibus assumendi, retinendique consiliarios, & ministros normam proponens, eos statim avaritiâ verēdos declarat, dimittique iubet, queis sublustres, & insperatæ facultates advenerint. Ait: *Festinabis etiam Consiliarium, & quicunque fuerit circa te, assumere virum optimum, & purum vndiquè, & contentum ijs, quæ à fisco dantur; Et si quid præter spem accesserit, & nō inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio verò vteris Consiliario, legem, & iustitiam cū puris servante manibus.*

18 Quantus ★ fuerit auri struthio, quantus pecuniæ publicæ gurges Themistocles ille, cui nempe post administrationem centum auri talenta reperta sunt: Cū tamen, priusquàm ad Remp. accederet, tribus omninò tota eius hæreditas caperetur? Ælianus *de Var. hist. Lib. 10. Cap. 17.* O quantus illi quæstus fuit publica res, quòt talenta tria illa peperere! Tales sunt aurivorum regentium artes, vt tenues fortunæ communibus

19 immixtæ dominis summoperè prolificent. ★ Nonnullam cognationem tria illa talenta videntur habere cum drachmis alijs leonis, de quò Pierius *Lib. 1. Cap. 7.* Alexandri regia vis auri, ingensque omnis pecuniæ, Apollini Delphico portabatur: obvius fit leo, de itinere rogat portitores; certiorque factus se rectorem offert eundo, mandras, virosque protecturus. Admissus, simul leoninum peculium pauculas drachmas inter Alexandrinas poni iubet, ne sarcinæ ignatus impediatur. Cùm autem primùm facci aperti sunt, quæcunque invenit numismata Regijs similia, sua esse bonus custos adseruit, sibique vt propria vendicavit, dicens cum cachinno: *En quantas meæ drachmæ peperere!* Non alitèr si quis vafris manibus Regio sese immiscet patrimonio, quot reditus privatæ illæ quondam pecu-

nio

20 niolæ progignunt. * Ergo vt reus fiat vir civilis, nullo alio videtur crimine opus esse, quàm ditatu. Laudo Palentinum, qui Henrici III. Castellæ Regis optimi cēsuram erga Præfectos laudavit, id referens: *Sicut Provincijs bonos Præsides, & Rectores præponebat; eàdem animi virtute, & severitate in eos accerrimè animadvertebat, quos in gerēdis magistratibus, & officijs nedū deliquentes, sed ditatos cōspexit. Dicebat enim, eos iudices non indigere alio syndicatu, aut alia pessimâ regiminis probatione, nisi quòd pauperes magistratū accepissent, & locupletes indē evasissent.*

21 Quàm non temerè censuerit, * ostendit vulgaris præsumptio Iuris, ex publicis pecuniosos factos esse, qui ante publica in nullis, aut angustioribus facultatibus versabātur, Glossa *in L. Defensionis facultas 8. Vbi* communitèr Doctores, *C. de Iur. fisc.* Baldus *in L. 1. Num. 20. C. de Hæred. vel act. ven.* Romanus *Consil. 159. Numer. 5.* Marcellus Cala *de Mod. art. & prob. Quæst. 614. Num. 1388.* Trentacinquus *Variar. Resolut. 2. de Procur. Num. 16.* Ponte *de Potestat. Proreg. Titul. 3. de Elect. Official. §. 7.* Escobar *de Ratiocin. Cap. 42.* Menochius *Lib. 3. Præs. 52.* Mastrillus *de Magistrat. Lirb. 6. Cap. 10. Num. 13.* Barbatus *de Divis. fruct. Part. 2. Cap. 3. Num. 200.* Raudensis *de Analog. Lib. 1. Cap. 30. à Numer. 292.* Constantius *ad L. Nullus 60. Num. 81. C. de Decurion.* Baldaxar de Angelis *in Prat. sup. Lib. 1. C. Ad L. Iustissimos 3. C. de Offic. Rect. Prov. à Num. 2.* Solorzanus *de Indiar. Gubern. Libr. 5. Capit. 1. Numer. 123.* Queis iunge Ærodium *Rer. iudic. Libr. 9. Tit. 3. Capit.*
22 *20.* Qui omnes quidquid ad rem, pluribus. Sicut * & vxor ex viri bonis adquisijsse præsumitur, nisi aliud probetur. Cuiacius *in L. Publia 26. in prin. ff. Depos. sub Lib. 4. Respons. Pauli.* Fusè Capycius Latro *Decis. 54. à Nu.*
23 *46.* melius, & latius *Decis. 44. per tot.* * Vbi & de Ecclesiasticis Prælatis, qui quæsita post obtentum beneficium, de bonis Ecclesiæ comparasse creduntur: de quó

etiam Acacius *de Privileg. par. & lib. Priv.* 4. *Capit.* 2. *Num.* 21.

Quapropter, * vt appareat an silenti lucro publi-
24 ca res fuerit, vt adolescentem rem familiarem accuset scriptum, & à fontis magnitudine de alveo divitiarum arguatur in posterum, consultissimo Regis nostri Philippi consilio decretum extat; cuius series refertur *in novissimà Compilat. post Titul.* 4. *Lib.* 2. *Que todos los Consejeros, y Ministros de Iusticia, Govierno, Estado, y Hazienda, Ventiquatros, Iurados, Aposentador Mayor, y Aposentadores, hagan, y den inventario de las haziendas, y bienes, con que se hallaren al tiempo en que fueren proveidos en las plazas, y oficios desta calidad.* Id in vsum dari consuluerat F. Ioannes de S. Mariâ *in Rep. Christian. Cap.* 10. qui cum Bovadillâ *in Polit. Lib.* 2. *Cap.* 11. *Num.* 5. rei praxin tribuit Antonino Pio. Fides sit penes auctores: nil tale mihi occurrere potuit. * An promotus semèl,
25 an totiès quotiès, inventarium edere teneatur, incrementa, vel dispendia patrimonij recensens, probè discutit, & prout servatur, servandum affirmat Pareja *de Univ. instr. edit. Titul.* 5. *Resol.* 5. *à Num.* 28. * Æquissi-
26 mum fore inquiens illud ab Episcopis quoque perhiberi, quotiès ad altiores sedes eriguntur, rationemque affert. *Num.* 40.

27 Siquidem * igitur rectissimi officiorum moderatores mortalitatem explent egeni, miserrima porrò erit optimorum natis conditio, quibus non modò luctum mors patris attulit, verùm insupèr pauperiem; vt *pro Sextio Roscio* dixit Cicero. Et ex æquissimis oriri numerabitur inter infortunia. Politicæ sonat impietatem, qui, vt posset, dictitaret, nullum iniquius potuisse nascenti adsistere sidus, quàm parentem positum inter sidera; Infelixque vulgò blateretur patrem sortitus, cui apud manes summa non contigit infelicitas; vt iam in progenie civili plus veri, quàm par esset, ha-

be-

beat vernaculum dictum: *Desdichado del hijo, q̃ no tiene à su padre en el infierno.*

Ergo inverti faciat Princeps vulgare opinamentum, vt miser dicatur, cuius maiores, vt post obitum miseri essent, in Remp. peccarunt; & beati, quorum genitores stellas augere creduntur, quorum ob virtutes reliquiæ coluntur in posteritate.
28 * Intelligant publici homines sese pro amplissimâ hæreditate posse filijs relinquere bonam memoriam; & gratum Principem. Huic etiam erit commodi compendium, quandoquidèm vtut non optimos elegerit, certè faciet. Quis etenim non ita in sese proponat: Apagè cum istâ sub Dite captivitate. Cui lucra peto? Mihine? At ordini meo muneris proventus non sunt impares. An filijs? Quæ necessitas, si non illaudatus obeam sub bono Principe? Vt pulchrè ad intentum considerant Besoldus *Differt. de Præm. Cap.* & *Num.* 2. Tympius *in Specul. Princip. Part.* 1. *Sign.* 22. Pereira *Decis.* 4. *Num.* 7. Hieronymus Zevallos *in Art. Reg. Document.* 27. Et quidem rationi amicissimum est, vt integra patris vita, sicut ipsius æternæ, sic prosit filiorum temporariæ.
29 * Inimicissimum autem rationi, quod hæccine concepta patres fallat sancta spes, quam Iustiniani promovere valuerint promissa ijs, qui iusto moderamine claruerint, *in L. Fin.* §. *Et vnumquenque, C. de Offic. P. P. Africa*, ibi: *Magis enim debent Duces, & Tribuni supra deputata sibi emolumenta, secundum labores suos, de nostrâ largitate remunerationem sperare.* Et Athalarici Regis apud Cassiodorum *Lib. 6. Variar. Epistol.* 21. *A nobis confidentèr exigis, quod remittis: Quia tantùm de remuneratione tuâ cogitamus, quantùm te pecunias non quæsijsse cognoscimus.* Sic optimâ viâ virtus quæstus erit, florebit commodùm instituendi primogenita ratio pulcerrima, rectè facti, vitæ irreprehensibilis conscientia.

30 Animô etiam Princeps volutet, * quantà Ius providentià orbæ progeniei fortunas accommodet, eô nomine ductum: ne qui, dum suus auctor vixit, satìs pollebant, eô sublato, redigantur ad miseriam, * eaque
31 propter Iustinianus pro filiorum numerô legitimam portionem auxit. *Novel. 18. de Trient. & Semiss. in Princip.* ibì: *Et pauperes erunt filij patris, donèc vixerit, idonei.* Trentacinquus *Variar. Resolut. Titul. de Legitim. Resol.*
32 *3. Num. 6.* * Quarè etiam è Iure est, vt eorum qui publicis inserviere proli, Princeps aliquo stipendio succurrat. Deducit Capiblancus *Singul. 89. ex Text. in L. 1 C. de Ann. Civil. Lib. 10.* Vbì Cæsares annonæ civilis emolumenta singulorum meritis attributa in propios hæredes transferri permiserunt. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib. 2. Cap. 11.* Et ex Text. *in L. 1. C. de Primipil. Lib. 12.* Vbì Primipilatus commoda in hæredes propagantur, si fortè qui eà percipere debuit, priùs re-
33 bus humanis exemptus sit, * Vbì vocem *commoda* nõ satìs calluit Capiblancus, nec Doctores communitèr, queis pro salario accipitur. Minimè nanque istud significat ibì; sed benè, cum Amayà *in L. Vnic. C. de Athlet. Num. 21.* præmia gratuita, aliudve gratiæ referendæ genus honorarium, quæ ob egregiam primipilaris administrationis operam erogari solebat: Qualia militaribus cedebant militaria commoda, vel post eorum decessum vxoribus, aut liberis, non secùs, ac cum viduis, & filijs eorum, qui pace, bellove officium præstitere, Rex consuescit munificentiam operari: cuiusmodi muneribus indè ortis veteres *commoda* nomen fecere. Ita *in L. Commodis 40. ff. de Reiud. L. Spem 5. C. Quæ res pign.* Vlterius illustrant Dempsterus *ad Rosin. Libr. 10. Antiq.* & ex pluribus Amaya *vbì supra.*

Quantùm autem Ius aveat, ne honestà proborum virum substantia cum ipsis prorsùs immoriatur,

sed

ſed vſquè in filio reſidua ſit, clariùs innoteſcet ex *Novel. 53. de Exhib. reis, §. Optimum.* ★ Vbì demortuo mi-
34 litiam gerente ſumma certa pecuniæ, ſeu militiæ caſus, creditoribus excluſis, liberis, & vxori, de more Imperialis beneficentiæ proveniebat. *Sed ſiquidem filij fuerint, aut vxor defuncti, iſtos omnibus præponimus modis, vt adeant nos: & ſecundum iuſsionem noſtram hoc habeant, nō tanquam paternam hæreditatem, ſi in alijs inops ſit, ſed tanquam imperialem munificentiam. Vt & ſubſtantiam* (cauſatur Iuſtinianus) *relinquentibus, & non habentibus meritò ſolatium præbeamus.* Videas *ibidèm* Cuiacium, Gothofredum, Stephanum, Ritershuſium, Connanum *Lib. 4 Comm. Cap. 15.* Fulvium *ad Noſtr. Titul. Num. 44.* & Bellinum *de Re Milit. Part. 7. Titul. 6. Num. 23.* ★ Qui
35 non inſciè indè deducit qualis Regia ſit futura liberalitas conſtans, & perpetua. Nec ei probatur ſtricta quædam munificentia præmium turbans additione illâ: Dum in officiò perſtiterit, è noſtraque fuerit voluntate. Quorsùm enim arbitrij sempèr variabilis, sempèr minæ? Qualis ille ager, cuius fertilitas ſub indefeſſo iugô nunquàm non excolenda ſit? Qui maiori ſexagenario donat, quî per totam vitam donare iactat, cui vivere totum intèr mortes, bellô vixit indonatum? Atque vtinam ad eius, quod conceditur, perveniatur manucapionem. Longè diverſa eſt à Iuſtiniano inſinuata liberalitas regia, ſoli ſimillima, qui nec vnquàm volvitur retrò, & nec exoratus exoritur, nullique, dum non impediatur, non affulget. Quod ſi cuius ſolem puderet, eſſet vtique interſecta mundo conferendi beneficia; quid ſi omninò moritura? Vincat regalis munificentia humanam mortalitatem; & Parcarum ingratijs, propagationis virtute, munera faciat æternare.

Si quid ergo parenti deberi non itur inficias, in eum reponatur, in quem vnum certiſsimè reponi percupe-

36 ret parens ipse. * Ea nempe prima est paterna cura, ne postquàm vivos deseruerit, filij egeant. Id veri patris nunquàm decipiens iudicium, si trans obitum providet. Eoque affectu Seianus obnubilabat ambitum Liviæ coniugium, cùm illud efflagitans, apud Tacitum 4. *Annal. Cap.* 40. Sic Tiberium convênit codicillis: *Id liberorum causâ; nam sibi multum, superque vitæ fore, quod tali cum Principe explevisset.* Multa Solorzanus *de Ind. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 30. *Num.* 33. inter quæ Cassiodorum *Libr.* 2: *Epistol.* 24. Qui verba in hæc: *Nutriuntur à parvulis, ipsis laboratur, ipsis divitiæ conquiruntur, & cùm sibi vnusquisque credat, abundare quod possidet, cùm à patribus adhùc quæritur, pro altera potiùs ætate peccatur. Maria ipsa sævis tempestatibus agitata, genitoris cura non refugit, vt peregrinis mercibus acquirat, quod propriæ soboli derelinquat, pro quâ non recusamus subire exitium.* Nullũque tantũ scelus esse, quod liberorum ditandorum causâ improbis leve non videatur, sensit Bodinus.

37 Adeo * qui ad Reip. clavum subsidit, grandem nactus occasionem gradiendi ad opulentiam, vel per flagitia iturum vereri est, si sciat laborum fructibus idem ac sibi parari sepulchrum. * Hæc autem ansa mi-
38 nimè præbenda est, iuxta Text. *in L.* 1. *C. de Frum. Alex. Lib.* 11. *& L. Illud convenire* 5. *Vbi* Baldus *ff. de Pact. Dotal.* Magerus *de Advoc. Arm. Cap.* 11. *Numer.* 469. Pater equidèm non Principi, non Reip. filios remunerandi munus relinquet; sed suam ipse tacitam munificentiam operabitur in prolem, quam timet desolandam. Vt ad nostrum scopum disertè Besoldus *Dissert. de Præm. Cap. & Num.* 2. Quod idem intendit Capiblancus *Sing.* 88. Ille instanti frigidiori hyeme stragula sumet duplicia, avidiusque vorabit, tum sibi, tum fœtui suffecturus. * Id enim apprimè suadet gu-
39 bernandi tempus proficiendo concisum: *Difficilius est* (ait Tacitus *Histor.* 11. *Capit.* 47) *temperare felicitati,*

quâ

qua te non putes diù vsurum. Et Statius 2. *Theb. Vers.* 446.

Non parcit populis regnum breve.

40 Sic * inter ruentis imperij Galbæ clades 1. *Histor. Cap.* 7. Tacitus annumerat servos licentiæ brevitate monitos rapacitati voracissimè deditos. *Servorum* (inquit) *manus subitis avida, & tanquam apud senem festinantes.* Totam deficientis heri tempestatem rapinis refersere, vt pretiosè potestas expiraret, & multos lucri an-
41 nos paucis epitomarent diebus. * Qui longævum in vsum vineta colit, sic feracitatis impetum dispensat, vt quibusdam amputatis modestè fructus erumpant, ad certam effusionis metam cohibiti; vt velut retrò acta vbertatis vis, ad sequentem annum in truncò obserata supersit. Qui verò vnius solùm vindemiæ sperat proventus è vineâ statìm ad dominum à colono reditura, nil putat, nil computat, effrenem laxat in pampinos vitis licentiam, patentique aditu vis genitiva vertitur à fundô. Intereà effœtam depopulati stipitem, pomposeque luxuriati palmites vix pendentes tenuere racemos. Speciosa quidem feracitas, sed quam sterilitas longa sequetur. Nil ille laborat, vacet prædium, dum fluat prælum. Quod simile duxi ex *L. Et hæc distinctio* 35. §. *Cùm fundum*, *ff. Locati.* Vbi Paulus de Castro *Num.* 4. & Cuiacius *sub Libr.* 8. *Quæst. African.* Prosperus Rendella *de Vin. Vindem. & Vino. Part.* 2. *Cap.* 2 *Pagin.* 10. * Vel si mavis, Norvegicis accipi-
43 tribus compara. Illi qui plagæ genius est, perbrevi vtũtur die: Sol enim paulum emergens à Septentrionali orizõte, magnâ lucis parsimoniâ fertur: Cõtrà nox pigris spatiata tenebris, piceâ lẽtitudine inhæret hemisphœrio. Aves ergo tenebrosa ieiunia prolongari timẽtes, dũ prædæ cœlũ allucet, totum replent escâ diem avidissimâ celeritate grassantes. Tum multâ rapinâ

ven-

venter obarmatus testudineas vmbras expectat. Sic parentes, priusquàm æternâ claudantur lumina nocte, raptò vivent vehementèr, in sese filios obscuritati relinquendos alituri, & in angustâ die procerissimam noctem deprædabuntur. Quæ ideo etiam similitudo firmior, quòd filio parentis orbitas vera nox est, præ-
43 sentia vera dies. * Solem etenim patrem interpretantur sacrata Biblia, ex illò *Genes. 37. Vidi quasi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me.* Vbì solem, & ipse sibi attribuit Iacobus, vtì matri, fratribusque Lunam; & sidera. *Num ego* (pater increpat) *& mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* Et verò Sol cum patre gignit, pater cum Sole solatur; hic siquidē genitoris munus agit, ille Solis munus adimpleat.

Propter præfata omnia Lex nostra altè movetur, ad liberos sublevandos. Ni fortè Legislator Principū quoque famæ providit: Quibus est longè pudenda angusta fortuna eorum, qui post obsequia probata in posteris dilectissimâ sui parte, propè ad mendicitatem procumbunt. Cruor parenti effusus, in misero natò Regi facit ruborem, fidelis sudor ignominiam; quandò Principi servire, aut vile officium, aut malè collocatū præsumitur. * Rursùm Lex movetur, ne laudatorum,
44 quasi scelestûm posteris, in rerum angustiâ miserrimis mors sit solatium, vita supplicium, *L. Quisquis 5. C. Ad L. Iul. Maiest.* Quasi perduellionis genus fuisset paren tis non piceata manus; * Ne item oneri genitori sint
45 dulcissima humanitatis pignora, pœniteat progenuisse, queis propter integritatem vivens subvenire nequit, defunctò verò ipsis subveniendum levis ostentatur spes. * Ne avarissimâ necessitate videantur labo-
46 rasse sibi solis, ne in filijs habeant irritamenta raptûs, in quibus aliàs eò ipso titulo habere potuissent calcaria virtutis: Ne virtus, quæ acerba initia, fines suaves habere dicitur, experiatur contraria, solatium dignita

te

47 te incipiente, exitu amaritudinem. * Ne rei domesticæ moderatio, & parsimonia, quæ parentis gloriam cumulavit, eadem filijs sit probrum, & pudor. Prodigiosusque invaleat gentilitatis vsus, vt quod stem-
48 ma maiorum fuit, fiat dedecus minorum. * Tandèm quia fas est, imò necessarium, vt quos paterni honores, aut gesta nobilitarunt, nobilitatis insignia gerant; hæ sunt opes, potentia, decus. Inordinatè res vtique procederet, si nobiles reddantur, nobilitatis instrumenta negentur. Cùm ergò dum quicquam conceditur, & quotquot, vt consistat requirit, concedenda sint, Iuxta vulgare axioma inter trivio data per Albarez *Lit. C. Num. 99. & Lit. N. Num.* 14. Quarè fassus Tiberius *dandos vitæ vsus, cui vita concederetur*, apud Tacitum
49 4. *Annal. Cap.* 30. * Cumque nobilitas absque divitijs stare nequeat, & eis deficientibus succumbat. Currili *de Nobilit.* 3. *Part. Num.* 219. Borrellus *de Reg. Cathol. Præst. Cap.* 45. *Num.* 15. *&* 29. Simancas *de Primogen. Hispan. Lib.* 1. *Cap.* 17. Pedroccha *Cons.* 38. *Nume.* 73. *cum seqq. Tom.* 1. Dulphus *Controv.* 23. *Num.* 26. Acacius *de Privileg. Par. & Liber. Privil.* 14. *Part.* 1. *Num.* 12. Turturetus *de Nobil. Gent. Lib.* 3. *Ca.* 6. Knichen *de Vestit. Simult. Par.* 1. *Cap.* 4. *Nu.* 8. *& de Saxon. non prov. iur. Cap.* 3. *à Num.* 230. Valenzuela *Cons.* 40. *Num.* 12. *& Cõs.* 98. *N.* 49. *latiùs Cõs.* 156. *ex Nu.* 92. Res vrget, vt quos genitorum titulo illustres effecit Resp. eos cla-
50 ritudinis acceptæ conservandæ, ab inopiâ divertat. * Hinc ab scriptorum civilium choro commendata, nec à nobis prætermissa Augusti augustior liberalitas, quâ pro domûs Hortensiæ conservatione proprijs sumptibus fuit solicitus, decies sestertium impendens Hortalo clarissimi Hortensij nepoti: *Ne* (vt Tacitus 2. *Annal. Cap.* 37. prodidit) *clarissima familia extingueretur.* Quò ex locò Paschalius, Clapmariusque *de Arcan. Rerump. Lib.* 3. *Capit.* 21. & Alfarus *de Repub. Cap.*

51 29. subnotant * inter primas Regum curas locandam, quam illi, vt nobilium communes, peculiaresque patres tenentur adhibere, ne penuria veterascant, & extinguantur. Ne pretiosissimi lapilli plumbei annuli patiantur morsum, imò lapidibus plebeijs confusi humi iaceant. Vitentur eiusmodi mala omina regnis altiorum planetarum eclipses. Tum quia ingens indè Principi laudum seges, quòd suis auspicijs floreat gloriosa propago. Tum etiam quia nobiles, cum inopiæ probro contumulati, ætnæis velut in latibulis delitescunt, non habendo lucifugi, & itidèm efferati in scelera tos non ratò, perniciososque ignes erumpunt. Qualem enim emicandi viam non tentet tenebrosi carceris impatiẽs ardor generosus? Catilina celeberrimus in exemplum, agmenque consors; quos cum maiorum gloriâ familiaris res flagellata in tam cruentas flammas adegit. Vide alios apud Scribanium *Polit. Lib.* 1. *Cap.* 39. De cæteris insignium stirpium levamen persuadentibus elegantèr Michael Piccartus *Observ. Polit. Decad.* 12 *Cap.* 9. Amiratus *Dissert. Polit. Libr.* 2. *Disc.* 8. & Scribanius *vbi proximè Cap.* 40.



CAP. XVII.


Memoria promeritorum conservanda.

SVMMARIVM.

1. *Memoria duratio animos attollit.*
2. *Primogenita, stemmata, & imagines induxit.*
3. *Optimorum vtilis vẽ-*

tu-

turis. Et Num. 9.
4. *Scelestorum peritura.*
5. *Ideò statua detracta.*
6. *Domus diruta.*
7. *Nomina vetita.*
8. *Magistratuum memoria veneranda.*
10. *Prase amatur suis esse felicitatis auctorem.*
11. *In primis munerata posteritate servatur memoria.*
12. *Filius verior statuis imago.*
13. *Vel indè prævaleat dignioribus.*
14 *Filij patris monumenta.*
15. *Columna.*
16. *Ædificia.*
17. *Membra.*
18. *Patres iuniores.*
19. *In quibus parens vivet.*
20. *Ni remuneratis, memoria eius haud vivit.*
21. *Patris cultus, & natorum oblivio non cohærent.*
22. *Ille honestò successore servatur.*
23. *Vidua indigniori renubens virum priorem dehonestat.*
24. *Præmium optimis erat eorum munera solis posteris decernere.*
25. *Ea fuit Aaronis prærogativa.*



HÆC post in theatrum veniat ratio alia; quæ Tympio iam inservijt *in Specul. Princip. Sign.* 22. *Part.* 1. Videlicèt idcircò eorum, quos experta est cum laude Resp. sobolem honoribus exornandam, ne parentum, ne virorum, quos sempèr memori per sæcula famà vivere oportebat, senescat memoria, vapore temporum opacata, nebulis ambesa, curriculo confusa.* Perennet ingentium ausuum esca, nobilium
1 cordium fomes: Siquidem spe illà frequentandi post obitum hominum ora, tantum, & tam excelsum audet animus. Pulchrè ad Labienum *pro C. Rabirio* Cice-

ro-

ro profabatur: *Exiguũ nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Quarè, si eos, qui iam de vitâ decesserunt ornabimus; iustiorem nobis mortis conditionem relinquemus.* Intima est humanitati hæc gloriosa libido vitam vivendi post obitum publicam, spiritualem, vndique circunfusam, in singulis extantem, nec cum singulis decedentem, cum quovis nascentium instaurandam. Habuit suos, & tunc inclitos martyres antiqua superstitio, quos illa religio egit, illa fides: Cum in me
2 obiero in cunctis redivivus ero. * Hinc orta primogenita, queis generis splendor vires non amittat eundo. Nobilitatis insignia, tabulæ, statuæ, imagines, colorum, & marmorum æternitates, tum ad perpetuam rei memoriam erecta trophæa. De his *L. Aufidius 29. ff. de Reb. auct. iud. poss. L. fin. ff. de Loc. Publ. L. Si statua 27. ff. de Iniur. L. Legatum 4. ff. de Administ. rer. ad civ. per L. Basilicam 21. C. de Oper. Publ. Tit. C. de Stat. & Imagin.* Simancas *de Primogen. Hisp. Libr. 1. Cap. 18.* Maranta *Resp. 16. Part. 1. Numer. 40.* Matienzus *in L. 7. Titul. 7. Gloss. 1, à Num. 4. Lib. 5. Recopilat.* Valenzuela *Cons. 82*
3 *Num. 51.* cum multis. * Expedit impensè ne optimorum vestigia, quibus adspirantes ad optima insistere debent, dum in sese sua per vestigia volvuntur anni, deleantur; ne triumphet amplius temporum cantata tyrannis, sed egregijs exemplis succumbat, quando tantus est laudatæ memoriæ fructus, sed qui eiusdem viri
4 ditate pereunte perit. * Vti decet econtrariò malè de Rep. meritorum nomen depereat, deradatur è mentibus, ne serpat per animos famosa gangræna. Sic Romani eorum, qui gravius deliquerant lapideas recorda-
5 tiones, marmora plectebant, * statuas nēpe deturban-
6 tes, *L. Eorum 24. ff. de Pæn.* * Ædes solo æquabāt, scelceribus afflatas, vt nullibi habitaret exaugurata nominis solennitas, quæ hominum cogitationes germanam domum demeruit. Mutatis etiam locorum no-

ni-

minibus, contaminatis nempe vocibus: Gothofredus *in D. L.* 24. Alexander ab Alexandro *Lib.* 3. *Dier. Gen. Cap.* 23. Gruterus *ad illud Livij Lib.* 4. *Cap.* 16. *Æquimelium appellatũeſt.* Omniaque ex vſu improborum, vt peſte halatam ſupellectilem conſu mere intendiſſe videntur.

7 ★Signatiùs in nomen ſævitum, cùm in odium Marci Manlij iuſſum fuit, ne quis deìn ex Manliâ gente Marci nomen vſurparet. Livius *Lib.* 6. *Cap.* 20. Diriuſque an. MDCX. Pariſienſe Parlamentum edixit in Arreſto adducto à Petro Matthæo Poſt Vit. Henrici IV. adverſus Ioannem Ravællac ipſius Henrici parricidam, vt quotquot ex eâ gentilitate vſquàm eſſent, piaculum illud Ravællaci appellationem in aliam cõmutarent; ſic ſceleris echo, ſic aurium vitaretur ſcandalum.

8 Quandoquidèm ergo★noſtri magiſtratus memoria ab iniuriâ Lethæâ defenſanda eſt, & vndequaquè veneranda. Marquez *en el Governad. Chriſtian. Libr.* 1.

9 *Cap.* 15. Cùm★ob immarceſcentium virtutum vtiliſ-

10 ſimam memoriæ præſentiam: ★Tum ob eximium hominis deſiderium felici poſteritate perennandi; ſiquidem commune familiæ bonum, eſſe ſuis honorum originem, & caput gentis, ante commoda quæque, vitam, ſalutemque propriã diligit; vt ex Philoſopho 2. *de Anima* in theſeos noſtræ probationem affert Huartus *in Exam. Cap.* 15. prolem coli oportet, quæ ſimilitudinis fulcro parentem conſervabit. ★Quã-

11 quàm enim paterna vitæ licia reſecentur, ſi donatur filius, hæc cum filij licijs renodantur, eademque longè in ſæcula currit ſtaminis linea. Sic oblivioni contradicente munere, parens moritur duntaxàt; vt vivat, adeoque nec moritur. Quò redit neceſſariò valida illa probatio S. Thomæ *de Regimin. Princip. Lib.* 4. *Cap.* 13. inquientis. *Romana Reſp. maximè conatum adhibuit victorioſos milites honorare, ſive in morte, ſive in vitâ; ſed præ-*

cipuè in filijs; quia in eis, cùm sit ipsorum similitudo, satìs perpetuatur memoria: vt verum sit, quod in Ecclesiastico scribitur: Mortuus est, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se, videlicet in beneficio adepto causà patris.

12 Et * sanè si memoriam retinent effigies, quænam parentis filio effigies verior? Quantò veriùs saxo caro, ære palpitantes artus, & ceris spiritus spiritum reddēt? Non est summa naturæ veritas imagines humanæ, sed homines imaginosi. Lapideæ quidem statuę, sed antequàm Medusæ faciem, vel postquàm Deucalionis terga viderint: non exanime refert heroës metallum, sed simulacra spirantia sine hyperbole. His honor, his præmium. *Non in effigies mutas* (Tacitus 4. *Anna. Cap.* 52.) *divinum spiritum transfusum, sed imaginem veram cœlesti sanguine ortam intelligere discrimen*. Indè aptè sumebat argumentum Athalaricus Rex, quò placidè in maiorum honores, quorum actá non absque laude præcesserant, subrogaretur. *Amore* (allegabat *Libr.* 8. *Epistol.* 2. Cassiodori) *Principum constat inventum, vt simulacris æneis fides servaretur imaginis, quatenùs ventura progenies auctorem videret, qui sibi Remp. multis beneficijs obligasset, sed quantò verior est, qui vivit in posteris, per quos plerunquè, & forma corporis redditur, & vigor animi protelatur.* Efflagitat Athalaricus, ne tanta imaginis veritas in

13 munere deficiat, & orat haud segnitèr; * Nam tantum est esse imaginem decessoris, vt hâc, vel vnicà de causà, cæteris, vel dignioribus foret anteponenda. Alij enim, licèt defuncti magistratûs virtutes adęquent, similes tantùm dicuntur, non verì filius imagines. Præterquamquòd filius, vltra illam, quam vt imago, naturalem similitudinem supponit; si præterea dignus appareat, hinc etiam similitudinem aliam dotium erga parentem retinet. Vndè si fortè ab extraneo excedatur in huius generis similitudine, ipse imaginis titulo ex-

tra-

traneum excedit; Hic autem excessus nobilissimus, altissimeque æstimandus, & qui quantum imaginem esse valet, præpollere debet, quotiescunquè cum patrijs meritis, similitudineque satis idoneâ, id est virtutibus ad munus requisitis concurrit. Quod imaginem esse filio soli liceat, idque quantùm simplici similitudini præcellat, locus est apprimè idoneus, ex D. Augustino *de Gen. ad Lit. Libr. Vnic. Imperf. post med. Ad illud: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: ait sacer Doctor: *Omnis imago similis est ei, cuius imago est eius, sicut in speculo, vel pictura, quia imagines sunt, etiã similes sunt, tamen si alter ex altero natus non est, nullus eorum imago alterius dici potest. Rectè autem imago secundùm hoc, quod interius, & principale hominis est, id est, secundùm mentem accipitur.* Diffunditur vltrà, demumque claudit: *Esse igitur imaginem magnâ æstimatione dignum est; cætera quanquàm in suo genere pulcra sint, tamen parvi pendenda.*

Nil itaque parentis memoriam tutiùs producet,
14 quàm legitima idola filij, * qui reapse sunt *Monumenta* parentum, quâ notione appellantur à Plauto *in Milit. gloriof. Act. 3. Scen. 1.* & à Tacito *1. Ann. & 5. Hist.*
15 Illam substinent; * quia *Columnæ*, vt vocat Euripides *in Iphigen.* Quod inspexit Virgilij *12. Æn. Vers. 59.*

—In te omnis domus inclinata recumbit.

16 Ipsis inhabitat, * quia *Ædificia* sunt. Vndè filios nominant Hebræi *banim* (ignosce characterum inopiæ) quæ vox sonat ædificia à Verbo *banah*; hoc est ædificare. Hieronymus *ad Genes. 16.* Quod & significavit Plautus *in Mostell. Act. 1. Scen. 2.* Parentes fabros, natosque faciens extructas ædes.

—Nunc etiam volo

Dicere, vt vos homines ædium esse similes arbitremini

Primum dum parentes fabri liberum sunt, & fundamentum
Liberorum substruunt ——

17 Quid si & parentum * *Membra* sunt , Salviano *de*
18 *Gubern. Dei Lib.3. in fin.*? Si & * *Patres iuniores* Augustino? Quid mirum si in sobole genitor perennet, quando in illâ renaturescit, quandò generatio esse proprij dilatio est, naturę fideiussio, vivũ de morte trophęum, suimet extra sese possessio; * quãdò certè pater in pro-
19 genie vivet longiùs, & latiùs; non poëticè, nec vacuis amoris argutijs, sed cõpondere veri, quò nullus ignorat. Vt necessum sit obeunte natô parentem intermori; quæ inter aurea Publij Syri fragmenta sententia est:

Homo totiès moritur, quotiès amittit suos.

Et *in Liber. Hierusal. Cant. 9. Stanz. 35.* intuente patre quinque filiorum clade, in quina frustra mortem laniatam, Tassus ait:

Rimira in cinque morti hor la sua morte.

Demùm ita pater filio inest, qualitèr vocibus imper vium est, nisi prout *Cant. 9. del Parad.* Dante deo plenus protulit vividissimum illud: *Si io m' intuassi*: id est, si egomet tu efficerer (quidquid non æquè carpat nescio quis) sic dixerimus, dum in filium sese parens immittit, *infiliari*. De hâc inexistentiâ elegantèr Pius Secundus Pontifex Maximus, dum Æneas Sylvius *Lib. 1. Epist. 19.* Lipsius *Epist. Select. Cen. 11. ad Belgas Epist. 22.* Exornant pluribus Æneus Robertus *Rer. iud. Lib. 4. Cap. 10.* Escalera *de Vtroq. brach. Part. 2. Num. 33.* Valenzuela *Consf. 95. Num. 71.*


20 Id muneris * repræsentandi genitores insitum naturalitùs, virtutes repræsentare non sufficit, ni filij remunerentur. Qui enim patrem ostendent, si abiecti,

ab-

abditique habentur ipsi? Ideo, vt talis vivat recordatio, muneribus ornandos, docuere Romanus *Conf.* 29. Petrus Gregorius *de Repub. Libr.* 4. *Cap.* 2. *Num.* 13. Osorius *de Reg. Instit. Lib.* 1. *Pagin.* 184. Tympiusque *vbi sup.* Aliàs quippe promeritorum nomen tacet, sistitur, nubescit, premitur gloria, & obliteratur. Ea est lucis natura, vt extinguatur angustè tecta. Nimirùm sibi ipsi miser ignotus est, quomodò præteritorum notitiam præferet? Qualis maiorum claritas in obscurâ domô?
21 * Quis credat defunctos coli parentes, quorum posteri iacère sinuntur. Mendacissimus est quilibet alius cultus erga viros eos, quorum progeniem malè accipias. Meritò aculeato derisu Tacitus 4. *An. Cap.* 52. Tiberiũ momordit, Augustũ divinis honoribus observantem, dum eiusdem posteritatem opprimeret. *Non eiusdem* (ait) *mactare Divo Augusto victimas, & posteros eius insectari.* Synceriùs cupere videtur Augusti abolere memoriam: accismum sacrificat; plus de obitu gaudet eius, quem mortibus adorat, vivaque sacra odio habet.

Noster itaque Textus prudentissimè parentis me-
22 moriam vivam conservat; * scilicet in sedem vivum memoriale substituens, veram nominis hypothecam, natum ipsum: quandò ille floruerit honoribus, paternis gestis languorem inserpturum minimè veritus. Quod catenùs etiam recordationem illam confovet, quatenùs filio subrogatò præcavet, ne inferiori aliquò succedente, decessoris dignitas infirmetur. Decoloratur quippe successore inæquali Rector;
23 * Non secùs ac in secundas nuptias prioribus ignobiliores fœmina recidens, elapsum dehonestat virum, dum primis pudenda subit vota secunda, *L. Mulieres* 13. *C. de Dignitat. Lib.* 12. Quarè Tiberius Seiano apud Tacitum *Annal.* 4. *Cap.* 40. *Falleris* (inquit) *Seiane, si te mansurum in eodem ordine putas, & Liviam, quæ C. Cæsari, mox Dru*

so nupta fuerit, eà mente acturam, vt cum equite Romano senescat. De quò, & effectibus imparis, secundi coniugij (ne digrediar) egregiè Fontanella *de Pact. Nuptial. Tom. 2. Clausul. 7. Glos. 3. Part. 15. à Num. 40.* Fabius Annius *Cons. 108. Num. 13. Lib. 2.* Iosephus Mele, & Didacus de Mari *ad Gizzarellum Decis. 10.* Capycius Galeotà *Controvers. 55. à Num. 3. & in 2. Resp. Fiscal. Num. 34.* Sic igitur antecessoris auctoritas in tutò ponitur. Imò singularis accrescit adorea, quòd suum in locum ex solà paternâ domô insessores designentur.*
24 Istinc inter honores viris eximijs Romæ habitos erat, decretum fieri, ne quis extra eius familiam in locum succederet. Quemadmodùm inter summa decora, extinctus Germanicus apud Tacitum 2. *Annal. Cap. 83.* promeruit, *ne quis Flamen, aut Augur, in locum Germanici, nisi gentis Iuliæ crearetur.* Ibì Paschalius: *Non solùm mea interest, vtinam in magistratu succedam, verum, & illud: Quis mihi succedat.** Celebriùs inter Aa-
25 ronis præconia Ecclesiastici Auctor *Capit. 25. Vers. 16.* recenset, suà muneris sancti stolà, neminem præter posteros vsum. *Non est indutus illà alienigena aliquis, sed tantùm filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus.*



CAP. XVIII.

Munerum dignitas augmentanda.

SVMMARIVM.

1. *Vt in persona, sic in muneris respectum munerandi filij. Quarè N. 6. & 8.*

2. *Magistratu fungetes honorandi.*
3. *Eoque functi.*
4. *Vt in syndicatu Prætores.*
5. *Titulati renuntiatò feudo.*
7. *Pontificiæ dignitatis gratiâ coluntur consanguinei.*
9. *Clarissimorum filij Clarissimi.*
10. *Familiæ Senatoriæ; Prætoriæ; Consulares; Censoriæ.*



EST præterea nonnihil, quod pro publicorum hominum filijs consideres, ratio non ficulnea, titulo speciali prætendens, posteritatem decoribus prosequendam, nō quidem, vt vsque hùc ob patria merita, (quæ supponimus, quis non insistimus) sed propter pa-
1 trium locum, & munus ipsum. * Vt quemadmodùm in obtinentis magistratum; sic in magistratûs obtenti respectum munerentur filij. Pertinet quidem ad viri celsitudinem meritorum reliquias superesse posteritati: quod de Magno Pompeio Seneca edixit 4. *de Benefic. Cap.* 31: ideò quoque magno, quia dissolvi magnitudo illa non potuit, quin sat honorabiles relinqueret posteros: *Tanta quidem* (ait) *vt satis altè omnes suos, etiam ruina eius attolleret.* Paritèr igitur ad muneris celsitudinem pertinebit, quòd tam nequeat evanens elabi, vt veneranda vestigia in moderatoris progenie non relinquat: tantoque plus splendoris addetur dignitati, quantò illam gerenti, eiusdēque rebus plus deferatur honoris.

Ius nostrum, nationum consuetudo, Principumque providentia, cùm dignitates in primis sanctas, &
2 venerabiles esse oporteat, * earum gestoribus ingentem exhibuere cultum, & exhibendum egregiè nixi sunt, non quòd viris tanta conveniret observatio, sed quòd ab eis cultis omne illud in munera decus recur-

rat,non modò sedem tenentibus,quod pasśim exaggerant politices,iuridicæque artis scriptores. Conferunt innumeros Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib. 4. Cap. 4. á Num. 21.* Amaya *ad L. Fin. C. de Decurion. Cap. 3. Numer. 38. & 39.* maximè Larrea *Allegat. 100. & 102.* Vbì, & vndè difusè poteris spatiari. Euidens theorema, latisśimum, vulgatum, minusque de hôc capite, ideo
3 prætervehor. * Sed quoquè post functionem elapsam, in illâ functis, ipsi honor ingens habendus est. Quod etiam non ignotum *ex L. 1. & 2. C. de P. P. L. 1. C. De Præpos. Sacr. cub. L. Fin. C. de Privileg. eor. qui in sacr. Pal. mil. L. 2. C. Vt Dignit. ord. serv. L. 1. C. de Primiter. L. His quidem 5. §. Scituris, C. Qui milit. poss. Lib. 12.* Et argum. Text. *in L. Vnius 18. §. Servus, ff. de Quæst. L. Fin. ff. de Decur. & argum. Titul. Vt caus. post. pubert. ads. tutor, & Text. in L. 19. Titul. 13. Partit. 2.* Ærodius *Rer. iudicat. Lib. 6. Titul. 5. Cap. 12.* Rolandus *Cons. 66. Num. 45. Tom. 1.* Curtili *de Nobilitat. 5. Part. á Num. 8.* Acacius *de Privileg. par. & liber. Privil. 1. Capit. 12. Num. 43.* Latè Bovadilla *Lib. 5. Politic. Cap. 1. á Num.*
4 *50.* * ostendens quanta reverentia Prætoribus durante syndicatu per successores, & cives debeat impendi. Latisśimus Rovitus *sup. Pragmat. 1. de Titulor. seu inscript. abusu á Num. 24.* Firmâs resolutionem; * Quòd
5 Titulati (vt vocant) in primogenitos renunciantes feuda amisśi tituli prærogativam, eorumque dignitatem retineant.

Enimverò cùm ipsas in ipsis dignitates venerari nō pervium sit, sed solis in effectibus, si nullos, paucosve residuos intuereris, & modò publicè venerandum, vt privatum egit, cunctis priuatum, facilè cogitares, exiguum esse magistratum gerere, siquidem nihil est gessisse. * Pariterque si Rectoris filium videres inanem, di-
6 cturires statìm: Pusillus fulgor; dubioprocùl est Reip. moderatio: hunc siquidem minimè distantem non fe-

cit illustrem: Hunc, inquam, sanguine intimum, natura velut non alterum, adfectu proximum, & in quem omnium facillimè patrius honos alioquì derivatur. Et ecòntrariò, si quorum duxere populum liberos, ideo cerneres muneribus ornatos, in æstimationem evestigiò raperetis illius, quod & illum, qui contiguus erat, reddidit æstimandum. Etenim cùm ijs, quæ aut extra sensûs posita sunt, aut absunt, exhibitum cultũ explicemus per eum, quem signis eorum, ministris, alijsve superstitibus vestigijs exhibemus: sic istinc elapsæ dignitati, cultum profiteri nequimus, ni mediô, quod ex eis superest, profiteamur. Quæ autem magistratûs pignora, seu lipsana præ liberis ipsis? Quòd si Principi placeat in officij decus, ministrum honestare, quonàm oculos mittat, aptiorem vbinàm munificentiæ scopum offendat, præter filium? Novere quidem, consuetudineque donarunt, quotquot Resp. Reges publicæ administrationis decus intemeratum esse voluerunt. Exemplis exoneror subverens, cùm â dignitate persona seiungi nequeat, ne quæ pro illâ ingeram, pro
7 hâc indulta fuisse causeris. * Nec ideo præterierim Romanos Pontifices politicæ artis Christianæ amussim affine tantæ dignitati censuisse consanguineos extollere: de quô intra iustas prudentiæ metas nemo mussavit. Reliquique Principes, Hispani præcipuè, in paucis pientissimi Ecclesiæ proci, ne hanc venerandi sacratissimi throni ansam præterirent, Pontificum gẽtiles Hispaniensi Magnatum ritu, quô nullus amplior honos, acceperunt. Octavium Farnesium in bellô Germanico, necdum Parmensem Ducem, necdum Austriacæ Margaritæ coniugem considère iussit, & operire caput Carolus V. eô nempe nomine, quòd Pauli III. filius esset. Quòd idem Horatio fratri, & Mario de Sãctaflor ex sororenepoti Matriti præstitit; Iacobo etiam Buoncompagni, quippe Gregorij XIII. filio, eodem

Magnatis honore literas misit, cum epigraphe: *Illustre Primo.* Ioanni Francisco Aldobrandino consanguineo Clementis VIII. sedem, & capitis operimentum donavit in Regijs penetralibus, seu Camerâ Rex idem. Quòd quidem in amplitudinis Pontificiæ respectum primùm concedi demonstrat post obitum Pontificis non interrupta benefica honorandi voluntas. Qui Pij V. res gestas scripsere. Ioannes Antonius Garbutius *Libr. 6. Cap.* 14. memorant, quondam admonitum ab Allobrogum Duce Emanuele Philiberto, vt pro digni tate ornaret gentem suam, id providentiæ divinæ reliquisse; vt si res vtique mereretur, post mortem, non de futuros, qui liberaliùs cum suis agerent. Comprobavit eventus cœlestem vtique sententiam fuisse, vt clariùs locarentur Pontificis cognati, integerrimamque sanctissimi pastoris parsimoniam aliquantò laxandam voluisse superos. Siquidem defuncto Pio, ex fratre, sororeque nepotes Catholici Principes certatìm honestarunt.

8 Profectò * decet loca ipsa sublimia, quòd illis pro ximi non sistantur inferiùs: Alioquìn decident filij decedente moderatore, & honoribus vnà morientur. Qua lis ergo pudor istud erit, & labes ipsi muneri? Qualis à fructibus apparebit arbos? Si dignitas sensu prædita esset, quàm se puderet abiectæ prolis? Scenicâ inconstantiâ mimi splendoris, deridenda fulgetra micabunt in Senatoris familiâ. Deludetur contemplanti fulgor ille larvatus, caducus, in suos avarus, & prorsùs hiulcus, vagabundus, non inhærens, sed adiacens. Averruncandum videbitur ferale omen, dies occidens absque crepusculo: bractea temnenda nil deorsùm inaurans: Rusticum notabitur, quod insalutatâ domô discedit. Quinam bonum sit dicent, quod sui minimè difusivũ est? Quidnam afferre potest, quod nil relinquet? Quid tandem & olìm esse potuit, quod nec possunt commẽ

da-

dare ruinæ? Quid excellis, exprobrare poſsit Senatori plebeius? Faſcibuſne fidis, & abollæ? Bellam quidem excellentiæ firmitudinem? Cràs equidèm, te aut temporis ordo in plebem noſtram reijciet, aut fati clades funditùs familiam tuam dehoneſtabit. Affulge decorè, floreſce; pompa tamen hæccine decôris, florumque morbo laborat, marcore ſcilicet impendenti. Glorioſè ſplendes; ephemero tamen non invideo.

Satiùs igitur ſanctio noſtra dignitatum ſplendori, annexæque imperij, & popularis obſervantiæ maiori firmitudini conſulit, dum illa filiorum æſtimatione conſervat, & promovet. Quod exequendum docuere Politici, Auctor τοῦ δώρου βασιλικοῦ. Et ſi ad Iuris co-
9 piam fundi vellem, quid aliud eſt *Senatorũ filios, cæterorumve Clariſsimûm, Clariſsimos eâ ſolùm ratione ſupereſſe *L.Senator 11.C.de Dignitat.Libr.12.tot.Tit.*
10 *ff.de Senator.* *Senatorios, Prætorios, Conſulares, Cēſorios (ex eruditionis Romanæ trivio) poſteros appellari, ni amplitudinem propagari, ſpolia linqui, indeque quantum ipſi dignitati debeatur oſtendere? Cùm vnum de publicis muneribus vniverſam gentilitatem novô ſtemmate inſigniret, & ad Remp. capeſſendam redderet expeditam. Ipſamque Remp. indè aſſumendo viros obnoxiam; certô quodam obligationis vinculo, quô præter paterna merita, nullum aliud pro filiorum remuneratione potentius habeam. Patris enim officia præclara, præclarumque officium; graviſsima eſſe huius 2. *Part.* capita confiteor.





CAP. XIX.

Gratiæ in filios repositæ valor apud parentes.

SVMMARIVM.

1. *Pater præ se filium diligit.*
2. *Communi clade cum eò pubere occumbens, priùs mortuus præsumitur.*
3. *Priùs mori cupit. Et Num. 5.*
4. *Thales cœlebs, ne liberos amitteret.*
6. *Iis amissis mater desperata sibi sacrilegiũ imputabat.*
7. *Ab orando filios superstites vox superstitio.*
8. *Filiorũ amor idolũm origo.*
9. *Priùs torquendus patre filius.*
10. *Huic iniuriam illatam eò invitò remittere ille potest.*
11. *Pater filijs, non sibi lucra quærit.*
12. *Et honores.*
13. *Ideò vel tacitè filij dignitati assentiens tenetur ad debita.*
14. *A filio in honore vinci victoria.*
15. *Non sibi, sed natis Cebedæi uxor sedes petijt.*
16. *In ipsos Davidicum fauorem transferri orauit Berzellai.*
17. *In filium Tribunatũ Licinius.*
18. *Sibi, quàm filio malle honores parens non creditur.*
19. *Si filij remunerandi, miles mortem temnet.*
20. *Affectio à Lege respicitur.*

21. *Contra ius ordinarium plura consequitur.*
22. *Testamento imperfecto hæreditatem confert alumno.*
23. *Testamento inter liberos defectum solemnitatis supplet.*
24. *Ex pactione, vel stipulatione matris utile actionem filijs præbet.*
25. *Minus merentes in munera debet collocare.*



PRÆTEREA nil omninò magis est è paterni desiderij medullà, nil in votis antiquius, quàm honora in liberos liberalitas. Nullus honor acceptior, & gratior patri, quàm qui sibi refertur in filio,
1 ★ quem seriò, syncerè præ se diligit, cuius salutem suæ anteponit. Huic amori restituant lasciviæ musæ quidquid miraculi alibì obgarriunt in amando. Hic solùm sentitur, quod ibì canitur. Hìc amatur, cætera amatoria rapiunt per inania ventia. Hìc, neque alibì philautia iacet, & quod vni numini debetur, præ se diligere, natura patri præstat. Paginæ apparebat campus vber, amœnus, sed frequens, vulgaris. Recederem oppidò, ni quædam blandirentur in hoc; quod sint *Liberi parentibus chariores salute propria.* Tacitus *Annal. Libr. 4. Cap. 40.* Et magis in nostræ viscera thescos; quòd honores non tam sibi, quàm natis expetant.

Primum felicissimè significavit Seneca Marcus *Lib. 9, Controver. 4.* dum parens ille, quem filius, ne, vt iubebat tyrannus, cæderet, se dedit in præceps, sic ait: *Præcipitasti te fili: hoc non est patri parcere, sed tibi.* Hoc est, ne gladio ferires, graviùs tuo vulnere sauciasti. Tantum nefas filij excidit ausu, meam cogitare servandam salutem tuâ labante? Proh erroneam impietatem! Filium parenti infensum, eoque crudiorem, quò durius est in filio, quàm in sese dolere. Plura in eiusmo

di tibi porrigent Tiraquellus *in L. Si vnquàm in Præfat. Num.7.* Æneus Robertus *Rer. Indicatar. Libr.2. Cap.* 13. Remirez *de Leg. Reg. §. 30. Num.* 2. Arumæus *Libr.* 1. *Decis. 7. Num. 2. cum seqq.* Acacius *de Privileg. par. & Lib. Privil. 2. Cap. 4. & 5.* omnium copiosissimus Arnisæus *de Republic. Lib. 1. Cap. 4. Sect. 2. à Numer.* 31. Nec omittendus Donellus *Lib. 8. Comm. ad L. Cùm duos 9. §. Cùm bellò, ff. de Reb. dub.* ★ Rationem eruens præ-
2 sumptionis illius, patrem filio pubere priorem decessisse, cùm aliundè re incertâ vnà vtrumque communi clade, bellô, naufragio, aut ruinâ constat oppressos. Ideo nempe, quia impensâ pietate ductus creditur parens, vel filio laturus opem, propiùs, & instantiùs hausisse periculum, vel illius perituri dolore perijsse. Etenim vbì fata vtrumque corripiunt, nequit interitus ad prolem ire, nisi per genitorem; hunc ideo putamus se ipso cladem inescasse, quā à natô diverteret, morulamque tantulam illi emisse tam carò.

His nempe, ★ qui progenie gaudent, ea summa
3 votorum est, illius obitum antevenire. Tanta est filialis felicitatis aviditas, vt filij dolorem de obitu paterno pater præoptet, ne ipse versâ vice deploret: Nil dulcius, quàm natis relinquere lachrymas, quàm lugeri, ne lugeat. Nimirùm, dum pater prævenit, ictu oculi morte defungitur. secùs à filij obitu incipit interire, ex quô mortem vnam vivit, duabus mediam, filij vndè cœpit, suæ in quam desinet: ★ Adeo ne malum hoc
4 experiretur, liberorum procreationem se fugisse narrabat inclitus è celeberrimo sapientiæ septenario Milesius Thales contentus.

—Nescire thorum, nullasque mariti
Illecebras, nec dulce patris cognoscere nomen.

Miram amandi antinomiam, tantùm filij amantur, vt eos habere displiceat: amatum possidere recusat amās,

ne

ne fortè possessum amittat. Mirabatur Solon, quòd Thales frigentem vitam coelebs transigeret. Caussam rogat: declinat sermonem Milesius, ac per subornatum advenam quendam, post aliquos nuncij meandros Soloni mentitur filium eius Athenis è vivis emigrasse. Audito Solon, eiulatu repentè rumpitur, & vt assolent subitò miserrimi, cœlum attonat. Tunc Thales: Euge mi Solon: omnia finximus, te tibi redde. *At hæc me Solon à cõnubio deterruerũt, & à liberis tollendis, quæ te etiam infringunt virum constantissimum.* Hæc *in Solon. Vit.* legi apud Plutarchum.

5 Hæc * metricis vatibus crebrò decantatur querimonia filijs supervixisse, dum parentes orbatos componunt. Maro non semèl 2. *Æneid.* in Priamo, Polyte manu Pyrrhi confecto; In Euryali à Rutulis occisi matre *Lib. 9.* Mezentio, & Evandro filios lugentibus *Lib. 10. & 11.* Divinum est illud declamatoris Senecæ
6 *Lib. 8. Controverſ. 1.* * Duplici nato orbata parens sibi mortem consciscere vetita, desperatione vltimà, sacrilegium tunc fortè patratum imputavit sibi, & coram magistratu profitetur, moriendi ambitiosa, infamis vnici assecutura solatium. Sed orator inquit: Non vt confessa punienda est: Scire placetne quodnam sacrilegium suum fuerit? *Amissis duobus filijs sacrilega sibi videbatur, quod vivebat.* Atque tam è naturæ genio est ista cupido filios habendi superstites, vt olim nulla alia vota crebriora funderentur, nulla in fanis frequentior turba, quàm patres, quòd filij superviverent de-
7 precantes. * Adeò, vt hic fontem habuerit vox *Superstitio*, quæ primùm his inusta est, qui dijs molesti, basilicarum triones, indefesse filios superstites orabant. Illi ergo intemperanti religione morosi, aris, & simulachris nauseam facientes, primùm dicti sunt superstitiosi: Indè postmodùm ad vanam religionem deflexit nomenclatura, sic habetur 2. *de Natur. Deor. Non*

enim (inquit Cicero) *Philosophi solùm, verùm etiam maio-*
res nostri superstitionẽ à religione separaverũt. Nã qui totos
dies precabãtur, & immolabãt, vt sibi sui liberi superstites es-
sent, superstitiosi sunt appellati. Quod nomẽ posteà latiùs pa-
8 *tuit.* * Quidni nominis originẽ hinc superstitio duxerit,
cũ rei etiã originẽ traxerit; vt scimus, idololatria. *Sap.*
14. *Vers.* 15. primò enim omniũ filio defuncto simula-
crum parens erexit, thure, victimisque prosequẽdum.
Adeo sibi relictus immoderatè naturalis amor effer-
vit prodigiosè, in charissimumque portentum intu-
muit.
9 Hinc amoris * tritum illud provenit, vt si vterque
torquendus sit reus, pater, filiusque, ab illô incipi de-
beat. Maranta *in Specul. Iur. in Proœm. Num.* 14. Tira-
quellus *vbi sup. Numer.* 7. & 18. Gilhausenus *in Arbor.*
Iud. crim. Cap. 6. *Part.* 7. *Num.* 40. *Sect.* 3. Quoniam ne
filius tormenta degustet, facta infecta pater evomet.
10 * Provenit quoque, vt iniuriam filiò impactam, pa-
rens gratis possit, vel eô invitô condonare. Quid e-
nim speratur, si ille remittit, cui altior dolor, & qui fi-
lio ipsi est, vt sic dicam, intimior ipso, ideoque magis
credatur offensus? Adeantur Antonius Faber *in Codice*
Lib. 8. *Titul.* 33. *Defin.* 2. Acacius *de Privileg. parent. &*
liber. Privil. 3. *Capit.* 6. *Numer.* 62. Mutius Ruchus *in*
Comm. Constit. de Consider. iniur. ad illud: Potiùs, quàm
iniuriam substinere voluisse inlatam; Num. 16. Azevedus
in L. 1. *Titul.* 10. *Lib.* 8. *Recopilat.* Gilhausenus *in Arbor.*
iud. crim. Cap. 2. *Titul.* 34. *de Iniur. & fam. Lib.* § 9. *Nu.*
17. Valenzuela *Cons.* 176. *Numer.* 2. *& per tot.* & quos
confert Didacus de Mari *in Addition. ad Grammat. De-*
cis. 23. *Num.* 5. Oritur hinc etiam * (alijs insuper ha-
11 bitis) vt lucrum sibi patres omittant; vt filijs prove-
niat. *L. Patrem* 19. *ff. Quæ in fraud. credit.* * Ipsis, quàm
12 sibi Reip. honores exambiant. Quapropter, & tacitè
13 consentiens adeuntibus natis munera, * quidquid illi
re-

liquentur, genitor exsolvere obstringitur, *L. 2. ff. Ad*
municip. vti æs alienum ipsius patris *L. Si filia 20. aliàs,*
L. Si vni 21. §. Idem scribit, ff. Famil. ercisc. Acacius *de Pri*
vil. par. & liber. Priv. 9. Nu. 26. & seqq. Larriategui *Se-*
lect. iur. Lib. 1. Cap 3. Nu. 9. Creditur nimirũ illi adeũ-
dæ Reip. fuisse auctor, & lituus, suggessisse, accẽdisse,
aliàs id muneris nõ aggressu[r]ũ. Faber *in Ration. ad D.*
§. Idẽ scribit. Optimè quoq; Linglois *Decis. 1. Iustin. Q.*
14 *3. Nu. 3.* ★ Cùm paterna pietas à filijs in honore vin-
ci victoriam ducat. Sidonius *Lib. 3. Epist. 11. & Lib. 8.*
15 *Epist. 7.* vbì plurima dispersit Savarus. ★ Quibus nem-
pe eorum est sitibunda, sibi sequiùs. Sui penitùs imme
mor filijs spectabiles gradus poposcit vxor Zebedæi,
16 inclitâ progenie sponsi nomine nota *Matth. 20.* ★ Nec
ignotus nobis iam pridèm Berzellai, Davidis oblatam
beneficentiam in filium commutari precatur *2. Reg.*
19. Est (inquit) *servus tuus Canaam: ipse vadat tecum, do*
17 *mine mi Rex, & fac ei quidquid bonum tibi videtur.* ★ Re-
dit etiam in mentem P. Licinij, cui fugitus est honos,
pro filioque expetitus. *En* (inquit apud Livium *Lib. 5.*
Cap. 18.) *vobis iuvenem, effigiem, atque imaginem eius, quẽ*
vos anteà Tribunum militum ex plebe primum fecistis; Hũc
ego institutum disciplinâ meâ vicarium pro me Reip. do, di-
coque. Vos quæso, Quirites, delatum mihi vltrò honorẽ, huic
18 *petenti, meisque pro eo adiectis precibus mandetis.* ★ In lon-
gè strictiori rerum facie id confirmat M. Seneca *Libr.*
10. Controv. 2. Filium cum patre inducens de publicò
fortitudinis præmiò contendentem, & cùm pro filio
fuisset iudicatum, is ad patrem ait: *Iudicaverunt non*
quod erat, sed quod te malle credebant. Censuere scilicet,
quod natura clamat, dictat experientia: Cùm adver-
sum me peteres, lingua illa credi non valuit à corde ve
nire: te filij bonum, vel nolentem velle iudicarunt. Or
nant latè, & disertè Rhetores Christiani Mendoza
Lib. 1. Reg. Cap. 12. Num. 2. & Cap. 13. Numer. 3. Bae-

za *de Christo Figur. Lib. 5. Capit. 28. §. 6. & 8.* Guevara *in Cap. 1. Matth. Vers. 11. Obs. 1.* Ex nostris Rusticis *ad L. Cùm avus, in Procem. Nu. 42.* Valenzuela *Cons. 199.* plures deferens qui, vt regnarent filij, diademata repudiarunt. Omitto Agrippinã, prætereà Chilona, Diagoram, quosque de honore filiorum gaudia necavere.

19 Magnis * itaque fundamentis Lex nostra, dum ad Martis alumnos munera eadem post obitum filijs servari proponit, prudentissimè cogitavit potentissimũ stimulum genitoribus admovere, vt ruerent per tela, per ignes. Quomodò enim mortem reformident incremento natorum excipiendam? Quid vitam relinquere longiori, fortiorique stamine per filium ituram? Bona, & honores deferere, quæ vel viventes vltrò trãstulissent, vel per ipsum pectoris vulnus pullis illucere cuperent pelicâni. Hæc regia clasica, queis Principes spiritus bellatorum inflammant; si in bellô moriãtur tutela promissa, quantùm potuerit, demonstrat Laërtius de Solone *in Vit.* referens, *Eos qui in prælijs occubuissent præmijs esse illustrandos, quorum filios publicò nutriendos, erudiendosque præcepit. Quò sanè* (addit ille) *animati universi fortitèr, ac strennuè in bellis dimicabant. Sic Polyzelus, sic Cynægirus, sic Callimachus, sic omnes, qui in Marathonis expeditione pugnaverunt; sic prætereà Harmodius, Aristogiton, Miltiades, innumerabilesque alij.* Pericles in Oratione funebri pro absumptis in bellô Peloponessiaco spondet Magistratum liberos eorum, qui in prælio occubuerunt, vsque ad pubertatis tempus aliturum, vtilissimo præmiò, vt Thucydides ait *Lib. 2. de Bell. Pelopon.* Subscribit Boterus *della Ragion. di Stat. Lib. 9. Cap. Del Premio in Fin.* illìc: *Ma se non solamente il Prencipe sarà liberale co' soldati nelle loro disgratie: ma gli asiçurerà ancora, ch' egli terrà conto, casò ch' essi muoiano in suo servitio, delle mogli, ò figli, ò sorelle, ò altri parenti; nõ*

è cosa piu efficace à farli correr nelle fiamme, & all' incontro delle saette è della morte istessa. Cermenatus *in Rapsod. Capit.* 36. Bovadilla *Polit. Lib.* 4. *Cap.* 2. *Num.* 76. Scribanius *Polit. Lib.* 2. *Cap.* 24. *Num.* 6. Et alij in eiusmodi præmij vim, & vtilitatem synonymâ sententiâ coëuntes.

20 Intuitaque * Lex eadem, sic per filium, & erga filium parentem animatum, vnâ muneris derivatione ad gesta provocat, eademque præmiatur: non merentem solum, sed & amantem. Ipsà parentis caritate lex agitur; non quòd naturalem affectum inter laudanda facinora computet, sed quòd eô ad ibì rependendum dirigatur, vbì pluris habetur retributio. Poscit amor liberales, suoque maximè nomine munificentiam experitur.

21 Nec iura dedecet aliquid amãti dare; * Quandoquidèm plura iure ordinario aliàs neganda, consequitur adfectio, *L.* 2. § *Si proeò, ff. Quand. appell. sit*, ibì: *Necessaria persona appellet. L. Exigendi* 12. *C. de Procurat.* *

22 Sic ex testamento imperfectò hæreditas cedit alumnò, *L. In testamento* 38. *de Fideicommiss. Libert.* Phœbus *Decis.* 169. *Num.* 20. *

23 Et Iuris civilis solennitas, testamento inter liberos patrio suppletur amore. *Authen. Quod sine, L. Hac consultissimâ* 21. § *Ex imperfecto, C. de Test. L. Si cogitatione* 21. *L. vlt. C. Fam. ercisc. L. Filij* 16 *ff. Eod.* Arumæus *Lib.* 1. *Decis.* 7. *Numer.* 31. *cum seqq.* Acacius *de Privileg. par. & lib. Priv.* 15. *

24 Et cùm nec paciscendo, nec stipulando quisquam alteri cavere possit: *L. Quo tutela* 73. § *Vltim. de Reg. Iur.* tamen ex vi maternæ affectionis fit, vt eius conventione, *L. Publia* 26. *in Princip. ff. Deposit.* stipulatione, *L. Quodcunque* 45. § *Si quis ita, ff. de Verbor. Obligat.* vtilis filio detur actio. Alia Cuiacius *in D. L. Publia, sub Lib.* 4. *Respons. Pauli.*

25 Siquidem igitur, * quod aliàs Ius negat, largitur

prop-

propter amorem, minimè legibus obstiterit, quòd aliquid in eius affectûs considerationem filijs concedatur extra communem Iuris normam, & vsum; minus scilicet merentem remunerari.



CAP. XX.

Filij moderamen acceptius.

SVMMARIVM.

1. *Filios in munera succedere tolerabilius.*
2. *Quippe nobilitas amorem, & expectationem facit.*
3. *Et genitori successio deberi creditur.*
4. *Iuxta indolem, & educationem speratur.*
5. *Olim regentis filio parêre non dedignamur.*
6. *Dilatum, quàm mutatum videtur imperium.*
7. *Prout parentes, sobolē fovet populus.*
8. *Eius odia, & amores hereditaria.*
9. *Germanici posteros Reip. maturescere gaudebat Romanus.*
10. *Alius à filio, vel impubere, rector solet detrectari.*
11. *Sequitur invidia profectum.*
12. *Maximè in ignobiles*
13. *Novi homines qui?*
14. *Dicti & erepti à servirtute.*
15. *Pars aptitudinis acceptio.*
16. *Invisus beneficio ineidoneus.*
17. *Potest promoveri acceptior, vel non aptior.*
18. *Et cogi, se abdicet Episcopatu invisus.*
19. *Arretinus P.P. factus, quia ob patris Praefecturam nomen latum.*



EST & aliud natis merendo imbecilliori-
1 bus adminiculum, * communis nempe acceptio, quâ paternos ad honores evehentur: * Non modò, quà nobilitas, re-
2 ctam opinionem ingenerat, ventureque felicitatis fidem inflammat, amorem concilians, vt de Pisone Cicero *in Orat. Pro Sext.* dixit: *Erat enim hominum opinioni nobilitate ipsâ blandâ conciliatricula commẽdatus.* Vlteriora Tiraquellus *de Nobilitat. Cap.* 37. *Numer.* 80. Cotereus *de Offic: Imperat.* * Sed etiam, quia
3 id benemerito genitori deberi existimamus: coram debiti autem cogitatione, & intima murmura mutescunt. Nulli enim meritò displicere possit, quidquid dignitatis patri contigerat, in filio perdurare: *Cùm paternos honores invidere filijs non oporteat:* Quod dixere Cæsa-
4 res *in L. Senator* 11. *C. de Senator. Lib.* 12. * Prætereà de optimâ indole, & educatione optimè speramus. Iacobus Tapia *de Tripli. bon: Lib.* 3. *Pag.* 386. Hôc præoccupamur iudicio; dum pater memoriam subit, æqualia de filio præsumere prima cogitatio est. Spes enim semper futurum petens ex præteritis petitur; nec indè fructus carpere diffidas; cuius stirpem expertus es non in-
5 fructiferam: * Nec impatiens est vulgus frænari, lorave dedignatur, cùm patrias iam pridèm momordit habenas. Qualiter Remp. gubernatorum filijs deferendam suadent, Patricium secuti *Libr.* 3. *de Rep. Titul.* 2: Tiraquellus *vbi sup. Cap.* 20. *Num.* 8. Bovadilla *Libr.* 3. *Polit. Cap. & Num.* 8. Marquez *en el Governador Christiano Lib.* 2. *Cap.* 3. Matienzus *in Dialog. relat:* 3. *Part. Cap.* 5. *Num.* 6 Pizarrus *in Discurs. Iuridico-pol. Novi Orbis, Heroum appendice, Pagin.* 21 Villaveta *in citato iã Opuscul.* * Ratio etiam extat ex Casiodoro *Lib.* 8. *Va-
6 riar. Epist.* 2. *Quia magis dilatatum, quàm mutatum videtur imperium, cùm transit ad posteros: nam quodammodò i-*

pse putatur vivere, cuius nobis progenies cognoscitur imperare. Eâdem sententiâ *Epistol. 6. Vix* (inquit) *sentitur amissus, cui non succedit extraneus*. Et *Epist. 8. Indè potest vestra tristitia temperari, quia nos in sede Regni sui, divinitate propitiâ collocavit, vt in totum desiderio vestro non videatur ereptus, qui vobis consurgit in successione reparatus*: vt in eum accini posset illud Chorippi de *Laudibus Iustini Lib. 1.*

———Solium conscende paternum,
Et rege subiectum Princeps fortissime mundum.
Aurea nascetur vobis regnantibus ætas,
Nec mutans dominos Romana videbitur aula.

Ideò magìs dolendus optimi moderatoris absque liberis obitus; minùs enim ereptus videretur amanti Reip. si filius superesset parentis acta conservaturus. Vt sensus non abluderet à Virgilianæ Didus vocibus.

Saltèm siqua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, siquis mihi parvulus Aulâ
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret,
Non equidèm omninò capta, aut deserta viderer.

Eundem parentem sibi prospectare iudicatur civitas, Circæo velut aheno reflorentem: appâret vir idem viridem redire putat, seque ipsum redivivo vigore prosecutum.

7 Quod * vigèt impensiùs, quò chariùs inter venerandas delicias genitor fuit de populi corde. Neutiquàm hic sese credere contabitur suæ felicitatis creditori; de rivo vivere, cuius originem adprobavit. In viliora longè pignora durare solet amor, quantò securiùs durabit in pretiosissima? Diligetur vtique iuvenis, vt parens diligebatur; & nescio quì quodammodò dulciùs; cùm ad instar novelli parentis appareat, & re-

flo-

florescentia cordi pulcrescant suavius, faciliusque tenella complaceant; cùm etiam restitutà, vel amitti proxima benigniùs recipiantur, & quod mors ereptū ibat, per filium videant reduci. Tandem, quia parentis effigies est; & veræ, arcano quodam pacto, plus eô, quod repræsentant, delectant oculos, impensiusque adhùc tralatione gaudemus, quàm simplici dictione. Parentis ergo methaphora cum idoneà veritate coniuncta, gaudia faciet, & commoda: Illò confluent alveo nota populi studia: quæ ab stirpe in germina ple-
8 runquè populus prorogare consuevit: * Vtì & aliàs odia: Vt enim familiæ inter sese, sic populus cum familijs amores, vel invidiam propagat. Odia sæpè popularia non tam homines, quàm gentilitates insequū-tur, vt vniversitas animal est, quod plus nominibus, quàm rebus pascitur. Priusquamque civitas pro alterutrà parte in genitorem affecta, in alterutram degeneret erga filium, pinguissima opus est hic edat facinora. Alioquìn obligata patri natorum moderamen an-
9 helat. * Sic Romulea plebs optimè de se meriti Germanici posteros honoribus maturescere lætabatur. Tacitus *Lib. 3. Annal. Cap. 29. Plebi admodùm læta, quòd Germanici stirpem iam puberem aspiciebat*: Adolescebat cum pueris publica expectatio; & iam Germanicum charâ revirentem propagine idem moderaminis curriculum remetiri credebant.

Adeoque valere assolet hic prolis publicus amor fundatus parentibus, * vt Paulus de Castro *in L. Fin.*
10 *C. de Testam. milit.* textum evolvens asseruerit, iustam intercedere potuisse causam, cur numerorum Tribunatus pupillis dispensaretur; nimirùm si propter genitorum memoriam alium à filio ducem miles recusaret. Quod & suis temporibus contigisse testatur; velut Cyllarus eiusdem solùm cum deficiente sanguinis insessorem admisit ad ephippia.

Ad-

11 Adde * cùm publicis honorum proventibus proxima sit invidia, vt Cassiodorus ait *Lib. 10. Variar. Epistol.* 11. eisdemque radijs, queis rutilus Titan ascendit, 12 excitet vapores: * Signatè verò proximi sunt invidiosi fumi, cùm ei queis nulli sunt maiores, maiores subeunt, alijs eminere. A sese incipere, nil odiosius. Invidiam conflant è terrâ nati gigantcam, in quos à pulvere surgentes, quot pulverulenti globi consurgunt! Ideo nomen, aut fuscum, aut sublustre tantò fuit olim ad Rempublicam impedimento: Ardua enim prima via erat, cùm vel eximiæ dotes, vt longè saliant, præparare debeant impetum retrorsùm.


Aliàs subitis coruscationibus oculorum acies of-
13 fenditur. * Aliàs, inquam, ignobiles novi homines ap
14 pellati (eô * ferè sensu, quò è servitute ad libertatem enatantes, *in L. Quires 98. §. Aream, ff. de Solution.*) ad honores gradiebantur plumbeis pedibus: Adi Ciceronem *de Petit. Consul.* Livium *Lib. 9. Cap. 46. & Lib. 37. Cap. 57.* Sallustium *in Catilin.* De cætero rem notissimam in mentem revoca ex Lupano *ad illud Taciti 4. Annal. Cap. 15. Quanquàm novo homini*, Radero *ad Martial. Lib. 2. Epig. 62.* innumerisque apud Athanasium Oteiza *Paralip. Lib. 5. Cap. 8. ex Num. 6.*

15 Siquidem ergo * ad Magistratûs aptitudinem attinet, esse populo amantèr complectendum. Plutarchus *in Præcept. geren. Reip.* Marquez *en el Governador Christiano Lib. 1. Cap. 3.* Ex D. Gregorio *2. Part. Pastor. Cap. 8.* vt amor fugat obedientiam, præcepta facilitet, propensionibus præocupatis liberius disponat, æqui, bonique cuncta plerunquè facienda. * Adeo vt
16 exosus parœciæ beneficio inidoneus censeatur, *Capit. Quod Dei timorē 5. vbi not.* Abbas, & Butrius *Nu. 5. de Stat. Monach.* * Ob indeque minùs aptus admitti pos-
17 sit, si acceptior. Raudensis *Decis. Pis. 35. Num. 220.*

Et

18 *Et invisus accolis Antistites, scandalo imminente, ad abdicandum cogi possit. Innocentius *in Cap. Nisi cùm pridem 10. sub Num. 4. de Renunc.* Marcus *Quæst. Delph.* 944. *Nu. 1. Vol. 1.* Gõzalez *sup. Reg. 8. Canc. de Mensib. & altern. Gloss. 4. Num.* 194.

Siquidem, inquam, ita res procedit, eorum, qui egregiè Remp. duxere, cum publicaque laude, filij communem auram, plausumque secum raptantes, ad publica, patriaque munia cæteris erunt aptiores, quia acceptiores: Ideoque non acceptatione culpanda promovendi.
19 *Claudat hæc omnia aptissimus Taciti locus 4. *Histor. Cap.* 68. Vbi Arretinus Clemens per Mutianum Præfecturæ Prætorianus imponitur; videlicet quoniam parente illô muneris cum laude perfuncto, ei nomini miles placidè adspirabat. *Arretinum Clementem domui Vespasiani per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano Pratorianis praposuit, patrem eius sub C. Cæsare egregiè functum ea cura dictitans: Lætum militibus idem nomen.*



CAP. XXI.

Paterna instituta servandi securitas.

SVMMARIVM.

1. *Regiminis novitates perniciosæ.*
2. *Præcessoris statuta, vt leges observanda.*
3. *Sic se observare dicebat Tiberius.*
4. *Novare à fama libidine oritur.*
5. *Elatione.*
6. *Æmulatione.*



DFAVET etiam liberis in munera successuris argumentum aliud, quod intendit Cotereus *de Iur. & privil. milit. Libr.* 2. *Capit.* 3. Argum. Text. *in L. Ea quae à patre* 7. *C. de Restitut. milit.* Timendum nempe non esse, quòd quam invenerint statutam regendi methodum invertant; quin certò sperandum, servandam, & ratihabendam. Quae pauci pendi consideratio, indigna porro est.

Inter enim * rerum publicarum clades notissima est statutorum cum regentibus inconstantia. Certè novitas periculosa plerunque fuit, insolensque navigationum cursus, aut exoticis flatibus, aut latentibus atis obnoxius. Nil ad radicem pervênit, nedum ad frugem; mutatâ saepe glebâ. Quid? Nec artis graphicae rudimenta diversis succedentibus prototypis perficiuntur; quantò minùs diversis regulis civilis status? Sibi praesertìm invicèm non rarò contradicentibus, vt remedia inter sese pugnantia perniciosior sint morbo ipso morbus. Sed in haec vberiùs dixerint Plutarchus *in Vit. Crassi* Lucianus *Histor. Lib.* 1. Lipsius *in Libr. Advers. Dialog. & Lib.* 4. *Politic.* Manutius *in Cicer. Lib.* 2 *Epistol.* 7. Marquez *en el Gobernador Christiano Libr.* 2. *Cap.* 17. Menochius *de Arbitr. Cas.* 82. *Num.* 2. Bovadilla 1. *Politic. Cap.* 5. *Numer.* 9. & 10. Capycius *Decis.* 48. *Num.* 3. Maranta *Respons.* 24. *ex Num.* 36. Valenzuela *Cons.* 54. *Num.* 35. *Cons.* 69. *Num.* 101. *Cons.* 74. *Num* 70. *Cons.* 114. *Num.* 27. *Cons.* 146. *Numer.* 46. & *in Discurs. stat. & bell. Part.* 2. *Consider.* 12. Solorzanus

de

de Ind. Gubern. Lib. 1. *Cap.* 4. *ex Num.* 67. & *Lib.* 4. *Cap.*
9. *ex Num.* 34. Larrea *Alleg.* 51. *Num.* 35. Pizarrus *in*
Vit. Gundisalvi Cap. 3. *Obser.* 1. Adnotaverintque Chro
nologi *sub annum CM. in Vit. Stephani Papæ VI.* qui me
moriam antecessoris Formosi condemnans, cadaveri
primoribus digitis amputatis, & datis in Tyberim, si-
mùl rescidit acta; indignumque præbuit exemplum, si
quid in posterum successores, rerum immutatione se-
se minùs laudabilitèr gessere.
2 Et quidem iniquá imperandi ratione: * Cùm præ-
decessorum statuta legum ad instar observanda sint,
Cap. De quibus 20. *Distinct. Cap. Omnes* 7. *Quæst.* 1. *Cap.*
Fin. 9. *Quæst.* 3. *C. Non est culpandus* 32. *Quæst.* 2. *L. Ca-*
pitalium 28. §. *Fin. ff. de Pœn. L. Minime* 35. *ff. de Relig.*
Cum similibus. * Vti se Tiberius excusabat apud Ta
3 citum 4. *Annal. Cap.* 17. de templo erigi sibi permisso
insimulatus: apud se decessoris acta vim legis habere,
sic protestans: *Cùm Divus Augustus sibi, atque Vrbi Ro-*
mæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset: qui om-
nia dicta factaque eius vice legis observem; placitum iam
exemplum promptiùs secutus sum.
4 Hæc recudendi priorum acta libido * ab insitá cu-
piditate oritur, quá famæ, & celebritatis causá quis-
que agimur, vt nobis præcipuè cuncta tribuantur.
Proh quàm esse rerum auctores amamus. Huic affe-
ctui siquis intemperantèr indulxit, quotidiè novis re-
petitis inventis regna vexavit, quæ vel adversùs popu-
5 los invaluere, aut in risum exhalata sunt. * Quosdam
in eiusmodi mutationes adegit nimium propriæ pru-
dentiæ tribuere, & suis auspicijs plus cæteris proficien
di præsumptio; velut ipsi tandem Nili fontes invene-
rint; velut ipsi viam optimam viderint, Sinensi elatio-
6 ne se solos duplici lumine oculatos putantes. * Sunt
qui æmulatione, & invidiá, dum sibi quisque gloriam
7 aucupatur, rem aliorsùm versent. * Alij callidiùs ab

anterioris vestigijs recedunt, ne si in ea, quæ adæquanda desperant, prorsus impingant, sui gressus minores adpareant; sese metiri recusant, ne inferiores evadant. Qua scilicet mente spectacula Tiberius abstinuit 1. *Annal. Cap.76.* Tacitus: *Metu cõparationis, quia Augustus comiter interfuerat.* Huc adapto illud Plinij ad Traianum. *Quis comparari tibi non reformidet? Expertus & ipse es, quàm sit onerosum succedere bono Principi.* Martialemque *ad Rufum Lib.12. Epig.75.*

Non ignorat onus, quod sit succedere Macro.

8 Quandoquè præterita improbantur, * in odium retorquentur, vt laudem præsentia mereantur, retrorsùm nubes omnes aggerant, vt sua clarescant tempora; vt nigricante abindè rerum facie, albescat abhinc. Et criminatur aliquandò populus, quæ tunc regiminis graviùs ipsi fiebant, ideo solùm, quia nunc absque illis transigit. Vndè Flaccus in crimẽ vocabatur, quòd classis nomine imperasset pecuniam Asiæ civitatibus, quam quippe Q. Cicero succedens minimè indixisset. Ait Cicero *pro Flacc. At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco successerat, pecuniam vllam in remiges imperasse.*

9 * Nec impunè novatores ipsi in cõsuetudines libidinantur: plerunquè scilicet diruitur, certè periclitatur illorum auctoritas, vt L. Philippo contigisse non ignotum, & apud Ærodium *Rer. Iudic. Lib.2. Titul. 14. Cap.9.* Ne morosius hic diversorium habeam, rem citatis, alijsque auctoribus commendo.

Si ea omnia inania fieri velis, in Magistratûs locũ

10 filium subroga, * vbi non modò rationes pro immutando deficiunt, verùm in adversum vrgent longè fortiores. Ille profectò patriam regendi formam sartam tectamque conservabit examussim. Vtpote qui eiusdem cum parente voluntatis est, & affectionis, vt iura credunt, ac proindè facturum quidquid fecerit pa-

rens

rens. *L. Quisquis 5. C. ad L. Iul. Maiest.* Nec aliud quidquam à se facere posse, *Cap. Fin. de Consecrat. Distinct. Vltim. Cap. Cùm beatissimus 24. Quæst.* 1. Nec improbare quod pater tacitus adprobaverit. *L. Fin. in Fin. C. de Revocā. donat.* Sancta enim persona patris est vndecūquè sempèr habenda. *L. Liberto 9. ff. de Obseq. par. & pat. præst. Novell. de Nuptijs, Vers. Sed quod sancitum.* Vndè sententiam eius defendere, atque excusare tenetur, vt discipulus benè, id est ritè excusat *in L. Qualem 19. §. Fin. ff. de Recept. Arbitr.* Enimverò ingenium idem patrium filijs insitum, vel nescientes tramite ducit eodem, veneratio compellit, imitationis stimuli corripiunt. Gloria eximia est illa ratihabere, quæ non censentur aliena, naturalis ambitio illa celebrare, nefas contra ire, necessitas confovere. Quid expertius? Gnatus parentis instituta sempèr amat, & vestigia sempèr adorat.

Quorum omnium cùm nihil extraneo conveniat, ecquis non videat, quàm diversa super publici statûs mutatione de filio speranda sint? Et quod vtilitatis

11 communis est, * quantùm inter filium alienumque intersit. Quod inter vtrumque discrimen reperitur expressum primis in illis Reip. Romanæ Regibus. Obijt religiosus Numa, succesit Hostilius, qui moderamē, decretaque Numæ cœpit prævertere prorsùs: Eô sublato, electus Martius Numæ nepos, *qui vt regnare cœpit* (ait Livius *Lib. 1. Cap. 32.*) *& avitæ gloriæ memor, & quia proximum regnum, ab vna parte haud satis prosperū fuerat, aut neglectis religionibus, aut pravè cultis, longeque antiquissimum ratus sacra publica, vt ab Numa instituta erant, facere.*

Ecce adhùc quô nomine cæteris queiscunque, vel aliundè dignioribus ad patrium munus subeundum filij præcellant.

dò quidam honestus ambitus est, quos sequimur tempore, velle praconijs anteire. Multa horsum Chassenæus *inCatal. Part.* 8. *Cons.* 6.

4 Probitatique* non segnitèr alligat ex illustribus ortos, quòd se conspici conspiciunt, & de communi populares specula inconniventes lyncas observare; an, qui paternæ imitationis debito satisfaciant. Nobilitate noti, oculorum magnetes per maiores redduntur. Cicero 2. *Officior. Si quis* (inquit) *ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptam, aut aliquo casu, atque fortuna: in hunc oculi omnium conijciuntur, atque in eo, quid agat, quemadmodùm vivat, inquiritur; & tanquàm in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum.* Concinit Sallustius *de Bello Iugurth. Maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occultò patitur.* Ideo maiorum claritatem; ideo posteros vocamus illustres; quia eodem, quô à parentibus splendore inaurantur, itidèm vndecunquè omnibus notandi patefiunt.


5 Ne* illustrius peccet filius profectò cavebit, neve gloriæ genitoris detrahat, proprios revolutus in ortus: dum excidentes lituræ paginam etiam devenustant antè inversam. Miserrimumque foret non sibi soli, sed parenti quoquè delinquere. Turpissimum coram ipsius recordatione admittere vitia; ex contrarijs energiâ tantâ prominentia. Nec ea verenda improbitas, quæ gentilia fræna; ea petulantia, quæ generosa repagula rumpat. Relinquantur errata hæc alijs, qui parentes imitandos in magistratu non habuere; nil illiusmodi de filijs habentium suspicemur. Heccine luculentèr Cassiodorus *Lib.* 8. *Epistol.* 16. *Similitudinem suorum felix vena custodit, quandò pudet delinquere, qui similia nequeunt in suo genere reperire. Hinc est, quòd meliùs agnoscitur elegisse nobilem, quàm fecisse felicem: quia iste cõ-*

mo-

monitus per veterum se facta custodit; ille exemplum non habet, nisi quod fecerit. Pulcriùs ipse *Lib. 8. Epistol. 20.* Vbi Albienum Præfecturam Prætorij capessentem commonefacit, ne decessores quosdam æmuletur; quorum peccata originis fuisse; quia nempe patribus in magistratu antecessoribus caruerant. *Sed illi fortè* (ait) *talia gesserunt, qui ad dignitates suis parentibus incognitas pervenerunt. Tu post patris præfecturam laudabilem, aliquid, quod melius prædicetur, adiunge. Quia diligentior semper esse debet, qui sequitur. dum bona parentum probabiliter; & imitari cupimus, & vincere festinamus.* Bovadilla *Lib. 1. Politic. Cap. 4. Num. 14.* Turturetus *de Nobilit. gentilit. Lib. 1. Cap. 8.* Huc revoca e *Cap. 2. sup. quæ à Numer. 17.*

6 Adde vim remunerationis. * Quos non suggeret ignes ad egregia quæque? Nam si ad ea alij contendunt anheli, dum in aliorum posteris meritis satisfieri contuentur. Petrus, & Antonius Fabri, ille *Lib. 3. Semestr. Cap. 8. Pagin. 110.* hic *in Ration. ad L. Senatoris 5. ff. de Senator.* pro eius textûs ratione dogma nostrum afferens Didacus Perez *in L. 1. Titul. 1. Lib. 4. Ordin.* Gonzalez *in Regul. 8. Cancellar. Gloss. 4. Numer. 195.* Benedictus Ægidius *in L. Ex hoc iure, ff. de Iust. & iur. Par. 1. Cap. 10. Num. 68.* Fulvius *ad Nostr. Titul. Numer 1.* Scribanius *Politic. Lib. 1. Cap. 39.* Turturetus *de Nobilit. gent. Lib. 1. Cap. 8.* Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib. 2. Cap. 30. Num. 33.* & sexcenti. Quantò magis ipsi posteri, qui paternarum virtutum fruuntur redditibus? in qualesnam animos calefient ad fructum novis gestis cumulandum? Cassiodorus *Lib. 2. Epistol. 16.* Porrò & si nullum non præmium virtutem evigilet; præcipuè tamen, quæ propter patria merita indipiscimur, stimuli sunt paternorum vestigiũ acerrimi: vt Blancarassus ait *in Philosoph. Reg. Lib. 6. de Præm. §. 23.*

7 Quarè * (vt ait Marquez *en el Gobernad. Christian. Lib.2.Cap.13*.in magnum rerum publicarum emolumentum cedet, si præsigniu m moderatorum filij, & quidem apti (extra quem sensum nunquàm abij) diluculò publicis, patrijsque functionibus imponantur. Sic porrò dum in strictiorem, præsentaneamque obligationem trahentur, parentum respondendi virtutibus, fiet tandem, vt absolutissimi vndequaquè viri Reip. suppetant.



CAP. XXIII.

Filijs ad patria loca favens nationum consuetudo.

SVMMARIVM.

1. *Apud Hebræos.*
2. *Apud Romanos.*
3. *Senatoria dignitas in liberos continuata ostenditur.*
4. *Quibus solis principio patuit Senatus.*
5. *Romulus C. Senatores instituit.*
6. *Quos adiunctis Sabinis duplicavit.*
7. *Senatorum filij Patricij facti.*
8. *Vrbana, & sacra habuere soli.*
9. *Solos in patrias dignitates successisse convincitur.*
10 *Tarquinius C. Senatores addidit.*
11. *Eorum filij* Patricij minorum gentium *dicti.*
12. *Brutus Patriciorum defectu ex plebe Senatores allegit.*
13. *Dicti P.C.*
14. *Ex Patricijs facti Senatores.*



EXCVRSI hucusquè argumentorum fontes, & siqui præterea sunt conferendi paterna munera communem nationibus cõsuetudinẽ fundarũt; cõsuetudoque ipsa, eadẽ argumenta fundat, auget, & cõmunit. Ratio quidẽ locô, nõ sic nervis vltima. Quoniã grãde rei nostræ patrociniũ sancit abs dubio, generalis temporum, & locorum consensus, quô filios in parentum honores collocando fœdus; & societatẽ iniere.

1 In divinà primùm quondàm * Hebræâ Rep. filios dignitatum successores haberi, invaluit consuetudo. Ostendunt Sigonius *de Rep. Hebræor. Libr. 7. Cap. 4.*

Mar-

Marquez *en el Gobern. Christ. Lib.* 2. *Cap.* 3. Rangolius *in* 1. *Reg. Cap.* 8. *Vers.* 1. Pizarrus *in Vit. Ferdin. Cap.* 1. *Obs.* 2.

2 Id maximè * Romanis observatum esse demonstrãt tot Iuris decisiones, quibus expressiori iã voce ad distincta munera liberi citantur: in quas sæpiùs hôc in
3 opere sparsas incideris. * Et quod senatoria proles gentili felicitate honorem sortiretur, ê retrò quoque actis constat. Cùm vt celeriùs senatui adsuescerent nati ex Senatoribus, ius cum parentibus introëundi Curiam habuere quondàm. Vidisti *sup. Par.* 1. *Cap.* 11. *Numer.* 11. & quòd Augustus ante ætatem, & honores in Senatum allegeret, *Cap.* 7. *Nu.* 14. *& hac* 2. *Part. Capit.* 10. *Num.* 17. Pancirolus *Lib.* 2. *Variar. Cap.* 8. * Sed iu
4 vat rem ab origine revocare: faxo videris apertè, sub Reip. illius ortum, & progressum, illam nullis extra filios Senatorum patêre potuisse.

5 Nascente Romano Imperio * Romulus Senato-
6 res, C. instituit; quorum consilio Rēp. administraret. * Ictis deindè fœderibus cum Sabinis, Tatioque Rege in civitatem adsumpto, æquali spicilegio C. alios, vt ducentis Patrum numerus clauderetur. * Eorum fi-
7 lios *Patricios*, reliquas verò Romæ familias inferioris fortunæ homines *Plebeios* nominavit. * Eodem insti-
8 tuto Patricij soli Senatum sacra, & cætera publica, vrbanaque habuere: plebe honoribus prorsùs ieiunâ. Livius *Lib.* 1. Dionysius *Lib.* 2. Plutarchus *in Romulo*, Alexander ab Alexander *Gen. Dier. Lib.* 5. *Cap.* 18. Sigonius *de Antiq. Iur. civ. Rom. Libr.* 1. *Cap.* 7. Rivallius *in Histor. Iur. civ. Lib.* 2. *Num.* 78. Remirez *de Leg. Reg.* §. 27. *Num.* 25. Amaya *in L. Curialibus* 66. *Cap.* 1. *Numer.* 48. *C. de Decur.* * Hucusquè vt in munera filij Se-
9 natorum, prætereà nulli succedere potuerint, vides: quandoquidē Patriciorum tantùm ratio habita est, filijque duntaxat habiti Patricij.

Ste-

Stetit Senatorum numerus bicentesimus adusque Tarquinium,
10 ★ qui popularis amoris venator centenam quoque summam, CCC: impleturus in Senatum adlêgit. Halicarnasæus, *vbì proximè*; Bulengerus *de Imper. Roman. Lib.* 3. *Cap.* 1. Stephanus Pighius *Lib.* 1: *Ann. P. R. C.* 138: Borrellus *de Reg. Cathol. Præst. Cap.*
11 74. *Num.* 136. ★ Quorum progenies, *Minorum gentium Patricij* dicti, quæ vox pro discriminali fuit; hæc inter Reip. capita; Romulei enim vestusti, *Maiorum gẽtium Patricij* vocabantur, Lipsius *ad Tacit. Lib.* 11. *Annal.* Rosinus *Lib.* 2. *Antiq. Cap.* 7: Gruterus *ad Livium Lib.* 1: Revardus *Lib.* 3. *Coniectan. Cap.* 7.

In eas tantùm stirpes Senatorium apicem derivatum certò liquet. ★ Etenim L. Brutus Regibus exactis
12 Protoconsul, imminutas Superbi tyrannide Patriciorum familias reperiens, vt Senatum reficeret, CLXIV:
13 seiunxit de plebe, in ordinemque adscivit, ★ qui *Patres Conscripti* appellati sunt. Gulielmus Canterus *Novar. Lect. Lib.* 2. *Cap.* 24. non suffecturus eos, si maiorũ, vel minorum gentium Patricium copia suppeteret: vt Sigonius *vbì nupèr* attestatur ex Fexto.

14 Hi, ★ priusquàm Senatu fungerentur, Patricij facti sunt, vt evincunt authores relati: Quod vtique
15 ideo fieri oportuit; ★ quia tunc temporum nemini fas erat Senatum capessere, nisi Patricio. Quidquid in hoc theorema nonnulli frustrà velitentur, inter quos Baronius *in Annot. ad Martyrolog.* XXVII. *Aug.* & Duarenus *in Titul. de Senatorib. Capit.* 1; ex Suetonio *in Octav. Cap.* 1, de Octaviâ familiâ referente: *Ea gens à Tarquinio Prisco inter Romanas gentes allecta in Senatum;*
16 *mox à Servio Tullio in Patricias traducta.* ★ Vt non mirer, qui literam synceram credidit, eum fefellisse sententiam. Sed locum vitiatum consentiunt critici, Levinus Torrentius, Sigonius *vbì sup.* & Paulus Manutius *in Comment. ad Epist. Cicer. Lib.* 9. *Epistol.* 21. *ad Pa*

tum. expungentes ea verba *in Senatum*. Vt sensus sit (& planè purus, putus) Octaviam gentem, quæ Veliterna esset, à Tarquinio primùm civitate donatam, à Servio posteà in Patricium ordinem insignitam. *Itaque nunquàm dubitavi, quin verba illa in Senatum inducenda sint, vt planè veritati repugnantia; nam si allecta esset in Senatũ, quo tempore Senatus constabat è Patricijs: quid oportuit subiungere, à Servio Tullio in Patricias traducta*. Hæc verba, concipiente Manutio, dixerim.

Viden? vt in antiquâ illâ Rep. cæteris anhelato typo, Senatorum liberis in patrium gradum succedere, reliquisque antecellere dignitatibus necessum fuerit?

17 * Quam in honoribus præripiendis prærogativam, vt inspectâ origine extraneis quibuslibet præstarent, nũquamnon posteà prævaluisse scribit eruditè Savarus

18 *ad illud Sidonij Lib. 1. Epistol. 6. Senatorij seminis homo*. * An proindè idem etiam observari voluit Platea? *in L. In successione 48. C. de Decurion. Lib. 10.* dum ait: *Quod si pater, qui est de Consilio decedat, quòd filius subrogetur*.

Alijs etiam super honoribus alia non ægrè conglobarem: Quatenùs hi verterentur intra filios, & ipsis at-

19 tracti cederent ostensurus: * Vt Consularis dignitas, quæ Regiam excepit per successiones prolaberetur,

20 vocabanturque * familiæ *Consulares* illæ, quas iam cõtigisset Consulatus, & ad quam proindè gentem strictiùs fasces iijdem spectabãt. Horsùm Cicero *de Petit. Consul. Eos* (inquit) *qui Consularibus familijs nati, locum maiorum consecuti non sunt, suspicor tibi, ni admodùm te amant, invidere*.

21 Hoc * & ad suprema gubernacula tritum publicæ gratitudinis genus fuit, meritis parentibus filiorũ eadem ornamenta rependere. De Claudio narrat Trebellius: *Talis in Rep. fuit, vt eius stirpem ad Imperium summi Principes eligerent*. Sed in quam Iliada labor? In

ex-

exempla assecutorum loca paterna, & quàm multis profuerint ad Remp. inter Romulidas patria gesta? Breviùs scribo, quàm vt omnilegus fastis referciar, & nominibus Romanorum, tomento inani, opus extuberem.

Quapropter vt ab Vrbe ad Provincias, levibusque
22 vestigijs iturus, egrediar. Longobardi * Principum, Moderatorumque filios incunabulis etiam non excedentes, Principes sibi, & Moderatores præponebant. Tradit Baldus *in L. Fin. Num. 3. C. de Testam. milit.*

23 Siciliæ * officia decessorum patrum filijs concedi solita, Mastrillus *de Magistrat. Libr. 1. Capit. 28. Numer. 3.*

24 Venetijs * eos solùm, qui ex primis vrbis conditoribus provenere, ingressu ad munera potiri, ex Machiavello *Lib. 1. Disc. de Rep. Cap. 6.* Osualdus *ad Don. Lib. 24. Comm. Cap. 22. Lit. R.*

25 Et vniversìm, * Apud Italos plerisque in locis de mortuo potestate (nostris Prætoribus respondet) filij succedunt, & quod temporis imperij residuum erat, adimplent. Mastrillus *vbi nuper Num. 9.*

Moris idem * plenæ successionis increbuisse Lu-
26 sitanis, testis erit Valascus *Consult. 129. Num. 13.* Iuxta Legem Lusitanam *Titul. 9. §. 6. Libr. 1.* id sancientem. Mendez de Castro *in Prax. Lusitan. Lib. 1. Cap. 2. Num. 9.*

27 Ne desideres * quod de Atheniensibus referri vidi, solitos paterna loca filijs impendere Lege Solonis Pericli memorata *in Orat. Funeb.* Apud Thucydidem *2. de Bell. Pelop.* Lex enim Solonis de quâ *sup.* memini super filijs cadentium in acie de publico alendis, nil in rem habet, nil præterea Pericles, quem avidè legi. Peccavit inscitia qui primus illi tribuit, incuriâ, qui absque alio examine ivere in sententiam. Est qui eundem

Gal-

anterioris vestigijs recedunt, ne si in ea, quæ adæquanda desperant, prorsus impingant, sui gressus minores adpareant; sese metiri recusant, ne inferiores evadant. Quâ scilicet mente spectacula Tiberius abstinuit 1. *Annal. Cap.* 76. Tacitus: *Metu cōparationis, quia Augustus comiter interfuerat.* Huc adapto illud Plinij ad Traianum. *Quis comparari tibi non reformidet? Expertus & ipse es, quàm sit onerosum succedere bono Principi.* Martialemque *ad Rufum Lib.* 12. *Epig.* 75.

Non ignorat onus, quod sit succedere Macro.

8 Quandoque præterita improbantur, * in odium retorquentur, vt laudem præsentia mereantur, retrorsùm nubes omnes aggerant, vt sua clarescant tempora; vt nigricante abindè rerum facie, albescat abhinc. Et criminatur aliquandò populus, quæ tunc regiminis graviùs ipsi fiebant, ideo solùm, quia nunc absque illis transigit. Vndè Flaccus in crimē vocabatur, quòd classis nomine imperasset pecuniam Asiæ civitatibus, quam quippe Q. Cicero succedens minimè indixisset. Ait Cicero *pro Flacc. At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco successerat, pecuniam vllam in remiges imperasse.*

9 * Nec impunè novatores ipsi in cōsuetudines libidinantur: plerùnquè scilicet diruitur, certè periclitatur illorum auctoritas, vt L. Philippo contigisse non ignotum, & apud Ærodium *Rer. iudic. Lib.* 2. *Titul.* 14. *Cap.* 9. Ne morosius hic diversorium habeam, rem citatis, alijsque auctoribus commendo.

Si ea omnia inania fieri velis, in Magistratûs locū

10 filium subroga, * vbi non modò rationes pro immutando deficiunt, verùm in adversum vrgent longè fortiores. Ille profectò patriam regendi formam sartam tectamque conservabit examussim. Vtpote qui eiusdem cum parente voluntatis est, & affectionis, vt iura credunt, ac proindè facturum quidquid fecerit pa-

rens

rens. *L. Quisquis 5. C. ad L. Iul. Maiest.* Nec aliud quidquam à se facere posse, *Cap. Fin. de Consecrat. Distinct. Vltim. Cap. Cùm beatissimus 24. Quæst. 1.* Nec improbare quod pater tacitus adprobaverit. *L. Fin. in Fin. C. de Revocā. donat.* Sancta enim persona patris est vndecūquè sempèr habenda. *L. Liberto 9. ff. de Obseq. par. & pat. præst. Novel. de Nuptijs, Vers. Sed quod sanctitum.* Vndè sententiam eius defendere, atque excusare tenetur, vt discipulus benè, id est ritè excusat *in L. Qualem 19. §. Fin. ff. de Recept. Arbitr.* Enimverò ingenium idem patrium filijs insitum, vel nescientes tramite ducit eodem, veneratio compellit, imitationis stimuli corripiunt. Gloria eximia est illa ratihabere, quæ non censentur aliena, naturalis ambitio illa celebrare, nefas contra ire, necessitas confovere. Quid expertius? Gnatus parentis instituta sempèr amat, & vestigia sempèr adorat.

Quorum omnium cùm nihil extraneo conveniat, ecquis non videat, quàm diversa super publici statûs mutatione de filio speranda sint? Et quod vtilitatis

11 communis est, * quantùm inter filium alienumque intersit. Quod inter vtrumque discrimen reperitur expressum primis in illis Reip. Romanæ Regibus. Obijt religiosus Numa, successit Hostilius, qui moderamē, decretaque Numæ cœpit prævertere prorsùs: Eò sublato, electus Martius Numæ nepos, *qui vt regnare cœpit* (ait Livius *Lib. 1. Cap. 32.*) *& avitæ gloriæ memor, & quia proximum regnum, ab vna parte haud satis prosperū fuerat, aut neglectis religionibus, aut pravè cultis; longeque antiquissimum ratus sacra publica, vt ab Numa instituta erant, facere.*

Ecce adhùc quô nomine cæteris queiscunque, vel aliundè dignioribus ad patrium munus subeundum filij præcellant.



CAP. XXII.

Natorum ex optimis ad virtutem vincula.

SVMMARIVM.

1. *Qui de filij præ aliijs rectitudine tutior spes.*
2. *Ægrè maiorum virtutem posteri deformant.*
3. *Dum in præcipuas eorum virtutes adeò propagandas insistunt.*
4. *Dum inspectari, & notari noscunt.*
5. *Turpiusque cæteris peccarent.*
6. *Ipsorum præmio si extranei stimulantur, quid ipsi?*
7. *Functionibus ad respondendum parentibus ligandi.*

AM pro argumento supprimere non licet, quod re in hâc statim menti cuivis obviam prodit: Illa nempe securitas, prudensque persuasio, quæ in optimi magistratûs sobole viget, si alicubì vigere valet, quòd filij pro arctissimis, queis ad virtutes vinculis nascuntur, in patrio locô, patrio more, patrijsque moribus, & laudibus versabuntur. Ingens dicendo proclivitas, ornando recludebatur amœnitas. Sed ipsa, quæ sese fundit invitans copia, necdum contacta exsaturat animum, calamique aciem hebetat.
1 Sat in alterâ operis statione conduxi, sat omisi.* Quicquid ergo prima Pars *Cap.* præcipuè 5. & 6. fiscali velut nomine declamavit, quorum plura verissima li-

quent,

quent, quæ que nec tunc, quandò feriùs, religiosiùs, & ſtrictiùs rem pependimus, licuit inficiari; quidquid boni generoſi natales, educatioque ſperare iubent; quidquid auctores pro nobilitate vſurpant; quidquid vſquàm literarum, ortus ex optimis prodeſt ad ſanam frugem, totum id huic capiti campus ſubſterni poſſet. Cùm ea omnia fundamenta ſint, inſtrumenta, incentivaque filio, vt operetur rectiſsima quæque. Vice obſidis apud populum ſunt, vt quæ committentur, cũ gloriâ tractabunt: Eaque tenus egregiæ moderatorum proli ante alios diverſigenas publicæ curæ mandandæ ſint. Cui ſcilicet nulla maiorum exempla præiudicant, quin glorioſa mentem circunvolantia familiari locutione, notis dialectis, memori animo intimata, adhortari nunquàm ceſſant: * Vt per eos qui
2 optimâ educari familiâ, honeſtiſque parentibus progeniti ſunt, non facilè virtus ſinat generis gloriam tantillùm deformari. Vt ait Cotereus *de Offic. Imperator.*
3 Ade Amiratum *de Regn. Regiſque inſtit. Lib.* 3. * Et peculiari generoſitatis inſtinctu ad illas ex paternis virtutibus, quæ prædominium tenuere, adſpirent gnati, vt in dies parentum ipſorum gloriam, nomenque magis, & vltrà celebritati tradant. *Cùm ſit* (inſit Cicero *pro C. Rabir. Poſtum.*) *hoc generi hominum propè naturâ datum, vti quâ in familiâ laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè, qui ſunt eius ſtirpis, quòd ſermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur, cupidiſsimè perſequantur.* Cuius ſententiæ *Libr.* 1. *Officior.* etiam eſt: *Quorum verò patres, aut maiores in aliquâ gloriâ præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere: Vt Q. Mutius P. filius in Iure civili, Pauli filius Africanus in re militari.* Igitur (ex hinc loquitur *Variar. Lib.* 9. *Epiſtol.* 7. Caſsiodorus) *poſt parentum claras adminiſtrationes benè conferuntur poſteris eminentiſsima dignitates: Dum nullius acquieſcit ingenium iacere intra æſtimationem ſuorum: quã*

dò quidam honestus ambitus est, quos sequimur tempore, vel le praconijs anteire. Multa horsum Chassenæus *in Catal. Part.* 8. *Consi.* 6.

4 Probitatique* non segnitèr alligat ex illustribus ortos, quòd se conspici conspiciunt, & de communi populares specula inconniventes lyncas observare; an, qui paternæ imitationis debito satisfaciant. Nobilitate noti, oculorum magnetes per maiores redduntur. Cicero 2. *Officior. Si quis* (inquit) *ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptam, aut aliquo casu, atque fortuna: in hunc oculi omnium conijciuntur, atque in eo, quid agat, quemadmodùm vivat, inquiritur; & tanquàm in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum.* Concinit Sallustius *de Bellò Iugurth. Maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occultò patitur.* Ideo maiorum claritatem; ideo posteros vocamus illustres; quia eodem, quò à parentibus splendore inaurantur, itidèm vndecunquè omnibus notandi patefiunt.


5 Ne* illustrius peccet filius profectò cavebit, neve gloriæ genitoris detrahat, proprios revolutus in ortus: dum excidentes lituræ paginam etiam devenustant antè inversam. Miserrimumque foret non sibi soli, sed parenti quoquè delinquere. Turpissimum coram ipsius recordatione admittere vitia, ex contrarijs energià tantà prominentia. Nec ea verenda improbitas, quæ gentilia frænat; ea petulantia, quæ generosa repagula rumpat. Relinquantur errata hæc alijs, qui parentes imitandos in magistratu non habuere; nil illiusmodi de filijs habentium suspicemur. Heccine luculentèr Cassiodorus *Lib.* 8. *Epistol.* 16. *Similitudinem suorum felix vena custodit, quandò pudet delinquere, qui similia nequeunt in suo genere reperire. Hinc est, quòd meliùs agnoscitur elegisse nobilem, quàm fecisse felicem: quia iste co-*

mo-

monitus per veterum se facta custodit; ille exemplum non habet, nisi quod fecerit. Pulcriùs ipse *Lib.* 8. *Epistol.* 20. Vbì Albienum Præfecturam Prætorij capessentem commonefacit, ne decessores quosdam æmuletur; quorum peccata originis fuisse; quia nempe patribus in magistratu antecessoribus caruerant. *Sed illi fortè* (ait) *talia gesserunt, qui ad dignitates suis parentibus incognitas pervenerunt; Tu post patris præfecturam laudabilem, aliquid, quod melius prædicetur, adiunge. Quia diligentior semper esse debet, qui sequitur. dum bona parentum probabiliter; & imitari cupimus, & vincere festinamus.* Bovadilla *Lib.* 1. *Politic. Cap.* 4. *Num.* 14. Turturetus *de Nobilit. gentilit. Lib.* 1. *Cap.* 8. Huc revoca e *Cap.* 2. *sup. quæ à Numer.* 17.

6 Adde vim remunerationis. * Quos non suggeret ignes ad egregia quæque? Nam si ad ea alij contendunt anheli, dum in aliorum posteris meritis satisfieri contuentur. Petrus, & Antonius Fabri, ille *Lib.* 3. *Semestr. Cap.* 8. *Pagin.* 110. hic *in Ration. ad L. Senatoris* 5. *ff. de Senator.* pro eius textûs ratione dogma nostrum afferens Didacus Perez *in L.* 1. *Titul.* 1. *Lib.* 4. *Ordin.* Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 4. *Numer.* 19. Benedictus *Ægidius in L. Ex hoc iure, ff. de Iust. & iur. Par.* 1. *Cap.* 10. *Num.* 68. Fulvius *ad Nostr. Titul. Numer* 1. Scribanius *Politic. Lib.* 1. *Cap.* 39. Turturetus *de Nobilit. gent. Lib.* 1. *Cap.* 8. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 30. *Num.* 33. & sexcenti. Quantò magìs ipsi posteri, qui paternarum virtutum fruuntur reditibus? in qualesnam animos calefient ad fructum novis gestis cumulandum? Cassiodorus *Lib.* 2. *Epistol.* 16. Porrò & si nullum non præmium virtutem evigilet; præcipuè tamen, quæ propter patria merita indipiscimur, stimuli sunt paternorum vestigiū acerrimi: vt Blancarassus ait *in Philosoph. Reg. Lib.* 6. *de Præm.* §. 23.

7 Quarè * (vt ait Marquez *en el Gobernad. Christian. Lib.2.Cap.13.* in magnum rerum publicarum emolumentum cedet, si præsigniu m moderatorum filij, & quidem apti (extra quem sensum nunquàm abij) diluculò publicis, patrijsque functionibus imponantur. Sic porrò dum in strictiorem, præsentaneamque obligationem trahentur, parentum respondendi virtutibus, fiet tandem, vt absolutisimi vndequaquè viri Reip. suppetant.



CAP. XXIII.

Filijs ad patria loca favens nationum consuetudo.

SVMMARIVM.

1. *Apud Hebræos.*
2. *Apud Romanos.*
3. *Senatoria dignitas in liberos continuata ostenditur.*
4. *Quibus solis principio patuit Senatus.*
5. *Romulus C. Senatores instituit.*
6. *Quos adiunctis Sabinis duplicavit.*
7. *Senatorum filij Patricij facti.*
8. *Vrbana, & sacra habuere soli.*
9. *Solos in patrias dignitates succesisse convincitur.*
10. *Tarquinius C. Senatores addidit.*
11. *Eorum filij* Patricij minorum gentium *dicti.*
12. *Brutus Patriciorum defectu ex plebe Senatores allegit.*
13. *Dicti P.C.*
14. *Ex Patricijs facti Senatores.*



EXCVRSI hucusquè argumentorum fontes, & siqui prætereà sunt conferendi paterna munera communem nationibus cōsuetudinē fundarūt; cōsuetudoque ipsa, eadē argumenta fundat, auget, & cōmunit. Ratio quidē locô, nō sic neruis vltima. Quoniā grāde rei nostræ patrociniū sancit abs dubio, generalis temporum, & locorum consensus, quô filios in parentum honores collocando fœdus; & societatē inière.

1 In diuinâ primùm quondàm ★ Hebræâ Rep. filios dignitatum successores haberi, invaluit consuetudo. Ostendunt Sigonius *de Rep. Hebræor. Libr. 7. Cap. 4.*

Marquez *en el Gobern. Christ. Lib.* 2. *Cap.* 3. Rangolius *in* 1. *Reg. Cap.* 8. *Vers.* 1. Pizarrus *in Vit. Ferdin. Cap.* 1. *Obs.* 2.

2 Id maximè * Romanis observatum esse demonstrãt tot Iuris decisiones, quibus expressiori iã voce ad distincta munera liberi citantur: in quas sæpiùs hôc in
3 opere sparsas incideris. * Et quod senatoria proles gentili felicitate honorem sortiretur, ê retrò quoque actis constat. Cùm vt celeriùs senatui adsuescerent nati ex Senatoribus, ius cum parentibus introëundi Curiam habuere quondàm. Vidisti *sup. Par.* 1. *Cap.* 11. *Numer.* 11. & quòd Augustus ante ætatem, & honores in Senatum allegeret; *Cap.* 7. *Nu.* 14. *& hac* 2. *Part. Capit.* 10. *Num.* 17. Pancirolus *Lib.* 2. *Variar. Cap.* 8. * Sed iu
4 vat rem ab origine revocare: faxo videris apertè, sub Reip. illius ortum, & progressum, illam nullis extra filios Senatorum patére potuisse.

5 Nascente Romano Imperio * Romulus Senato-
6 res, C. instituit; quorum consilio Rēp. administraret. * Ictis deindè fœderibus cum Sabinis, Tatioque Rege in civitatem adsumpto, æquali spicilegio C. alios, vt ducentis Patrum numerus clauderetur. * Eorum fi-
7 lios *Patricios*, reliquas verò Romæ familias inferioris fortunæ homines *Plebeios* nominavit. * Eodem insti-
8 tuto Patricij soli Senatum sacra, & cætera publica, vrbanaque habuere; plebe honoribus prorsùs ieiunâ. Livius *Lib.* 1. Dionysius *Lib.* 2. Plutarchus *in Romulo*, Alexander ab Alexander *Gen. Dier. Lib.* 5. *Cap.* 18. Sigonius *de Antiq. Iur. civ. Rom. Libr.* 1. *Cap.* 7. Rivallius *in Histor. Iur. civ. Lib.* 2. *Num.* 78. Remirez *de Leg. Reg.* § 27. *Num.* 25. Amaya *in L. Curialibus* 66. *Cap.* 1. *Numer.* 48. *C. de Decur.* * Hucusquè vt in munera filij Se-
9 natorum, prætereà nulli succedere potuerint, vides; quandoquidē Patriciorum tantùm ratio habita est, filijque duntaxàt habiti Patricij.

Stetit Senatorum numerus bicentesimus adus-
10 que Tarquinium, * qui popularis amoris venator cē-
tenam quoque summam, CCC. impleturus in Sena-
tum adlêgit. Halicarnasæus, *vbi proximè*; Bulengerus
de Imper. Roman. Lib. 3. *Cap.* 1. Stephanus Pighius *Lib.*
1. *Ann. P. R. C.* 138. Borrellus *de Reg. Cathol. Præst. Cap.*
11 74. *Num.* 136. * Quorum progenies, *Minorum gen-
tium Patricij* dicti, quæ vox pro discriminali fuit; hæc
inter Reip. capita; Romulei enim vestusti, *Maiorum gē-
tium Patricij* vocabantur, Lipsius *ad Tacit. Lib.* 11. *An-
nal.* Rosinus *Lib.* 2. *Antiq. Cap.* 7. Gruterus *ad Livium
Lib.* 1. Revardus *Lib.* 3. *Coniectan. Cap.* 7.

In eas tantùm stirpes Senatorium apicem deriva-
tum certò liquet. * Etenim L. Brutus Regibus exactis
12 Protoconsul, imminutas Superbi tyrannide Patricio-
rum familias reperiens, vt Senatum reficeret, CLXIV.
13 seiunxit de plebe, in ordinemque adscivit; * qui *Patres
Conscripti* appellati sunt. Gulielmus Canterus *Novar.
Lect. Lib.* 2. *Cap.* 24. non suffecturus eos, si maiorū, vel
minorum gentium Patricium copia suppeteret: vt Si-
gonius *vbi nupèr* attestatur ex Fexto:

14 Hi, * priusquàm Senatu fungerentur, Patricij fa-
cti sunt, vt evincunt authores relati: Quod vtique
15 ideo fieri oportuit; * quia tunc temporum nemini
fas erat Senatum capessere, nisi Patricio: Quidquid in
hoc theorema nonnulli frustrà velitentur; inter quos
Baronius *in Annot. ad Martyrolog.* XXVII. *Aug.* &
Duarenus *in Titul. de Senatorib. Capit.* 1. ex Suetonio *in
Octav. Cap.* 1. de Octaviâ familiâ referente: *Ea gens à
Tarquinio Prisco inter Romanas gentes allecta in Senatum;
16 mox à Servio Tullio in Patricias traducta.* * Vt non mi-
rer, qui literam synceram credidit, eum fefellisse sen-
tentiam. Sed locum vitiatum consentiunt critici, Le-
vinus Torrentius, Sigonius *vbi sup.* & Paulus Manu-
tius *in Comment. ad Epist. Cicer. Lib.* 9. *Epistol.* 21. *ad Pa*

tum.expungentes ea verba *in Senatum*. Vt sensus sit(& planè purus, putus)Octaviam gentem, quæ Veliterna esset, à Tarquinio primùm civitate donatam, à Servio posteà in Patricium ordinem insignitam. *Itaque nunquàm dubitavi, quin verba illa in Senatum inducenda sint, vt planè veritati repugnantia; nam si allecta esset in Senatũ, quò tempore Senatus constabat è Patricijs: quid oportuit subiungere, à Servio Tullio in Patricias traducta*. Hæc verba, concipiente Manutio, dixerim.

Viden? vt in antiquà illà Rep. cæteris anhelato typo, Senatorum liberis in patrium gradum succedere, reliquisque antecellere dignitatibus necessum fuerit?
17 * Quam in honoribus præripiendis prærogativam, vt inspectà origine extraneis quibuslibet præstarent, nũquam non posteà prævaluisse scribit eruditè Savarus
18 *ad illud Sidonij Lib. 1. Epistol. 6. Senatorij seminis homo*. * An proindè idem etiam observari voluit Platea? *in L. In successione 48. C. de Decurion. Lib. 10.* dum ait: *Quod si pater, qui est de Consilio decedat, quòd filius subrogetur.*

Alijs etiam super honoribus alia non ægrè conglobarem: Quatenùs hi verterentur intra filios, & ipsis at-
19 tracti cederent ostensurus: * Vt Consularis dignitas, quæ Regiam excepit per successiones prolaberetur,
20 vocabanturque * familiæ *Consulares* illæ, quas iam cõtigisset Consulatus, & ad quam proindè gentem strictiùs fasces ijdem spectabãt. Horsùm Cicero *de Petit. Consul. Eos*(inquit)*qui Consularibus familijs nati, locum maiorum consecuti non sunt, suspicor tibi, ni admodùm te amant, invidere.*

21 Hoc * & ad suprema gubernacula tritum publicæ gratitudinis genus fuit, meritis parentibus filiorũ eadem ornamenta rependere. De Claudio narrat Trebellius: *Talis in Rep. fuit, vt eius stirpem ad Imperium summi Principes eligerent*. Sed in quam Iliada labor? In

ex-

exempla assecutorum loca paterna, & quàm multis profuerint ad Remp. inter Romulidas patria gesta? Breviùs scribo, quàm vt omnilegus fastis referciar, & nominibus Romanorum, tomento inani, opus extuberet.

22 Quapropter vt ab Vrbe ad Provincias, levibusque vestigijs iturus, egrediar: Longobardi * Principum, Moderatorumque filios incunabulis etiam non excedentes, Principes sibi, & Moderatores præponebant. Tradit Baldus *in L. Fin. Num.* 3. *C. de Testam. milit.*

23 Siciliæ * officia decessorum patrum filijs concedi solita, Mastrillus *de Magistrat. Libr.* 1. *Capit.* 28. *Numer.* 3.

24 Venetijs * eos solùm, qui ex primis vrbis conditoribus provenere, ingressu ad munera potiri, ex Machiavello *Lib.* 1. *Disc. de Rep. Cap.* 6. Osualdus *ad Don. Lib.* 24. *Comm. Cap.* 22. *Lit. R.*

25 Et vniversìm, * Apud Italos plerisque in locis de mortuo potestate (nostris Prætoribus respondet) filij succedunt, & quod temporis imperij residuum erat, adimplent. Mastrillus *vbi nuper Num.* 9.

26 Moris idem * plenæ successionis increbuisse Lusitanis, testis erit Valascus *Consult.* 129. *Num.* 13. Iuxta Legem Lusitanam *Titul.* 9. §. 6. *Libr.* 1. id sancientem. Mendez de Castro *in Prax. Lusitan. Lib.* 1. *Cap.* 2. *Num.* 9.

27 Ne desideres * quod de Atheniensibus referri vidi, solitos paterna loca filijs impendere Lege Solonis Pericli memorata *in Orat. Funeb.* Apud Thucydidem 2. *de Bell. Pelop.* Lex enim Solonis de quâ *sup.* memini super filijs cadentium in acie de publico alendis, nil in rem haber, nil præterea Pericles, quem avidè legi. Peccavit inscitia qui primus illi tribuit, incuriâ, qui absque alio examine ivere in sententiam. Est qui eundem

Gal-

Gallis morem adscribat, adducto in auctorem Tiraquello *de Nobilit.* qui etiam immunis testimonij est, ni me quæritante delituit. Nescioquid imprecer infidelibus citatoribus, queis mirè patimur, quærendo nō inventuri. Sed latius, & antiquius malum mihi est, quā vt nunc irascar.

Demùm * apud nostrates idem in desuetudinem
28 nō abijsse, si quid leges possunt, multis comprobatur. *L.10. Titul.5. Lib.5. Recopilat. L.10. Titul.4. Lib.6. Recopilat. L.2. Tit.4. Lib.7. Recopilat. & Argum. Text. in L.1. & 7. Titul.27. Partit.2.* Quod generalitèr sub D. Philippo II. invaluisse refert Mastrillus *vbi sup.* ex Francisco de Ponte *Decis.27.*

Scimus saltèm, * quà Hispanum patet Imperium,
29 Ducibus, Arciumve Præfectis obeuntibus, Vicarios interregni (dum alij designati defuerint) esse. Multos aliàs in plenas, solidasque parentum administrationes succedere prospeximus inrarò. Coævis exemplis convestire operosus fuit Villaveta: Sed quid, quæ omnes, alij alia, non sumus obliti, commemorem? aut Regios gratiarum catalogos dictantes excipiam?

Quid plura? * Iace oculos in totam retrò antiqui-
30 tatis abyssum; comperies, quemadmodùm vnius viri scelere, aut errore, regna in alias transiere familias, sic vnius virtute in eàdem continuata esse. Sanè Imperia, sceptra primitèr suffragijs collata, quà in successionem, prætcrquàm per quorundam singularia gesta devenere? Tute singula memento. Et mihi notatū dignissimum est, quòd & in eis Regnis, quæ dies adusque nostros Regum electionem obstinarunt, vt Sarmatico, & Danico, vulgò *Polonia*; & *Dinamarca* minimè fugi potuisse, quin propter colendam Regum optimorum memoriam, etiam sæcula, per posteritatem Regium diadema decurreret. Testor Iacloniam gentem, gratissimum Polonis nomen. Quod post Magni Si-

gismundi obitum in Annā residuum, curavit Resp. vt coniugio locatā, Regiē novâ stirpe adsumpto, conservaretur. Quidne tot super Imperatoris Germanici eligendi canonibus, evictum est; ne Austriadarum celsissima merita Aquilas inseverint familiæ? Quin æternæ virtutes iure optimo Imperiali stemmate, vt sperat Orbis, in Austriacis æternabunt. A sceptrisque si descendas, inferiora etiam decora Dynastiæ, Dominatus, honorisque Tituli, & primæ nobilitatis ornamenta, olìm temporaria; aut personalia, idem perennitatis, per patria merita; principium sibi contigisse; non diffitentur.




CAP. XXIV.

Inidonei paterno muneri filij alitèr promunerandi.

SVMMARIVM.

1. *Probatur* ex L. Nost:
2. Ex Text. Novel. 35:
3: *Et ex dictis hucusque.*
4. *Pro succedendo paterno muneri ratiuncula appendices.*
5. *Quia filij præcoquè se ad honores præformabunt.*
6. *Principem observabūt potissimi.*
7. *Munerigena sunt.*
8. *Non cedet iustitia Dynastis conciliandis in filios.*
9. *Sanctitatis regentium publicum testimoniū subsistent.*
10. *Honori, & gaudio collegis erunt.*
11. *Pro aliqualitèr munerandis probatiuncula.*



VEREOR ne remunerationis hucusque sermonem vsurpatum capias aure tam rigidâ, vt de solo patrio munere intelligas. Ergo ne verba sine animô prehendas, non patriæ dignitati remunerationem defixi. Eos quidem honores filio idoneo confovi, placent, dictisque consonant, & prorsùs amicantur. At si aliâ non impari viâ res succedat, nec ratio, nec maiores, nec Charites, nec filij conquerentur. Quòd si nec patrijs, nec similibus filius aptus sit, inferiori respondebit. Accommodetur isthic illicò de præmiô. Multæ in Reip. domô mansiones inveniûtur, vt multi personis in ipsis gradus. Muneribus publicis dispatium inter sese contingit harmonia, generi quoque hominum inter se dotium symmetria, & vtraque paritèr mutuò sibi concentu respondent. Quòd si nullis omninò gubernaculis progenies nostra videatur ingerenda; non adeò classis alius bona, dona-

que defecere, queis in opus gratia fluat. Hinc certè parentum meritis satisfiat. Verbo vno: Vndè primùm omninò licuerit, omne illud, cuiuscuius non incapaces benemeritorum natos panxit natura, pro muneratonis ergo conferri oportet; sin minùs de paternis honoribus munificentia condeceat, de alijs diversis non abhorrentibus. Comprobant eleganter Petrus Gregorius *de Rep. Lib. 4. Cap. 6. Num. 3.* Iacobus Tapia *de Tripl. bon. Lib. 3. Fol. 384. Columin. 1.* Marquez *en el Gobernad. Christian. Lib. 2. Cap. 3. in Fin.* Scribanius *in Polit. Lib. 1, Cap. 28.* Menochius *in Polit. ex sacr. Script. Lib. 3. Cap. 16. Num 5.* Lara *de Vit. Homin. Cap. 16. Num. 5.* Pizarrus *in Vit. Ferdinan. Cap. 1. Observ. 2.* Nosterque Villaveta ex Bellugà *in Specul. Princip. Rubr. 26. in Princ. Num. 9.*

1 Textus * ipse noster probationi sit, vbi eminentiori administrationi officialium nati non crediti sufficiẽtes, in Biarchiam sufficiuntur.

2 Sustentat quoque sententiam * *Novel. 35. de Adiut. Quæst.* associata textibus *in L. Vnicuique 7. L. Si quis in sacris 11. C. de Proxim sacr. Lib. 12. L. Omnimodò 30. §. Vltim. C. de Inoffic. testam.* Quibus in iuribus, & in liberos Adiutoru m Quæstoris militia traijcitur, & si forsàn inepti officium non perceperint, C. solidos pro solatio, & compensatione percipiunt. Iuxta Cuiacium, & Gothofredum *in D. Novel.* cum Pancirolo *in Notit. Orient. Cap. 72.*

3 Paulum hîc sudoris ponendum videtur, si non incassùm hucusquè fuimus inter scriptores. * Nam si paterna munera gestis paternis evicta sunt; ecquis dubius fieri posit, alioquì aliter filiorum remunerationem resarciendam? Idem istud ædificatur omnibus, quæ iecimus fundamentis, & æquali cum elaboratis, firmitudinis, fastigij ordine crescunt. Nam quæcunque patriam merendi vim attollunt, fi-

lialemque horrent repulsam, aliquacunque ratione, vtut sit, retribuendam persuadent. Tu multa in mentem reduc. Ast ego, quandò pro meâ causâ dicenti aqua iam penè tota decurrit, tumultuariâ peroratione, colores nescio quos superaddam; non validissima porrò argumenta, si milites palantes, errantesque aggrediare singulos; at si exercitui anteriori confusos, non imbellia. Eaque sunt aurium ingenia, vt quandoquè ijs capiantur rationibus, quæ penes alios despicatui habentur. Has fortè liceret omittere in superiorum virtute contentas, & quæ vno ferè, aut alterô, suis locis additô elemento, iamdudùm haberentur pro explicitis. Nolui tamen, aut ornaturos, aut nova differta-
4 turos, qualiquali subsidio non prævertere. * Primùm de commodis in paterna munera succedēdi pauca subiungam.

5 Et sanè * non ignorantes Senatorum filij, quibus honoribus servarentur, iam indè à pueris, se in Senatorias virtutes componerent; teneros annos agerent, iuventutis expertes; illiusque licentiam ætatis, florendi luxuriem, & laxæ vitæ amœnitatem, quâ publicè gloriantur alij, depascere gauderent. Qualis mox coaleret Senatus ex eis, quibus nunquā abfuisset morū senectus, ex Senatoribus, antequàm fierent? quám decentèr sub hæc præludia caderet dignitas!

6 Prætereà * nullus Principi obstrictior, fidelior, amantior; nullus illius decus, iussa, patrimonium, gnaviùs, synceriùs, & chariùs curet, quàm ex ministris ille, qui non solùm suo nomine, sed patris quoque Principi gratias habet: quàm ille, qui non modò sese, verùm & maiorum gloriam, fortunas, & splendorem illi refert accepta. Dulce menti simulacrum, benemeritus de parente. Qui nobis solùm tribuuntur honores, nescio quî quanquam non ingrati simus, tamen nobis merentibus tribuimus, animo susurrat in aurem

latenter superbia quædam, proprijs virtutibus partum esse, quod adipiscimur. Cùm verò dilectissimi parentis patronus ipsiusque benefaciẽdo parens occurrit; subitâ, suavissimâ, & aliarũ cogitationum experte gratitudine, ad benefactoris pedes cor effusum procumbit. Nec iam tantum filij, quantum ipsius Principis videtur interesse, quod petimus. Quandoquidèm ipse potissimùm Monarcha ex addictis; obstrictis; fidisque ministris lucrum capit. Quosnam potissimùm suis rebus immisceat, non Rex dicam, sed tyrannus, nisi fidissimi cuiusque clientis familiam? In hôc intestino bellô, quod vniversas exercet Resp. virtutum, & vitiorum inter se, horum partes perditis de populô, illarum verò magistratibus sequentibus. Vndè potiùs factio regentium militem conscribet, quàm de partialium domibus?

7 Age: * Si exoticis in Rep. gerendâ præferuntur regno nati (quod latiùs agere, & polire non lubet) quantò præ indigenis filij administrationi propinqui sunt; quantò indigenâ proprior munerigena?

8 Adde: * Qui tribunalia tractant non cedent primoribus, potentioribusque viris, quatenùs sua scepta lenent, iustitiamque per flexuosos calles, quà reguli ducit arbitrium, tandem deflectant. Aliàs enim porrò non demirer, si iudex indulgeat potentiori, quò liberis aliquandò superstitibus auctoramento sit. At si domesticum speraret successorem, vnum Principẽ patronum adfectasset.

9 Nil * excogitari valet, populo corrigendo potentius, & aptius, quàm publica, perennis, evidensque scientia, & testimonium, spectatissimas quasque virtutes, & vitæ integritatem in moderatoris consessibus inveniri. Quod bonâ ex parte cõtingat, si propter decessorum merita, præsentes collocatos prospectemus, & præsentiũ virtutes ostẽdant securi nepotes.

Postremò certum erit compendij genus eiusmodi remunerationem in filios operari: Eodem siquidem munere vtrique merenti genitori, & genito fiet satis;
10 * Imò reliqui alij collegæ eodem indiviso præmiô mulcebuntur; qui non dubito quin inter suorum laborum mercedes reponant, quòd collegæ, olimque necessarij filio tantum tribuendum Princeps putet, vt in clarissimum ordinem assumat, tantusque honos parentis dignitati, ac proinde ipsi toti ordini deferat. Quid ergo prohibet, quò minus gravissimo cõventui lætus dies accidat; cùm ingenti bonorum gaudio, notis sedibus sanguis iuncto calore refulgeat, mutuaque gratulatione, queis bonas artes industria, liberosque superi concessere, eundem aliquando præmij splendorem suis domibus eventurum expectent?

Et hæc, si patri succedere satis digna proles existat.
11 * Sinminùs, genitore impetrante, non irremuneratum filium abire necessum est: Haud equidem ineptissimis opima præmia præscribantur,
12 * sed ita compensatio adsit, vt notando excessu, vltra id, quod à sese meretur, gratia fiat. In his etenim (vt Demosthenes orabat *Orat. in Leptinem,* cuius pluribus periodis, quia nostro themati intimus est in omnibus, quæ decerpse ro, abhinc dicenda cõspergã) præstat prodigã, quã avarã apparere Rep. *Prius illud longè præstare cõperietis. Quãobrem? Quia dum honoratis plures, quàm decuerat, multi ad benefaciendum vobis invitantur. Si verò adversùs neminem, etiamsi mereatur, liberalitate vtemini; omnes deterrebitis à studio benè de vobis merendi. Præterea qui indigno alicui honorem habent, fortassis vt simplices reprehenduntur: Qui autem benemeritis parem gratiam non referunt, ingrati animi crimen incurrunt. Quantò igitur simplicem, quàm ingratum videri præstat, tantò etiam præstabilius est hanc legem abrogari, quàm perferri.*

13 Et licèt * liberi comperirentur prorsus inutiles; At vt suâ etiam remuneratione accepti, demonstrent virtutis paternæ rationem haberi, vtilissimi sunt: minimè dando prosunt; accipiendo maximè. Indigni sint, quantuncunque contendat; verum, aut calumnia; sed à benemerito provenere; id satis videri oportet. Idcircò enim parens gestis excelluit, vt & in filio inidoneo mercedem sortiretur. Eccè inevitandum bebeneficij accepti onus: *Apud omnes enim homines vsitatum est, propter benemeritos, etiam alios quosdam, quorū nullus vsus est, afficere beneficijs.*

14 Optimi * plerunquè magistratus pro eâ, quâ sunt animi moderatione, modestiâ, & sui æstimatione demissâ, dum in vivis agunt, illud pro suis expetere à Principe non audent, quò interim alij minùs verecundo prolis amore suam gentem exornant. Tacito solùm clamore se domumque suam regiæ munificentiæ commendant. Tantò igitur strictiùs Princeps natis opitulari debet, quantò minùs parens ad importunam improbitatem confugit. Quid iustius, quid humanius. Imò quid divinius, quàm omnigena commoda, desideria, bonaque penitùs curare, promovere, & insignire, illius nempe, qui ea omnia prætermisit, & dominicæ relinquens providentiæ, vnà herilis obsequij ambitione, & amore pavit animum?

15 Nonne * bonusquisque civis suam verti existimationem putat in familiarium, in servorum prolis fortunâ? Nemo est, cui aliqua eniteat morum nobilitas, qui familiæ suæ sobolem protegere non gaudeat, & quotiès eorum dignitatulam amicorum ope, aliave semitâ, se offerat augendi occasio, non inter gloriosa collocet, si vota servienti consequatur. At profectò veram Reip. Regi seruiunt Magistratus servitutem; ac verè proindè eorum prolis decora Principem decorabunt, offuscabit abiectio. Sed quid ad honesta recurrimus?

Quod

Quod minùs suadeat honor, suadet amor. Vel arbusculũ in nostro natum pomario dulciori oculo intuemur, & grandescere delectamur, ortum in domùs angello catulum, hinnulum, aviculam amamus; suoque in obsequio natos nõ amet, non augeat Resp.? Nisi felicius est servire privato, aut minoris momẽti Magistratus præstat officia.

16 Miseratione *saltèm ad ferendam opem ferri debet Principum animus. Cùm nulla sit hominum sors, qui vastiori fortunæ hiatu intercipiantur, obeunte parente, quàm civilium istiusmodi liberi, cuiusmodi familiarum claritas, cùm non vetustâ gentilitatis potentiâ potissimùm constet, sed vnius hominis peculiari celsitudine, vno haustu mors omnia consumit. Scipioni, & Catoni singularis erat honestas, etiamsi nullis honoribus claruissent; quòd in tantâ familiâ nati essent, Ciceronis filius, si parenti non respondeat, humi iacebit. Porriget ergo manum Resp. ni elevet, ni tueatur, obnoxium deseret improborum invidiæ, qui quõdàm in parentis integritatem incidentes, nunc potestate in liberos factâ, querelis petunt corda despumare. Quod illa eò enixiùs avertat, opportunum est, quò pater ob bonum publicum illorum aversionem contraxit.

17 Siquidem, * dum ille agebat inter vivos, si fortè decentes filijs donationes petijsset, non fuisset repulsus; nec eodem vitâ functo, filios repellere consentaneum est. Ne indigna oboriatur suspicio; & tunc cùm viventes præmiò afficiuntur, non id syncerâ liberalitate, gratove à corde procedere, sed mercenariâ ratione, quia nempe tunc illius viri officia remuneranti prosunt, & profutura sperantur, donis hominem conservari, & in posterum emi. Vt verò fructuum spes cũ obitu aruit, ipsi quoque propagini siccari beneficiorũ fontem. Vt nunc inserviant ferventiùs, spe multâ inesca-

cari. Simulàc ereptus cessat ab officiô, cùm munificentiâ potissimùm opus erat, domus desolata deseritur: Itane callidè, subdolè agi veniet in suspicionem.

18 Validiùs * eiusmodi remuneratio parentum in filijs indè statuitur: Quoniam sæpè præmia in quosq; rectissimos gubernatores collocanda extremus præoccupat dies, perindeque vrget æquitas, vt debita, nec soluta hæredibus rependantur. Humanos animos mortis expertes, alteriusq; rerum post mortem statum; & vitam secundam; ideo naturalis Theologia constituit; quia cùm rectè vnquàm facta, indonata perire non possint, & plures pientissimè viventes nullo intinctos præmiô labores exantlarint, ad æternam Numinis providentiam pertinet, aliam reposuisse mundi faciem, vbì iustis tandem condigna ærumnarum merces accumuletur. Sic ne virtutes egregiæ, pro dignitatè dum vixere non muneratæ, improvidam Remp. accusent, suam etiam optimi vitam alteram in posteris colendis sortiantur. Sublatum præmiorũ creditorem laudibus oneras, nec filios præmijs? facilè tuę Reip: providentiam negavero.

19 Quid? ille obijt causaris; * iam à rependendâ gratiâ Principem solvit. Anne filij etiam omnes decessere? Imò supersunt. Cur ergo, nisi vt illarum virtutum vectigalia metant? quin vt virtutibus ipsis durantibus negotientur? Moriuntur enim Heroës. *At* (vt superius Demosthenes) *res gestæ adhùc extant, postquàm semel gestæ sunt.*

Nunquàm stygias fertur ad vmbras
Inclita virtus——

20 Sed * & ipsius Reip. fama periclitatur, cuius suprema capita pessimo rumore vulgus proscindet. Minimè publicam salutem, bonum commune cordi, aut curæ Principum esse. *Nam quemadmodùm is, qui atro-*

cissimas pœnas malefactis constituit, nihil malè facturus esse videtur: sic eum, qui benemeritorum honores tollit, nō eò animò esse credi, vt Reip. benefacere studeat.

21 Vt ab his cessem, * si gratiâ quâquam rerum gubernatores digni existunt, filijs potissimùm reponenda videtur. Quare? Illorum nempe administratio, quandiù vivunt, humani arbitrij casibus obnoxia, an laudem perpetuam meritura sit, non innotescit omninò. Donèc absoluatur, optimam prorsùs fuisse, non constat. In fine (qui simùl plerunquè vitæ solet esse) perficitur. Cùm primùm igitur gubernatio terminatur, remuneratio in debito esse incipit. *Commoda Primilatús,* (exempli gratiâ) *post administrationem incipiunt deberi.* Valerianus, Gallienusque pronunciarunt *in L. 1. C. de Primipilo Lib.* 12. Qualitèr ergo tunc primùm debitum incipiat, nec incipiat remuneratio? & qualitèr remuneratio, nisi per liberos?

Et iam probando defessus sum: adhùc tamē plura qualiacunque darem, nisi tu paritèr legendo defessus esses, si fortè legisti.

22 Hôc locô * iterùm monere occurrit, quod iampridèm *sup. in Rubr. Cap. 4. in fin.* præmonui. Ea omnia, quæ togatorum Magistratuum, similitèr militarium posteris favere. Res ipsa sese clarissimè commostrat, quis dubitet? Imò quæ pace, bellò robustiùs vrgent; quandò pleraque pro bellicis adduci solita, pro civilibus induimus. Quamobrèm, etsi textus verborum facie Martium tractatum potiori iure poscere videretur; consultò tamen in togâ sedem feci, vt si huic illuxisset, illi meridies fieret, cùm â pace ad bellum facilis sit inferendi ratio; econtrariò non adeò proclivis. Quanvìs enim in bellicis fusi essemus, desiderari tamē posset de civilibus disceptatio; nunc verò quis est, qui requirat? Quid enim pro ducibus opportunius pro-

pugnari potuit, quàm visum imbecillius latus ita repa rasse, & munivisse?


23 Alioquì * quisnam vitam Marti prostituat, nisi ad filios spectet remuneratio? Ausus tanti, nisi eiusmodi præmiò, quidquid aliud offerretur, non gignũtur. Humani animi magnitudo, quidquid illi bona obtuleris, cum vitâ nempe peritura, non satiatur: Solâ æternitate pascitur æternus ipse: & cùm posteritatis claritas, propagatioque nominis, vna sit æternitas nobis mortalibus sub cœlo relicta, hâc solâ capiuntur ingentes animi. Si filij militarium indonandi sint, maximum omnium facinus, apud hostes intercidere, manet absque præmiò: & si mansurum non sit, quodnam aptius vitæ amissæ, quàm vita liberis successoribus propagata. Non tam validè sanguis innocens pro vindictâ clamat, quàm effusus in bellò pro remuneratione. Nequeunt plagæ illæ politicè sanari, ni posteris honores

24 pateant in medelam. * Quid sanctius, quàm eius filium honestare, qui, ne filij alij parentes amitterent, ipse parentis sui fecit iacturam? *Quin ea quoque de causa iniquè ageretur* (dicebat Demosthenes idem) *cum Chabriæ filio, si donò spoliabitur: quòd cùm sæpè duxerit exercitum Chabrias, propter eum neminis vestrum filius pupillus factus est: ipse verò in prima ætate patre orbatus est*. Quarè, si (quod ratio avertat) ductorum progeniei, munerum immineat avara manus, demoliantur tropæa; triumphorum reliquiæ, vestigiaque omnia victoriatũ. Imò penitùs ab hominum mentibus invictorum memoria eradi curetur. Dum enim quosdam vicisse constet, pugnasse, aut pugnando oppetijsse, nec gratia posteris, tributa liqueat, actum de re bellicâ est. Sed quorsùm feralia, cùm ferè omnes totius terrarum orbis clarissimas gentilitates â militaribus gestis oriundas non ignoremus?

Denique in tantum Resp. adstrictæ sunt promeri-

torum pace, bellove posteritatem insectari beneficijs, & semèl egregià civiũ operâ Principes vsos onus istud, adeo naturale sequitur, & inevitabile; vt nõ defuerint, qui oportere dixerint, improles esse magistratus, & infœcundos congruere, ne Principes obnoxij, & oppignerati liberis eorum maneant. * Regijs Consilijs Ec-
25 clesiasticos homines non deesse adprobavit Navarrete *in Discurs. Politic.* 29. Queis scilicet, inter alia, fato interceptis, meritorum linea, officiorumque gratia
26 simùl cum ipsis terminatur. * Militarem autem Imperatorem filiorum patrem Melus detrectat *in Polit. Milit. Monit.* 4. Vt Principem à posteritate muneranda deobliget. Iuxta quorum auctorum sensum necessariũ est, aut steriles viros egregios fieri, aut filios muneribus, & honoribus condonare. Nisi hæc cõferendi animus sit, & Patres Conscriptos, patres esse nõ decet, & Mars, vt vicinus planeta devoret filios, Martisque sacris intenti ad Cybelem deficiant.

Iam, quod possum, & superest; virtuti, & bonis arti bus congratulor, in ea tempora, & Remp. incidisse, vbi nulla meritorum particula perit, nulli patria virtus, & gloria oneri est, nisi Principi; huic autem oneri suavi. Ipsique quoque Reip. gratulor, sanctumque aphorismum conservaturam, & promoturam spero; vt hinc etiam Imperij nostri felicitatem, & virtutes cognoscant exteri. Nam, vt ait nuperis omnibus familiaris Demosthenes, felix Resp. *Tanta est eius in remunerando liberalitas, & magnificentia: sunt autem hæc universa iustitia, virtutis, magnanimitatis indicia.*




CAP. XXV.

An prometitorum filijs ad remunerationem à Principe vendicandam detur actio?

SVMMARIVM.

1. *Remuneratio ex decentia, & æquitate.*
2. *Emphyteusis renovatio a filijs vltimi possessoris vindicabilis.*
3. *Obligatio antidoralis strictior in Principe.*
4. *Vt circa contractus.*
5. *Mutuæ quippe fidei vindice.*
6. *Eius contractus qui vim legis obtineant.*
7. *Æquitati adstrictiores pactum nudum efficaciter obligat.*
8. *Restitutionē ex distributivà nasci.*
9. *Illiusque actum esse.*
10. *Munerandi filios cōsuetudo.*
11. *Debitum gignit.*
12. *Et pactum implicitum.*



OPERIS nostri quæstio hæc appendix esto. De quâ nonnihil non scribere integritati licitum non esse mihi persuasi. Qui enim tot capitibus nostræ genti rependendum proposui, agerem inconditè nisi obligationem exactiori trutinà perpenderem. Nec filij, moneo, me recantaturum vereantur, vt quod hucusquè favi, vnà sententià diluam. Sæpiùs enim iure carere (si forsan id dicendum videatur) ius parit apud Principes potentius, dum benignitatis apèrit recursum.

Et vt ab his auspicer, quæ actionem ad vindicanda eiusmodi præmia suadent. Si ius in remunerationem non posset oriri,
1 ★ maximè quia ex æquitate, & decentiâ solùm procedit. D. Thomas 2. 2. *Quæst.* 106. *Art.* 4. *ad* 1. *&* 107. *Art.* 5. *ad* 1.
2 ★ Atquì etiam ea, quæ ex solâ æquitate, & decentiâ nascuntur foro, & iure possunt exigi, vt feudi, & emphyteusis renovatio à filijs vltimi possessoris, vt ex Bartolo, & communi DD. refert Caldas *de Renov. Emphy. Lib.* 1. *Quæst.* 8. *Num.* 2 Paritèr igitur remuneratio.

Deindè ★
3 antidoralis obligatio strictiùs, & validiùs Principem ligat, quàm privatum. Cabedus *Decis.* 36. *Num.* 11. *Part.* 2. Benedictus Ægidius *in L. Ex hoc iure, ff. de Iustit. & iur. Part.* 1. *Cap.* 10. *Num.* 68. Capycius Latro *Consult.* 38. *à Num.* 29.
4 ★ Vt circa contractus dicitur, ex ratione *L. Siquandò* 35. *C. de Inoffic. testam. L. Meminerint* 6. *C. Vnde vi,* Gratianus *Discept. Cap.* 167. *Num.* 51.
5 ★ Et quia mutuæ fidei vindex est. Petrus Gregorius *de Rep. Lib.* 8. *Capit.* 8. Zasius *in L.* 2. *§. Eodem tempore, ff. de Origin. iur.* Menchaca *Illust. Lib.* 1. *Cap.* 3. *&* 26. *à Num.* 16. *& Cap.* 45. *à Num.* 13. Remirez *de Leg.* Reg. *§.* 30. *Numer.* 39. *&* 53. Acacius *de Privileg. Iurisconf. Lib.* 3. *Cap.* 8. Magerus *de Advocat. Cap.* 13. *Num.* 148. Madera *Sing. animadv. Capit.* 35. *à Num.* 8. Larrea *Alleg.* 3. *Num.* 7. Amaya *ad L.* 2. *Numer.* 12. *C. Ne fisc. rem quam ven.* cum alijs, quos defert Hilligerus *ad Don. Libr.* 12. *Comm. Capit.* 22. *Lit. Z.*
6 ★ Adeo vt vicem legis obtineant *L. Pen. C. de Donat.* Alfanus *Num.* 469. in hoc, vt lege reclamante subsistãt, & vt quos privatus illegitimè initet, pro iustis ratis, & legitimis habeantur in Principe. Cuiacius *Lib.* 26. *Observ. Cap.* 35. Madera *Vbi proximè Num.* 1. Paritèr, inquam, ex obligatione antidorali Princeps fortiùs devincitur, quâ inibì civilem obligationem debere produci, convincitur arg. eorum, quæ notantur sub *L.*

7 *Quintus Mutius* 48. *ff. Mandati.* * Vbì Bartolus voluit, inter eos, qui æquitatem habere debent, pactô ipſo nudô actionem generari. Quamobrem Princeps, qui ante alios æquitatem ſervare conſtringitur, non naturali, ſeu antidorali obligatione merè, vt quivis privatus, ad gratiam reponendam adigetur, ſed civilis quoque neceſsitate.

Tertium argumentum efformant, quæ adduci ſolent pro ſententiâ tuente, * qui vel ſolam iuſtitiam

8 diſtributivam violet, teneri ad reſtitutionem. A quâ ſtant præter alios Salonus 2.2. *Quæſt.* 62. *Art.* 2. *Controv.* 25. *Concluſ.* 7. Vazquius *de Reſtitut.* *Cap.* 1. *Dub. Vnic. Num.* 6. Gaſpar Hurtado *de Iuſtit. & Iur. Diſp.* 2. *Diffic.* 12. Navarra *de Reſtitut. Lib. & Capit.* 2. *Numer.* 179. *& Lib. & Cap.* 1. *Num.* 15. * Vbì evincens, quòd

9 diſtributiva iuſtitia poſsit reſtitutionem operari (vt eius ſtrenuæ quidem rationes evincere videntur, præcipuè quòd compenſatio iniquæ diſtributionis nequit fieri, niſi per eiuſdem generis ſupplementum) infertur vtiquè, ligare iniuſtam diſtributionem ad compenſandum, vtì commutativæ tranſgreſsio ligat. Cū autem reſtitutionis nexus non ſubſiſtat, nec oriri valeat, niſi dum quiddam ſtrictè debitum iniuſtè negatur, vt hîc docent Auctores; liquidò deducetur ius adversùs Principem, & actio ad præmia, quæ ratione diſtributricis iuſtitiæ ipſe tenetur impendere; cuius videlicet violatæ ratione adſtringetur reſtituere.

10 Deniquè * acceptiſsima, receptiſsimaque conſuetudo radices egit benemerendi de benemeritorum ſobole: vt præter illa, quæ nos *Cap.* 22. referunt Capiblācus *Singul.* 89. Amaya *in L. Vnic. C. de Athlet. Num.* 21 Igitur iuris viâ poteſt exigi retributio: * Cùm huiuſ-

11 modi conſuetudo Principi debitum ingeneret; vt ait in rem noſtram Valaſcus *Conſult.* 129. *Num.* 13. * pro

12 miſsionemque, ſeu pactum implicitum, vel quaſi con

tra-

tractum inducat, vt inquit Pereira de Castro *Decis.* 4. *Num.* 7. cuius verba explicationis gratiâ subiungo. *Sibi enim, & successoribus homines inserunt, seminantque, vt filij, vel nepotes metant; hac spes laborem levat, vires subministrat, & exilio dulcedinem iniungit. Et licèt non adsit promissio explicita, tamen inest naturalis, & implicita, qua nascitur ex consuetudine receptâ, vt cum illò respectu subditi regibus inserviant.*




CAP. XXVI.

Principis obligatio proponitur.

SVMMARIVM.

1. *Non ligatur civilitèr.*
2. *Actio ingrati apud Medos, seu Macedones.*
3. *Antidoralis obligatio non parit actionem.*
4. *Premium lege promissum cōdictione ex lege repetitur.*
5. *Erit quoque actio, si pactum implicitum.*
6. *Officia non semper obligant ad antidora.*
7. *Vt si, quæ muneris sunt, præstes.*
8. *Alia ex Cicerone.*
9. *Secùs si maiori adfectu servias.*
10. *Servus beneficiū facere potest.*
11. *Princeps salario præstito, cæterà deobligatus.*
12. *Salarium etiam pro præmiò.*
13. *Annuum, Moderatore ad medium excedente ad hæredes transit.*
14. *Non observatur.*
15. *Absenti cum facultate, tandiù conceditur.*


ERVNTAMEN his repositis postremo capiti, ita nunc censendum assevero; * Quanquàm benè de Rep. meritis,
1 eorumque liberis Regias largitiones erogare decentissimum sit, ingentemque gloriæ segetem Principi pariat: is tamen ad id præstandum lege nullà vincitur, cùm actio nulla parentibus, dum vixerint, aut postquàm vixerint, liberis ad consequenda meritorum præmia tribuatur. Afflictis *Decis.306.Num.*13. Federicus Scotus *Lib.2.Resp.*16.*Num.*14.*Tom.*1.Pinellus *in L.*1.3. *Part.à Num.60.C.de Bon. mat.* Benedictus Ægidius *in L. Ex hòc iure, de Iust.& Iur. Part.*1. *Cap.* 10. *Numer.*
2 68. Gratitudinis istud negotium est; * Solùm autem apud Macedones iuxta Senecam 3.*de Benefic.Capit.* 6. seu Persas, Medosve, vt Lipsius ibì castigandum vult, (Vide an error omnis typographi fuerit; Medos pro Mœdis inscribere: per diphthōgum enim Macedoniæ populi sunt de quibus Plinius *Lib.*4. *Cap.* 1.) ingrati iudicium erat. Ærodius *Rer.iudic.Libr.*5.*Tit.*12.*Cap.*
3 1.& *Lib.* 6.*Titul.*8.*Cap.*29. * Quod exhibitis ab obsequijs emanat, sola quædam est antidoralis obligatio actionis infœcunda: Vt latè Bartolus explicuit *in L. Ex hòc iure* 5.*ff.de Iustit.& Iur.* Fulvius *ad Nostr. Tit. Num.*40. alios referens, multaque hòc à principio sub-
4 inferens, * vt & Ægidius *vbi proximè*. Secùs si lege quavis præmia certa quidquam facinoris perpetrànti essent præscripta, vt in Lege nostrà, & *in L.* 5.*in Fin.Titul.*27.*Partit.* 2. vbì Gregorius adnotat condictione
5 ex lege repetendum. * Altera restrictio fuerit. Si fortè pactum, aut genus quoddam implicitæ conventionis

in-

intereſſe concedendum ſit; iuxta Pereiræ doctrinam *Deciſ.*4. *Num.*4. Qualitèr cùm ſupra conſuetudinem, quæ ius remunerationis adiuvaret, civis quæquam ge ſta perficeret haud in ſupræmæ dignitatis recognitionem debita; ſed ad rerum incrementum ſpectantia, vt externos hoſtes debellare, aut novas provincias recipere. Tunc, inquam, adversùs naturalem obligationem, & conſuetudinem à præmiò reppellere, ingratitudo foret, & iniuria, retractatioque voluntatis in Principe, qui tacitè creditur promiſiſſe retributionem: aliàs civis, ſi noſſet indemni oblivione poſſe indonatum relinqui, nil vtique fuiſſet aggreſſus. Quò quidem in eventu actio, nec perperàm, nec infelicitèr tentari poteſt, ex eò auctore, cui conſonare intellige Araujo *en là L. Regia de Portugal Diſc.* 1. *Num.*38.

Non ergo generalitèr iuris vi expeti præmia poſ-
6 ſunt, * imò nedum naturalis obligationis vinculum generalitèr intercedit, ſed quandoquè ſolùm. Quandò id contingat, vt antidorali obligatione Princeps irretiatur, excurramus. * Aſſero quod auctores frequen-
7 tes. Cùm vltra ea, quæ muneris tui ratione debebas, quidquam præſtitiſti, quidquid ſupererogas illigabit; quidquid datur, quod poſſet omitti. D. Thomas 2. 2. *Quæſt.*106. *Art.*6. *in Corp.* Ripa *in L. Si vnquàm, Quæſt.* 14. *Num.*30. *C. de Revoc: don.* Fabius Annius *Conſ.* 93. *Num.* 17. *Lib.* 2. Mageтus *de Advoc. Cap.* 14. *Numer.* 348. Ponte *de Poteſtat. Proreg. Titul.* 5. *Numer.*24. Fr. Ioannes de Sancta Maria *in Rep. Chriſtian. Cap.*21. *Fol.* 242. Caſtro *de Annon. civil. Notab.* 11. *Num.* 4. Solorzanus *de Indiar. Gubern. Lib.* 2. *Cap.* 10. *Numer.* 56. & *Cap.*23. *à Num.* 102. Capycius Galeota *Reſp. Fiſc.* 23. *Num.*27. Capycius Latro *Conſult.* 38. *à Num.* 13. Stai-
8 banus Iunior *Reſol. For.* 69. *Numer.* 14. * Inter cauſas vndè à præmiò petendo iuſtè depellaris Cicero 2. *de Invent.* conſiderat: *Num iam ſatis pro eò, quod fecerit, ho*

nos habitus sit; aut num necesse fuerit ei facere id quod fecerit: aut num huiusmodi sit factum, vt nisi fecisset, supplicio dignus esset, non quia fecerit, præmio.

Cùm autem iniuncta exequi, idoneâ tantùm in-
9 tentione animi, & adfectu teneamur; * tunc etiam, cùm singulari curâ, maiori zelò, & industriâ præscriptis ipsis obsequijs incubuerimus, eum, in cuius respectum rem gerimus, nobis devincire compertum est, D. Thomas *vbi sup.* Ex his etiam, quæ tradit Tiraquellus *in L. Si vnquam, Verb. Donatione largitus, Num.* 26. & 106. * Quò pacto, vel à servò herum posse benefi-
10 ciò tractari, probatur ex Text. *in L. Etiam* 15. §. 1. *ff. de Manum. vind.* Latè Menochius *Cons.* 1003. *Numer.* 74. *& seq.* Camillus de Medicis *Cons.* 23. *Num.* 17. Disertè in his præceptor princeps Seneca 3. *de Benef. Cap.* 20. *Errat si quis existimat servitutem in totum hominem descendere. Pars melior eius excepta est; corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis; mens quidem sui iuris, quæ adeo libera, & vaga est, vt ne ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quominus impetu suo vtatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cœlestibus eat. Corpus itaque est, quod domino fortuna tradidit, hoc emit, hoc vendit: Interior illa pars mancipio dari nō potest, ab hac quidquid venit liberum est.*

Quarè * si obijcias Principem, ex quo salarium, vel
11 stipendium eroget ministris, nec gratitudinis gratiâ teneri ad vlteriora; vt Larrea *Allegat.* 56. *Numer.* 5. *
12 Nam cùm honora illa stipes, non pro merâ operâ (vti quâ humilium homulorum labores conduceremus) sed pro rectâ quoque, & probâ gerendi ratione rependatur, decus vtilitati coniungens: Hinc fit, vt laborem
13 transcendat, & superet; * vtque munus gerente morte anno mediâ sublato, integrum anno integro respōdens salarium derivetur ad hæredes, *L. Si quis in sacris* 11. *C. de Proxim. sacr. L.* 3. *C. de Agent. in reb. L. Fin. C.*

de Dom. & Protect. Lib. 12. *L.* 9. *Titul.* 8. *Partit.* 5. DD. post Bartolum *in L. Diem functo* 4. *ff. de Offic. Assess.* Antonius Faber *in Cod. Lib.* 1. *Titul.* 7. *Diffin.* 1. Besoldus *in Delibat. ex Lib.* 19. *Digestor. Quæst.* 5. Gabedus *Decis.* 8. *Part.* 1. Castro *de Annon. Civil. Not.* 4. *à Numer.* 3. cum multis. * Quod tamen extra consuetudinem nūc
14 temporis esse, ostendit ex multis Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib.* 3. *Cap. & Num.* 24. *& seq. & Lib. & Cap.* 4. *Numer.* 34. Xammarius *de Offic. Iud. & Adv.* 1. *Part.*
15 *Quæst.* 19. *Num.* 78. * Et si forsan bona venia Principis absit, temporis etiam lacunam expleat salario. Surdus *Consil.* 42. *per tot.* innumerosque aggregans Solorzanus *de Iur. mun. honor. Num.* 243.

16 Si hæc, inquam, obijcias: * si forte tanta sit merces, vt & adhibitam operam, adhibendique modum devincat, cuiuslibet vinculi immunem superesse Principem, non gravor confiteri: secùs si tenuiora fuerint stipendia. Gregorius *in L.* 2. *Titul.* 9. *Partit.* 2. *Verb. Fa*
17 *cer bien.* * Ita etiam, vt nulla in senectutem penus formicina cura reservari posit, nulla in posteritatem, adversus Text. *in L. Per hanc* 7. §. *Sexcenti, C. de Advoc.* 2. Adversusque id, quod monuere Menochius *de Arbitr. Cent.* 6. *Cas.* 514. *Num.* 10. *&* 11. Scribanius *Polit. Lib.* 1. *Cap.* 27. Mastrillus *de Magistrat. Lib.* 1. *Cap.* 21. *Numer.* 14. Larrea *Allegat.* 104. *Num.* 7. Capycius Galeota *Resp. Fiscal.* 2. *Num.* 53.

18 At si rem veracioribus oculis contemplemur, * ingentem esse opus habet stipes ista, vt civilium virorum operam supergrediatur, nedum exæquet. Præsertim si de primatum vrbes, aut castra curantium muneribus sermonem componamus. Quorum ærumnas (quidquid ambitio devoret) anxietates, metus, vigilias, molestias, & ægritudines animi, an stipendio cedant, iudicent intimi. Aptè latè Chassenæus *in Catal. Glor. mund. Part.* 1. *Consid.* 69. Ærodius *Rer. Iud. Lib.*

2. *Titul.* 9. *Cap.* 13. Bovadilla *Polit. Lib.* 1. *Cap.* 15. *à Numer.* 24. Larrea *Allegat.* 100. *per tot. præsertim Num.* 9. Solorzanus *de Ind. Guber. Lib.* 4. *Cap.* 8. *Num.* 39. Staibanus Iunior *Resol. for.* 100. *Num.* 232. Hoc expertus Cicero *Orat.* 10. *in Verr.* profitetur: *Tametsi mihi iucundissimus est honos populi; tamen nequaquàm tantum capio voluptatis, quantum sollicitudinis, & laboris*. De his dixerat Phœbus:

Deprecor hoc vnum, quod verò nomine pœna,
Non honor est: pœnam Phaëthon pro munere poscis.

Potiùs * onera, quàm beneficia dicuntur magistra-
19 tus *in L. Munerum* 18. §. *Iudicandi, ff. de Muner. & honor. L.* 1. §. *Nec Castrense, ff. de Collat. L. Continet* 3. §. 1. *& ibi* Glossa *ff. Quod met. caus. L. Divus* 18. *ff. Ad Municip.* iuxta Florentinam editionem, vbi *in continuan-*
20 *dis oneribus* habet; quod adprobat Cuiacius. * Indè *onerare* pro *honorare* apud Iustinum *Lib.* 5. *Cap.* 4. ibi: *Honoribus onerant*. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Libr.* 3. *Cap.* 24. Sancta Maria *in Rep. Christian. Cap.* 4. *Pag.* 44. Mastrillus *de Magistr. Lib.* 1. *Cap.* 30. *Num.* 21. Solorzanus *de Iurib. muner. honor. Num.* 199. Quam paranomasiam ludum non indecôrum video tritum ad satietatem, & apud Savarum *Comm. ad Sidon. Lib.* 5. *Epist.* 3. *& Lib.* 7. *ad illud Concion. Multum me honoris, quàm*
21 *oneris*. * Haud inania terriculamenta laborum abs eũdo subter Consularem sarcinam deterruere Labeonem, referente Pomponio *in L.* 2. §. *Post hunc maximè,*
22 *ff. de Orig. Iur.* * In his etiam Cato prudentissimus, qui repulsis delectabatur, quas pro inemptis honoribus habebat, vt ait Plinius. Scilicet id deerat, vt nunc dignitatum repudiatores in album conscriberem. * Plu-
23 res, & ideo forsan sanæ mentis, vt Remp. declinarent, simularunt insaniam. Novit Vlpianus *in L. Observare* 6. *ff. de Curat. furios.* & refert Larrea *Decis.* 98. *à Num.*

28. & *Alleg. Fisc.* 100. *à Num.* 18. retuleratque in libellum, cuius titulus *Por la autoridad de los ministros Pag.*
24 8. *cum seqq.* Illi, vt fallerent, fictam subiere dementiã * veram vulgus, dum fallitur; munerum contemptores iudicans dementes. Refert Horatius *Libr.* 1. *Satyr.* 6.

—Nollem mihi sumere demens
Iudicio vulgi, sanus fortasse tuo, quod
Nollem onus haud unquam solitus portare molestum.

Vulgaris obtutûs acies levíssima, primâ honorum contactâ superficie hebeiatur, nec introrsùm collimat; invident prudentes viri intranea timantur, misèrentur. Sed in vulgariora vulgô ipso vehor, ni proram obverto. Inferius itaque cùm sit oneri salarium, & inæquale meritis stipendium, reus adhùc gratiæ Princeps erit.

25 Agè: * par omninò sit obsequijs merces præscripta, numne idcircò Regi eroganti par erit merces eadem? Minimèsquin Regia obligatio nullibì obsequijs correspondet; ni superet, superior sit officijs gratia,
26 non aliter fient vtraque patria. * Apagè qui præmij, & obsequij calculatorem Principem induxeris. Non benè conveniunt maiestas, & ad vivum resecans accepti supputatio. Strenuâ benignitate dixit Theodoricus, apud Cassiodorum *Libr.* 1. cuius Epistolam 36. pro filijs remunerandis traduxi: *Vtilitas personarum bonarum debet successiône renovari: ne defectu servientium patiatur aliquod res suspensâ dispendium. Et ideo locum te iubemus Benedicti in Pedonensi civitate ex nostra auctoritate suscipere: vt omnia vigilanti ordinatione procurans, nostra gratiæ merearis augmenta. Debes enim advertere, quam vicissitudinem reddere studeamus vivis, qui mortuorum fidē non possumus oblivisci. Illud etiam pietatis nostra cõsuetudine commonemur, vt quoniam devotorum nobis memoria pro*

bata non defecit, antefati Benedicti quondam filios, qui syncera nobis cognoscitur devotione paruisse, civili facias tuitione vallari: quatenus defensionis præsentis commodò sublevati, & securitatem sibi gaudeant paterna servitia contulisse. Prosit ergo generi, quod potuit unius devotione præstari, quia maiora nos decet tribuere, quàm videamur à servientibus accepisse. Hæc æqualitas æquitas non est: Sed pars nostra iustissimè pensat, cùm reddendo plus fuerit onerata. Debet ergo Princeps gratitudinem locare trans merita. *L. Fin. C. de Offic. P. P. Afric.*

27 * Cùm divinam æmulata sua manus immensitatis solos norit cancellos, nullis lineis, claustris nullis, metis definiatur, immensitate solà mensuretur eius largitas, *Nov. 7. de Non alien. §. Sinimus*, dicente *Lib. 2. Epistol. 30.* Cassiodoro: *Nec intra regulas constitui potest munificentia regalis arctari*: Quidquid igitur impertiatur, non accipiente, sed reddente perpendat;

28 * Quid tribuendum sit dimetiatur, (vt sic dixerim) autometra; & ita retribuat, vt quæ cives præstitere, licet exilia tunc, dum in eos reflectuntur, magna fuisse credantur: fortiùs reverberatio resplendeat, validiùs resiliant in obsequentem officia repercussa, & hamata obsequia onusta revertantur. Altissimè de hàc Imperatorià virtute Plinius *in Paneg.* suum Traianum celebrat: *Quin etiam* (inquit) *perquàm modica civium merita fortunæ tuæ viribus in maius extollis; efficis enim, vt tantum tibi quisque præstitisse videatur, quantum à te recepit. Quid isti benignitati precer? Nisi vt semper obliges, obligeris; incertumque facias, vtrùm magis expediat civibus tuis debere tibi, an præstitisse.* Nec indecorè Scribanius *in Polit. Lib. 1. Cap. 13. Quisque verè Princeps Deum secutus, obsequium omne non ex pari; & inter pares, sed duplà semper remuneratione reponet, vt nihil vlli debeat, sed Principi etiam post obsequia plurimum debeat quisquis illa præstitit. Cum hoc Principe non vivere tantum, sed pro hoc mori iucundum, qui norit etiam in filijs, ac propin-*

quis pro se effusum sanguinem ampliter remunerare. Quod intendit Alfonsus Rex *in L.5. in Princ. Titul. 27. Partit.*
29 2. ★ Eam germanam Regiam virtutem coluit inter cæteras Rex optimus David, 3. *Reg. Cap.* 2. dum in mortis limine Berzellai filijs vltra id, quod à parente acceperat mandat rependi. *Filijs* (imperat Salomoni) *Berzellai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensâ tuâ: occurrerunt enim mihi, quandò fugiebam à facie Absalom fratris tui.* Vbi *gratia* in excessum donationis intendit; quasi diceret: non ita rependas, vt iusta videatur restitutio, sed ita supereroges, vt vltra æqualem compensationem, prætereà sit, quod gratuitum debeat æstimari.
30 ★ Quarè optimi Principum cùm civibus incumbentibus officio sic præmia supracumulare nequeunt, quod possunt, dolorem non excedendi, & quàm excedere oporteret, profitentur. Vt Valerianus apud Vopiscum *in Aurelian. Vellemus* (inquit) *singulis quibusque devotissimis Reip. viris multò maiora deferre compendia, quã eorum dignitas postulat, maximè vbi bonorem vita cõmendat. Debet enim quid præter dignitatem pretium esse meritorum.*

31 Horum causa est, ★ nam cùm gratitudo ex animi genio, naturalique puri, & meri motùs generosi fonte descendat, eò nobiliorem pariet effectum, quò à generosiori principio producatur: & cùm principalis animus alijs præcellat, vbertimà elicitur necessariò gratitudo. Sempèr sapit originem, & ampla radicis vestigia gerit: Ac proindè, quæ populari nato prodigalitas est, si Regios sortita esset natales, iusta liberalitas diceretur. Vt feriatur scopus, minor sufficeret impetus, sed vt ab isto potiùs brachio prodire deceret, non sufficeret. De his pasim, & vberrimè scriptores nostri, satis apud Solorzanum *de Indiar. Gubern. Libr. 2. Capit. 30. à Num. 24.* et primùm non semèl adeundi, ore omnes vno consentientes excedendum sempèr remuneratio-

ne servitium, & superandum: idque non modò Principi, *verùm & homini privato. Aristoteles 8. *Ethicor.*
32 *Cap.* 12. Neque enim à beneficij, vt à pecunię creditore redeundum: *Huic enim reddendum est quantum accepi; illi verò plus solvendum*: docente Senecâ *Lib.* 2. *Epistol.* 18.

Rei genuinã, solidãque originẽ obtulit 2. 2. *Quæst.* 106. *Art.* 6. *in Corp.* D. Thomas. *Recompensatio gratiæ respicit beneficium secundum voluntatem benefacientis. In quo quidem præcipuè hoc commendabile videtur, quòd gratis beneficium contulit, ad quòd non tenebatur: & ideò qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honestatis, vt similiter aliquid gratis impendat: nõ autem videtur gratis aliquid impendere, nisi excedat quãtitatem beneficij; quia quãdiu recompensat minus, vel æquale, non videtur facere gratis, sed reddere quod accepit: & ideo gratiæ compensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid maius retribuat.*

33 Iam verò in quæstionem minare poteris: * Num quandò naturali obligatione Princeps civi tenetur, transeat erga liberos nexus, qui fuerat erga parentes?
34 * Non videtur trãsferri: Nam cùm ex nullo iuris præcepto descendat, vel à necessitate aliquâ, quam Ius imponat, sed naturali dũ taxàt ab instinctu, nullum parit exactionis effectum. Glossa *in L. Ex hoc iure* 5. *ibique* Bartolus *Numer.* 11. *ff. de Iustit. & Iur.* Vndè cùm propria neutiquàm obligatio sit, personæque cohæreat, nequit ad filios, vel hæredes transitum moliri. Surdus *de Aliment. Titul.* 8. *Privileg.* 65. *Num.* 41. & ex pluribus propugnat Petrus Barbosa *in L. Quiatale* 13. *Numer.* 9. *ff. Solut. matrimon.* * Exploditque Andream Si-
35 culum, Socinum, & Decium tuentes privilegium simpliciter genitori, vtpotè benemerito concessum, in filios pertransire: quòd ad ipsos itidem pertransit remunerationem postulandi ius. * Pariter Alciatum *Conf.*
36 7. *Num.* 25. *Libr.* 4. tunc exactionis gratiæ transitum

ad-

admittentem, cùm tanta essent obsequia, vt perpetua ipsis commensuratio, remuneratioque cõveniret. Vincentius Annius *Allegat. 50. Num. 12.* Tunc enim sic de Principe existimari non convenit (concinnè Demosthenes *Orat. in Leptin.*) *Vt dum recentia, & in conspectu adhuc sunt beneficia, promptissimè non tantùm ipsos beneficiorum auctores, sed & eorum amicos honoret: paulò post verò etiam ea, quæ ipsis dedit, eripiat.*
37 ★ Quas quidem sententias ita coërcet Barbosa, eoque tãtùm sensu putat sustinendas, vt vel patrum merita sæpiùs in causà sint, vt quidquam denuò filijs condonetur; Vel vt è publicà re sit, quorum egregijs officijs vsa est, posteritate donis auctà, cæteros omnes ad eadem officia concitare.

Quibus admissis præmia filij reportarint, vt verbis Curtij *Lib. 5.* loquar: *Non herculè, quò tantò honore digni habeantur, sed vt aliorum solicitentur animi.*
38 ★ Cuiusmodi donationes, non tam remuneratoriæ, quàm *concitoriæ* (quæ Pennensis *in L. 1. Nu. 2. C. de Castr. omn. pal. pec. Lib. 12.* phrasis est) dici poterunt.

39 Sed ★ in hanc doctissimi Barbosæ opinionem pedibus non concedam: adhæreo communi, ad posteros irremunerata merita traducenti, quam satis vallatam, & ni fallor, securam *sup.* reliqui, *Cap. 13.* Quod ad privilegium spectat parenti concessum simplicitèr; in dubio de Principis voluntate differitur *Capit. Quanto 26. de Privileg.*
40 ★ & vbì officia carentia mercede perstiterant, conijciendus Princeps est, ad posteros quoque suam voluntatem distulisse: vt ex Alciati sententià deducitur. Quem sequuntur Cabedus *Decis. 36. Numer. 14. Lib. 2.* Tapia *ad L. Fin. de Constitut. Princip.* Fulvius *hic Num. 130.*
41 ★ Etenim non omninò cessante privilegij causà, nec illud cessare debet, argum. Text. *in L. Vnius 18. §. Si servus, ff. de Quæstion. L. Fin. ff. de Decur. cum similib.* Baldus *in L. Eam quam 13. C. de Fideicomm.*

&

& latissimè Castillo *Tom.5.Controv. 2. Part. Capit. 119. Num. 10. & Cap. 172. per tot.* præcipuè *à Num. 6.*
42 * Non quidem parens, patrem fuisse desinit, *L. Cùm scimus 22. C. de Agric. & Cens. Lib. 11.* cum adductis à Tiraquello *in L. Si vnquàm, in Præfat. Num. 15.* dum filius perdurat, per quem paterna vita continua procurrit, perpetuusque redditur sanguis, *L. Liberorum 220. ff. de Verb. Sign. L. 1. Tit. 15. Part. 2. vbi* Gregorius. Latissimè Gulielmus Benedictus *in Cap. Rainutius, Verb. Mortuo itaque testatore,* Acacius *de Privileg. par. & lib. Priv. 3. Cap. 1. Num. 23. Cap. & Nu. 2.* Turturetus *de Nobil. gentil. Lib. 1. Cap. 5.* Ergo si à Principe rem consideres, nec efficiens principium, nec finem referendæ gratiæ desideres, nec materiem, in quam nimirùm exerceatur, dum eadem quasi persona superest:
43 * Merita supersunt præmio collato non abolita. In filiorum ergo favorem prudentèr suspicandum est transcurrere privilegium, placuisse Principi, vt obligationis vinculô solveretur.

Rursùs si rem accuratiùs aliquantò mediteris, minimè Barbosa nocet, dum queis nititur, nobis innoxia
44 sunt. * Quòd enim privilegium intuitu meritorum indultum personale sit, convincet, vt plurimùm, semèl erogatum patri ad liberos idem non migrare, non verò non debere Principem, quod parenti tenebatur, compensare in filium. Vndè (quidquid de privilegio dicatur) obligatio Principis in parentem, cui satisfactum non fit, nec in ipso iam sublato possit satisfieri, suum in filio effectum sortiri debet. Eatenùs quidem personalis, quatenùs sempèr parentis personam inspicit, vt in eius duntaxát respectum præmietur: Eate-
45 nusque realis, quatenùs realis effectibus fungetur. * Eam doctrinam porrexit D. Thomas, dum non semèl citat. *Quæst. 106.* edocet remunerationem exercendam esse iuxta voluntatem, & electionem eius, cui præsta-

tur. Cùm autem cuiusque hominis animus sit filijs parare, eoque omnes increscendi cogitatus dirigat; vt latè differitur, neque ego silui: indè est; quòd semper Princeps obstrictus extitit ad reponendam gratiam, sivè in patrem ipsum, sive in filium propter patrem, ita concupientem, & quòd hôc demortuo, in filium vigeat obligatio, non tam propriè transiens, quàm perseverans. Cum eô solùm discrimine, quòd vivente patre siquidem ipsi, filiove detulisset Princeps præmium, suo debito satis fecisset, defunctô verò, ni filio retribuat, non est quî faciat satis.

46 Ex * eàdem D. Thomæ doctrinâ facilè inferre datur, posse parentem filium, quem libuerit designare, in quem sibi debita præmia collocet Princeps, vt rectè Benedictus *Ægidius in L. Ex hôc iure, ff. de Iustit. & Iur. Part. 1. Cap. 10. Num. 69.* Solorzanus *de Indiar. Guber. Lib. 2. Cap. 30. Num.* 38. Super hàc re adito Capiblancum *Sing.* 89. qui te remittet ad Georgium *in suis Rep. Feud. Cap.* 50. vbi quòd inveneris non spondeo. * Cer-
47 tior asserit Fulvius *hic Num.* 35. hanc spem præmio-
48 rum morientem testamento legare posse. * Sed ex malè inductâ *L. 5. Tit. 27. Partit.* 2. quæ de præmijs lege debitis, aut pactis solùm loquitur; quæ non ambigimus irrevocabilia esse, ab hæredibusque repetenda. *L.* 8. & 11. *Tit. 26. Partit. 2.* Suárez *in Opuscul. de Libert. divin. Disp. 2. Sect. 2. Num. 6. 7. &* 8. Fr. Ioannes Zapata *Tit. de Iustit. distrib. 1. Part. Cap. 4. Num.* 24. Spem verò præfatam legari posse, comprobat multis Gundisalvus Mendez Vasconcelos *Lib. 3. Var. iur. argument. Cap.* 8. quem pro se refert Gratianus *Discept. Cap.* 179.
49 *Num.* 24. * Quô in eventu eàdem obligatione, quâ designanti tenebatur, tenebitur designato Princeps, & iuxta D. Thomæ dogma, prout ille, in cuius respectū sit gratia, optarit, exequenda sit, eô vinculô non sol-

vetur, niſi in electum potiùs reponat: quod voluit *Ægidius vbi ſup.*

50 Nec res deſtituitur exemplis. ⋆ Areat calamus, ſi viride prætercam, & celebre. Scimus illum noſtri ſæculi maximum in paucis ducem D. Philippum à Sylvâ Cathaloniæ Proregem, bellicum Imperatorem, Statuſque Conſiliariū, in vitæ confinijs, triumphali operæ quidquid gratiæ rependendum erat, cum plenâ hæreditate teſtamento reliquiſſe, petijſſeque à ſacrâ Principis Maieſtate, vt quod officijs ſuis tribuendum putaret, in conſanguineum reponeret, D. Petrum à Sylvâ domûs inclitæ de Montemaior auream prolem, quem Philippus Monarcha invicti alterius Philippi non immemor, Marchionem de la Vega dicens, incipit ornare. O quàm ſcitè tanto heroi ſucceſſor deſignatur tantus heros! *Vterque optimus erat, dignuſque alter eligi, alter eligere.* Obſervet alius de Sylvæ geſtis puriſsimos, heroicíſque diſcriminibus exercitatiſsimos ad armorum ſceptra gradus; miram alius ambitionem honorum, & ſummum detrectantem expetentium; alius quantum à ſui enſis nutu aliquandò pependit Europa: Ego ijs aliquid quodammodò altius prædicarem, hæredis optionem, geſtorum coronam, ideo ſupremum: *Deberi quippe maximo operi hanc venerationem, vt noviſsimum eſſet.* Quid felicius, ſapientius, quàm tropæa ingignere illi, qui Apollinis deliciæ, prudentiæ obtutus, comitatis dulcedo, ingeniorum animus publicæ anhelatur ſpei; vt vna vtrinquè coaleſcens familia nil ad decorum miraculo excellendum deſideret. A Troiugenis fata ex vtroque Sylvâ æternò virore bifida frondeſcit. Pars Marti ſacra, hoſtili non temerata ferro, ſed Parcarum, ne tantâ ſub vmbrâ patria æſtivaret. Ibì trementes rugitu devovet hoſtes gentilis leo, Gallo (abeant fabulæ) non territus vnquàm. Pars alia Minervæ, Caſtalidumque choro dicata, floridiſ-

simâ culturâ, Charitibus trita, Musarumque amœnata choreis venerandę duntaxàt lucis arte sylvescit.



CAP. XXVII.

Superiùs obiecta diluuntur.

SVMMARIVM.

1. *Ab emphyteuta, & seu datarij filio renovatio apud Lusitanos extorquetur.*
2. *Extra Iuris apices.*
3. *Expensus Vlpianus.*
4. *A Principe provocari nequit.*
5 *Vera naturalis obligatio ex beneficio.*
6. *Ei satisfaciens debitũ solvit.*
7. *Nec repetendum.*
8. *Honor pro mercede.*
9 *Obligationem ex beneficio, & nudò pactò discrimen.*
10. *Restitui per distributivam non probat obligationem.*
11. *Hæc à rei distributæ naturâ vestiganda.*
12. *Non datur, vbì nec ius strictum.*
13. *Eam ex distributivâ nasci non obest.*
14. *Ius ab actibus facultativis non oritur.*
15. *Princeps ex suetâ liberalitate non obstringitur.*
16. *Concinnus Taciti locus.*
17. *Ad illiberales petitiones surdescendum.*
18. *Minora præ maioribus cur interdũ Princeps præmietur.*
19. *Facultatibus, & vitæ dominatur.*
20 *Et quæ solvit, gratuita vocat.*
21. *Aliàs liberalis fiduciam gignit, non actionem.*
22 *Confirmatur ex Virgilio.*

23. *Repulsus tamen notatur.*
24. Impetrabile *quid.*
25. *Deincèps, vt hucusquè optimorum liberi munerandi.*


VANDO antidoralis obligatio Principem teneat, percurri; rigidiorē actionem iuris præsidio munitam, forensemque præmia repetendi aditum negavi, & occlusi. Demùm, quæ pro civili debito, ad quæstionis atria pugnabant argumenta, exarmavero.

Assumptum primò; Illa etiam, quæ ex decentiâ, & honestate procedunt, exigente actione præstanda esse, verò caret. 1 * Quòd si emphyteusis, & feudi renovatio, ab arguenti allegata, posśint ab vltimi possessoris liberis iuris viâ repeti; non idcircò ad alia indè duceretur argumentum; cùm aliquid speciale sit in emphyteusi, & feudo, ratione cuius illud contingat, vtile nempe in emphyteutam, & feudatarium translatum fuisse dominium, quod agnoscunt opinionis patroni; vt tradit D. Iosephus Vela *Dissertat.* 13. *Numer.* 16. 2 * Licèt autem apud Lusitanum Senatum observari contestentur, in iuris tamen viâ minimè subsistere posse, latè probat Flores de Mena *in Addition. ad Gam. Decis.* 41. 3 * Nec textus, quô illa confidit sententia, nobis moræ cuiquam est, scilicet L. 1. §. *Permittitur, ff. de Aqu. quot. & æst.* Vlpiani quippe vocabulum illud *Iniuria*, non de iniustitiâ, reve per forum vindicandâ, vt Bartolus putat, sed de indecentiâ, vel certâ quadam incongruitate ad tribunal non deferendâ intelligitur, prout Ripa, & alij docuere. Quod penè claret, cùm de Principe sermonicetur, â quô appellari non potest. *L.* 1. *ff. A quib. appell. non lic.* Ærodius *Rer. iudic. Lib.* 10. *Tit.* 1. *Cap.* 2. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib.* 1. *Cap.* 29.

Nec

5 Nec obstat secundum: * Nam licèt acceptum beneficium naturalem obligationem progerminet; Ea etenim vna omninò est, quam iuxta æquitatis canonas dimetimur, nec antidoralem aliam esse, quàm naturalem, illiusque speciem quandam, evincit apprimè Osualdus *ad Donel. Lib. 12. Comm. Capi. 2. Litt. B. & O.* Cuius effectus, omni etiam naturali obligationi communis, est solvendi necessitas imposita naturæ præscripto; * Vt beneficio satisfaciens debitum ex solvisse dicatur, apud Senecam *Epist.* 81. & Cassiodorum *Lib.* 1. *Epist.* 42. & *Lib.* 2. *Epist.* 28. sæpè D. Thomas *D. Quæst.* 106. præcipuè *Ar.* 2. * Quarè quod remunerationis locò condonatur repetere non est; merces nempe tributa censetur. *L. Si Pater* 34. §. 1. *ff. de Don. L. Si remunerandi* 6. *in Princip. ff. Mand.* * Vbì honor mercedem significat *L.* 6. *L.* 9. *Titul.* 10. *Libr.* 5. *Recop.* Donellus *Lib.* 13. *Comm. Cap.* 10. Osualdus *ad eundem Lib.* 18. *Cap.* 3. *Litt. CC.* Cabedus *Decis.* 115. *Numer.* 5 *Lib.* 1. Carolus Tapia *ad L. Fin. ff. de Constit. Princip.* 2. *Part. Cap.* 9. *Num.* 6. Amaya *Lib.* 2. *Observ. Cap.* 6. *Numer.* 23. Solorzanus *de Ind. Gub. Lib.* 2. *Cap.* 10. *à Num.* 58. Baldaxar de Angelis *in L. Quidquid* 5. *C. de Advoc.* 1. Plures, plura è trivio pete.

6

7

8

9 Distat * verò naturalis hæc obligatio à ducēte originem ex pactô convento; Cùm hàc vltimà ad rem certam reddendam illigêre, secùs primâ. Dum eô minimè animô beneficium conferes, vt accipientem ad quiddam reddendum obstringas; satisque ille porrò fecerit, si vel re, vel operâ, vel corde memor fiat. Vt rectè Duarenus *de Oblig. & Act. Cap.* 2. Cabedus *Decis.* 36. *Nu.* 8. *Part.* 2. Longè igitur diversa ratio est, cur nudum pactum actionem producere valeat (vt argumentum ingerebat ex Bartolo *in D. L. Quintus*: quod & rescriptum est *in Cap.* 1. *de Pact.*) & civili nodô ad convētionem servandā vrgeat; & cur ad antidôra, seu

gratiam referendam vis sola naturalis æquitatis compellat. Cùm hic nulla intervenerit conventio, vtpotè neutiquàm amicanda beneficio.

Ad tertiam obiectionem: vt à Navarræ opinamẽto incipiam.
10 * Quanquã restitutio distributiuæ actus foret, non vrgeret asserere, transgressum distributivã ad reddendum illigari: Cùm ille, qui ex charitate vltimò indigenti subvenire obstrictus non subvenit, nequeat nisi per eandem charitatem virtutem illatã ope malum resarcire, quin tamen ad resarciendum, temeratá charitate teneri, quisquam dixerit. Sed desero Navarram, quem omnes deserunt. De cætero constat quidem iniquum rei omninò debitę distributorem restituere vinciri; ex liberalitate verò distribuentem deobligari.
11 * Materies in quâ distributio versetur, vtrùm tenearis, an secùs definiet. Displicent ergo qui vulgò, an distributiva restituere coërceat, anguntur: Cùm distributionis nomine id minimè metiendum sit, sed rei distributæ, iure scilicet debitæ, aut indebitæ. Adeas Covarruviam *in Reg. Peccatum,* §. 7. *Num.* 7. Sotum *de Iustit. Lib.* 4. *Quæst.* 6. *Art.* 3. *ad* 6. *Vers. Ex his,* Molinam *de Primogen. Lib.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 57. & 58. Sanchez *in Consil. Moral. Lib.* 2. *Cap.* 1. *Dub.* 45. *Num.* 15 Garciam *de Benefic. Part.* 7. *Cap.* 16. *Num.* 55. Gutierrez *Canonic. Lib.* 2. *Cap.* 11. *Num.* 52. Didacum Perez *in L.* 2. *Titul.* 6. *Lib.* 1. *Ordin.* Lessium *de Iustit. Libr.* 2. *Cap.* 1. *Num. Vltim.* & *Cap.* 34. *Dub.* 14. *Num.* 67. & *Dub.* 15. *Num.* 72. Laymanum *in Theolog. Moral. Li.* 3. *Sect.* 5. *Tract.* 2. *de Restitut. Capit.* 1. *Num.* 4. Lugum *de Iustit. Tom.* 2. *Disput.* 1. *Sect.* 3. *à Numer.* 48. & *Disp.* 35. Appositè Navarrus *in Summ. Cap.* 17. *à Num.* 69. Quod dogma si observes, & memineris, continuò auctores ad vẽtilandum distributorum ius recurrere, adversas rationes, validã præcipuè Caietani 2. 2. *Quæstion.* 62. *Art.* 1. benigniori opinioni facilè amicaveris

ris,& in vnum verum nostrum sensum componesꝫcō periè sque andabatas concursare,qui rem ad Iuris apices superactione probandâ non deferant. Et quidem cunctis fatendum est,dum liquet distribui,& ex liberalitate,& ex iustitiâ posse; 12 * Aliundeque condocent omnes,nusquàm restitutionis vinculum oboriri, nisi vbì ius strictum violatur,re ablatâ,negatave,quæ posset vindicari. Quãobrèm cùm aliundè constet in hàc præmiorum materie actionem,strictumque ius non reperiri,nisi aliâ viâ illud inveniat arguens,nil hâc extorquebit. 13 * Nec sententiâ imponente distributivæ iustitiæ restitutionem fovebitur: quandò hæc de officijs,beneficijs,similibusque procedit, ad quæ ius strictum dignissimis inesse sectarij contēdunt. Vide *sup. Cap.6.à Num.44.Part.1.* Verùm non disceptant,quatenùs obsequia civium Principem obligent. Is igitur in eis,ad quæ ius nullum agnoscit,nec restituēdi vinculum persentiscet. Esto(de quò taceò) quòd aliūdè præmij , vt & supplicij , quibus tractandis præcipuè sceptra gerit ,improbus dispēsator,malè delinqueret. Hoc etenim cùm esset muneri suo non satisfacere,nō verò alteri auferre bona,neutiquàm restitutioni submitteret obnoxiū:vt notat Cardinalis de Lugo *de Iust. & Iur. Disp.* 1. *Sect.* 2. *Tom.* 2.

Ad vltimum:Si consuetudo sit,qualis *Sup. Capit. Prox. Num.* 5. ibidèm quid respondendum sit, habes. 41 * Alioquìn notissimum est , nudam consuetudinem facti,vel creberrimè iterati,pendentis tamen ab spontaneo concedentis arbitrio,nullâ temporis præscriptione vllum obligationis genus efficere,nec indè ius aliquod sibi quēquā posse præsumere. Latiùs explicāt Menochius *Cons.* 201. *Num.* 63. Cravetta *de Antiq. Temp.* 4. *Part.* §. *Fin. Num.* 41. Knichen *de Sublim. & Reg. territ. iur. Cap.* 3. *à Num.* 212. Tassonus *ad Pragm. de Antef. Vers.* 11. *Obs.* 2. *Num.* 95. *&* 228. Capycius

Galeota *Lib.2.Controv.42.per tot.* Valẽzuela *Cõs.*149. *Num.*32.*& Cons.*192.*à Num.*26.Solorzanus *de Indiar.Gubern.Lib.*3.*Cap.*12.*Num.*47.*& de* I*urib.mun. honorar.Num.*435.Larrea *Alleg.*92. *Num.* 6. *& Al-*
15 *leg.*94.*Num.*6. ⋆ Ideo, quòd Princeps sæpiùs fuerit liberalis, liberalitatis æternæ non vtique reus fit. Magerus *de Advoc.Cap.*10.*Num.* 303. ⋆ Aptissimus Ta-
16 citi locus 2.*Ann.Cap.*37. Vbi cùm Hortalus patrijs Hortensiæ domûs meritis innixus Tiberium de cẽsûs iuvamine conveniret, Augusti munificentiam in sese expertam proponens, hoc à Tiberio responsum cepit hiulcum: *Dedit tibi Hortale Divus Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec eà lege, vt sempèr daretur.* Et quò minùs non demirere, tunc occasionis Hortalus rogavit, cùm aliorum fortunas refovebat Tiberius, & cùm versaretur ipse, vt refert Tacitus, *in paupertate manifestá.* Eum tamen Cæsar repulit, ideoque repulit, quia illò quasi actionis libello obduruit, qui precibus fortè mollesceret. En *dedit* inquit *Divus Augustus, sed non compellatus.* Dixeratque priùs: *Non preces sunt istùc* (videtur *istæc*, dicturus) *sed efflagitatio intempestiva quidèm, & improvisa.* ⋆ Expedit enimverò nonnunquàm ad il-
17 liberalia petentium vota surdescere, vt liberalitas discernatur. Intercalaris defectus commendet copiam, sonitum pausâ; & ne consuetudine impetantur, consuetudinem incidant. In hôc enim entheæ quoque celsitudinis æmula regalis, vt benemereri lætatur, sic gratiarum, quæ saltèm agantur, est cupida. Quem nedum fructum reportabit, si iure compedita ad retribuendum trahi putetur. Displicẽt, nonnulli, qui non indignis (quis neget?) aliasque æstimandis obsequijs se tuberosè iactant, putantque Principem habere sub nervo, suæ ipsius voluntatis ingratijs muneraturum. ⋆ Ex quô fit, vt inversâ meritò ratione of-
18 ficijs exilibus, quàm superioribus gratiam vberiorem

fun-

fundat. Subdo M. Marquez *en el Govern. Christ. Lib.* 1. *Cap.* 32. locum opportunum, & suavem; *Verdad sea, q̃ los que sirven con mayor satisfacion à los Reyes, suelen darse à fiar demasiado en sus buenos servicios, y tomar dellos ocasion para engreirse, juzgando por obligacion de justicia la q̃ el Principe tiene a remunerarselos, siendo por la mayor parte de solo agradecimiento. Que es causa, como dezia el Rey Luis XI. de Frãcia* (apud Cominæum Lib. 5. Comm.) *de que los Principes truequen las manos, y alguna vez premien con largueza servicios pequeños, y con cortedad otros mayores. Porque el mesmo Luis XI. solia dezir de si, que se le iban mas los ojos tras vn cavallero, que le havia servido poco, y recibido grandes mercedes de su mano, que tras otro, que huviesse servido mucho, y recibido poco, en cuya presencia siempre se tenia por deudor. Tan dificultoso es acertar à quien lidia con condiciones de Reyes.* Oportet equidẽ non, vt pro ære alienò adirent hominem, Principem adire; demissè conveniendus, precariò captãdus, 19 * vt à quô nos ipsi, omnia nostra, vita, nexque regnantur, *L.* 1. *& tot. Tit. C. de Sent. pass.* Supremis rerũ dominis pulcrè quidem adsonuerit gratiam exigere locô mercedis, 20 * qui mercedem ipsam locô gratiæ condonãt; & illa etiam, quæ pretio rependũt, gratuitò impertiri pronũtiant. Illustrat Solorzanus *de Ind. Gub. Lib.* 2. *Cap.* 27. *Num.* 82.

21 Si * alijs aliàs alibì dedit, nobis non tunc quidẽ dedit actionem, sed fiduciam. Aretinus *in L. Apud Iulia num* 39. *§. Constat, Col.* 2. *ff. de Leg.* 1. Quod alijs est largitus speremus, sed vt largitus est; illis spõte suâ, nobis suâ pariter sponte. Sola ergo consuetudinis filia est expectatio, hinc nascitur opportunè. 22 * Sic Neptunus Veneri, quidquid precata fuerat, concedendũ, spem indè confirmat, quòd ipse iamdudùm de Æneâ benemereri consuevisset 5. *Æneid. à Vers.* 800.

Fas omne Cytherea meis te fidere regnis,

Vndè genus ducis. Merui quoque: sæpè furores
Compressi, & rabiem tantam cœlique marisque.
Nec minor in terris (Xanthum, Simoënta que testor)
Æneæ mihi cura tui, cùm Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris;
Millia multa daret letho, gemerentque repleti
Amnes, nec reperire viam, atque evolvere posset
In mare se Xanthus: Pelidæ tunc ego forti
Congressum Æneam, nec Dijs, nec viribus æquis
Nube cavâ eripui, cuperem cùm vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.

Hinc quoq; Cassiodorus *Lib.9. Epist.4. Beata* (inquit) *conditio subiectorum, si cognoscant illum alijs misertum, quẽ & sibi optant esse propitium.*

More autem inveteratô Principibus certa quędam elargiendi, in tantũ redduntur cõcedi supplicibus obnoxia, arduaque negatu, ★ vt repulsus non abeat absque notà. Hippolytus Riminaldus *Cons.* 444. *Num.*
23
12. Gambarus *de Potest. Legat. Lib.2. Cap.2. Num.*136. Castillo *Tom.7. Contr. Cap.9. Num.*53. Knichen *de Vestitur. Simult. Cap.1. Num.*285. Solorzanus *de Ind. Guber. Lib.1. Cap.17. Num.20.* Miramur illicò, causam mente circunquirimus: quid rei? Cur ille potissimum? Pòl, si dignus foret abfuisset à repulsâ. Quô etiã sensu apud Cõsultum *in D. L.1. §. Permittitur, ff. de Aqu. quot. & æst.* dicitur, si Princeps non instauret beneficiũ concedi solitum, iniuriâ dimissum afficere. *Planè ei* (inquit Vlpianus) *ad quem dominium trãsit, impetrabile est.* ★ Hoc est *valde pervincens*; quemadmodùm *impetrabi-*
24 *lis orator* apud Plautum *in Mostellar. Act.5. Scen.2.*

Non potuit venire orator magìs ad me impetrabilis.


Et effici a *impetrabilis* apud Amianum *Libr.23. Seleucus efficacacia impetrabilis Rex, vt indicat cognomentum.* Itaque Vlpianus impensè pervicturum testatur novum fundi possessorem in obtinendo aquæ ducendæ iure:

si

Si docuerit prædijs ſuis aquam debitam, & ſi nomine eius flu xiſſe, à quo dominium ad ſe tranſijt, indubitatè impetrat ius aquæ ducendæ, nec eſt hoc beneficium, ſed iniuria, ſiquis fortè non impetrauerit.

25 Hanc * qualicunque iuri inimicam iniuriam Principes depellāt, & quā in optimorum liberos munificẽtiā vſi ſunt, in reliquos non abſimiles eandem inſciā exhauriri prorogare delectentur; nō quà filijs, ſed quà ſibimet obſtringūtur, nō quòd iure ligentur, ſed quòd ingenio regali alligent iura; non quòd iniuſtitiā digni forent ſi temnerent, ſed quòd parentum merita regiā liberalitate digna extitere, filij non indigni parẽtibus, & vtroſque honoribus dignari, nulla virtutū, dotium nulla Rege dignior. Quandoquidèm igitur diſceptata conſuetudo, ſi minùs remunerationem impetrat, certè ſuadet, & in poſterum continuari precatur; Iam hìnc ego regiā clauſulā præeuntibus Demoſthene *in Epiſt. de Filijs Lycurgi*, Plinioque *in Paneg.* opus meum (abijſti tandèm opus) incorono: *Sed quàm multos* (ô Reges) *ob paterna beneficia honoraſtis: tam multis etiam aliorum poſteris ſimilem referri gratiam vellem*; non quia lege debeatur; *Sed quia nullum eſt magno Principe, immortalitatemque merituro impendij genus dignius, quàm quod erogatur in poſteros.*





INDEX IVRIS LOCORVM, qui expenduntur, vel illustrantur.


EX DIGESTO VETERI.

Ex Digeſto infortiato.

Tit.



Ex



VERBORVM, ET SENTENTIARVM ELENCHVS.

A

Amor.

ni-

D.

E.

E.

Ex-

ta,

Ma-

rium

pe-

Nu-

Po-

Pri-

Ve-





